500
TXXYX
76225

2 tomes 1 vol

av. 2 portr.

[illegible]

Reliure [illegible]

[illegible] Hollande

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/originestypograp00meer

Adoleſcenti eximio

Jodoco Van Vollenhoven,

*ob felicia progreſſuum in quarta Eraſmianae Scholae claſſe edita Specimina hoc Imum praemium*

adſignarunt Viri Ampliſſimi, Scholae Eraſmianae Curatores,

*poſt ferias Hybernas anni 1760.*

J. van Bichon van Ysselmonde D. C. J. Steel

J. Bisdom

C. Vander Kemp

A. Ham

Rectore Jac: Henr: Dreux


GERARDUS MEERMAN
Reipublicæ & Roterodamenſis
Conſiliarius et Syndicus.

# ORIGINES TYPOGRAPHICAE.

## GERARDO MEERMAN

AUCTORE.

TOMUS PRIOR.

*Multa . . . . . hoc primum cognovimus ſeculo, & quidem multa venientis aevi populus ignota nobis ſciet.*

SENECA Lib. VII. Natur. Quaeſt. c. 31.

PROSTANT
*HAGAE COMITUM,*
APUD NICOLAUM VAN DAALEN.
*PARISIIS,*
APUD GUIL. FRANC. DE BURE, JUNIOREM.
*LONDINI,*
APUD THOMAM WILCOX.
MDCCLXV.

# FRANCISCO,

ROMANORUM IMPERATORI,

PIO, FELICI, AUGUSTO,

LITERARUM LITERATORUMQUE FAUTORI EXIMIO,

HASCE DE ORIGINE ARTIS TYPOGRAPHICAE,

QUAE IN ROMANO-GERMANICO OLIM IMPERIO LUCEM,

MOX RAPIDA INCREMENTA,

TANDEMQUE SUMMAM PERFECTIONEM ACCEPIT,

QUAE AB AUGUSTISSIMIS IMPERATORIBUS MAGNI SEMPER HABITA

VARIISQUE ETIAM DECORATA PRIVILEGIIS FUIT,

NOVAS OBSERVATIONES CONSECRAT,

SEQUE IPSUM, EO QUO PAR EST CUM OBSEQUIO,

COMMENDAT AUCTOR.

# L E C T O R I.

*IN univerſa re literaria quaeſtio obſcurior nulla eſt, quam de origine artis omnium ſane praeclariſſimae, cuique ipſae literae debent plurimum, impreſſoriae ſcilicet. Cauſam ſi ex me quaeras, in promtu eſt non una. Occultatio nempe mechaniſmi, a primis facta typographis, de ſuo duntaxat ſollicitis emolumento, alieni incurioſis. Porro conciſae veterum, ſaepe et ambiguae, de artis invento relationes. Denique recentiorum, qui huic argumento incubuere, ſtudium partium. Diſputatum itaque per duo prope ſecula cum dimidio gentes inter et urbes de typographiae tum loco ac tempore natali, tum auctore: quumque raro parti cuilibet ſui defuerint patroni, factum eſt, ut ſcriptorum numerus ad ſexaginta et amplius excreverit. Iſthaec, ubi animum primo ad ſcribendum appuli, evolvi omnia; partim ut inde proficerem, partim ne ignorarem, quid ante me praeſtitiſſent alii. Multum tamen abeſſe deprehendi, ut a quoquam eorum perducta res ad liquidum fuerit. Nonnullis quippe defuit exacta primaevarum impreſſionum cognitio, longo indigens et tempore et uſu; aliis vero ingenium philoſophicum, ſine quo materies tantopere controverſa extricari nullo modo poteſt, omnis etiam eruditio arida et faſtidio eſt unicuivis bene nato educatove. Adde, quod plerisque occluſa fuerint documenta authentica ad artis in ſuperiore Germania initium ſpectantia, utpote noſtra demum detecta aetate. Imo, qui cuncta haec adminicula ad manus habuit, et neceſſariis ingenii doctrinaeque copiis inſtructus in hoc campo verſatus eſt, vir ill.* JO. DAN. SCHÖPFLINUS, *etſi multa primus e tenebris eruerit, in cardine tamen quaeſtionis adeo ſeſe torſit, ut teſtes primitivos, hosque et hilarioris famæ viros, et nequaquam inter ſe diſcordes, accuſare coactus fuerit inſcitiae. Ita enim hocce comparatum aevo eſt, ut dum veteribus nos opinamur ſapientiores, rejiciamus temere, quidquid aut opinioni noſtrae ad-*

*verſatur, aut certe captum transgreditur: qua de re multa dicere proclive quidem, ſummae aſt invidiae foret. In languido hoc ac prope conclamato ſtatu hiſtoriam typographices contemplatus illius dolebam vices; imo mirari ſatis non poteram, tot ſcriptores ſententiam ferre et quaſi ex tripode oraculum pronunciare auſos fuiſſe in lite, quae nec per ipſos nec per alios bene hactenus inſtructa fuerat. Periculoſae quidem plenum aleae videri poterat opus aggredi ejus naturae, in quo ceterorum ingenia vel defecerant omnino vel ſaltem ſubſtiterant. Admovi tamen manus eo alacrius, quod noſſem innatum mihi nec omnino infelix in res abſconditas inquirendi ſtudium; tantopere porro remotus a patriae praeiudicio, ut ſubſcribere ante diligentius examen nunquam potuerim cauſae Laurentii Harlemenſis, peſſime hactenus defenſae, eamque ob rationem a nonnullis popularibus meis, quibus aut principia in iuventute contracta aut communis hominum opinio legis inſtar erant, male audiverim.*

*Ut itaque in tota hac re ordine procederem ac pragmatice, examinanda primo loco mihi propoſui inſtrumenta litis: et nominatim opera, quae tanquam artis rudimenta pars unaquaeque proferebat. Moguntinenſi deſcripta typo ejuſcemodi tunc eſſe animadverti, ut in iisdem admirarer non literarum modo ſed et univerſae impreſſionis nitorem; quare cognito epochae in iſthac urbe typographicae ipſarumque editionum brevi intervallo, ſuboriebatur dubitatio, num ſalva ratione ſupponi poſſet eo loci ars nata, ubi ſtatim evecta ad tantum perfectionis culmen eſt. Quae Argentinenſes producebant ſpecimina, aut illius inveni eſſe generis, queis ſummo iure moveri poſſet natalis loci controverſia, aut quae Moguntinis vetuſtate aliquot luſtris cederent. Deſcendi tandem ad noſtratia; illa inquam, quae liberali Harlemenſis urbis Procerum atque amicorum beneficio exhibita nobis fuere, tanquam officinae Laurentianae, ceu primigeniae, documenta: de quorum tamen patria atque aetate, quum natales ſuos haud proderent, edoctus eſſe volui non per narrata vulgi, aſt indicia certiſſima, quae ipſemet mihi conquiſivi. In his itaque reperi*

*ri perquam rudia imo ſordida artis initia; verbo huiusmodi antiquitatis veſtigia, qualia proferre nulla hucusque natio potuit. In his propterea monumentis perſcrutandis omnem collocavi induſtriam; obſervavi, quanta licuit cum cura, et collatis pluribus exemplis, priſtinae imprimendi rationis criteria, ejusque et ortum et progreſſum: uſus propriis oculis, atque ubi hi deficiebant, modo alienis, modo conſpicillis. Saepe etiam in conſilium adhibui peritos artifices, typographos dico, typothetas, et grammatoglyptas; per quos etiam inſtitui experimenta curavi, ut dubia res collocaretur in aprico.*

*Hiſce exploratis converti me ad documenta authentica et teſtimonia veterum de artis primordiis. Eorum nonnulla primus ipſe detexi; plura inveni diſperſa in operibus* JO. CHR. WOLFII, MAITTAIRII, KÖHLERI, *et aliorum. Aſt parum fidens citationibus illa ad originales librorum editiones, quatenus haberi poterant, (nec enim reperire omnes licuit) deſcripſi. Inquiſivi porro in auctorum aetatem aliaque fata, ut cujus habendum ponderis unumquodque teſtimonium eſſet, inde cognoſcerem. Illo tandem inſtructus apparatu digeſſi cuncta ordine chronologico, redditis Latio, quae ſermone exotico ſcripta erant, atque innumeris vicibus legi, perpendi, contuli. Patuit hinc mira inter antiquiores teſtes concordia, patuit origo errorum, pro lapſu temporis magisque ſerpentium.*

*Atque hi cum maxime fontes ſunt, (ut taceam amicorum adminicula ſuo a nobis memorata loco) quibus ſuperſtructae fuere meditationes noſtrae. Illas, ubi certa atque indubia ſeſe offerebant principia, ad concluſiones legitimas; ubi veroſimilia, ad coniecturas reduximus. In hac quippe, ut in aliis ſcientiis, tot paſſim obviae ſunt manebuntque ſemper nubeculae, ut non certa modo ab incertis, veraque a falſis, ſed et probabilia ab improbabilibus diſtinguenda crediderim: gradus porro veroſimilitudinis examuſſim aeſtimandos illis relinquens, qui longe me ſagaciores aeque in hiſtoria et critice hos menſurare, imo formulis algebraicis exprimere audent, atque ſortem in aleae ludo recte computari ſcriptis ſuis*

*oſtenderunt meque vix adoleſcentem docuerunt* HUGENIUS, MONTMORTIUS, STRUYCKIUS, MOIVRAEUS; *at quanti viri! E ratiociniis vero noſtris et conjunctione idearum conflatum tandem eſt ſyſtema omnino novum, quod, uti poſitiones aliorum plerasque deſtruit, ita occupatos nos habuit diu. Nec enim levis profecto operae erat, ut Laurentio Jo. fil. obſcuro antehac homini et illuſtriſſimos aſſererem natales et literarum mobilium repertum. Ut eius atque heredum acta, perturbata hucusque, dividerem. Ut tranſlatam Harlemo ad Moguntinos artem exponerem luci clariſſimae. Ut e protei Joh. Gensfleiſchii, qui poſt fata lepide viris doctis illuſit, reliquiis, absque ulla operatione magica, ſed arte argumentandi ſola, duos reſuſcitarem eiusdem et nominis et profeſſionis homines; non minori lectoribus noſtris futuros admirationi, quam fabulae ſpectatoribus unquam fuere* Διδύμαι *Athenis*, Menaechmi *Romae. Ut ſimili artificio ſocietatem inter primos Moguntiae typographos contractam in duas diſpertirem. Ut porro Harlemenſes, plus iuſto Moguntinis adverſarios, cum his in concordiam redigerem, et utrosque artis, uti nunc exercetur, participes redderem. Ut denique Argentoratenſes e fonte Harlemenſi bibiſſe, nihilque ex invento arrogare ſibi poſſe oſtenderem. Mitto reliqua, ne vel aliis imponere, vel mihi ipſi nimium tribuere videar.*

*De methodo atque ordine, quem in* Originibus typographicis *obſervavi, quum eae ipſae teſtentur, addere aliqua ſupervacuum duco. Erunt forte in eo, quae placeant: erunt e contrario, quae in reprehenſionem incurrant, ut ſunt profecto, quae reprehendam ipſe; emendaturus, ſi opus noſtrum (modo ob debilitatem oculorum modo alia obſtacula ſaepe interruptum, ab amicis vero dudum expetitum) premere diutius domi licuiſſet. Multis porro obſtiturum praevideo commentarium fere perpetuum, ad quem poſt lectionem cuiusque ſectionis recurrere ſemper neceſſe ſit. At argumentum ſua natura ſterile ne repugnaret lectoribus, opportunum credidi, ut ea modo, quae ad cardinem quaeſtionis faciunt, uno exhiberem contextu, et redderem florida; reliquis animadverſio-*

*ſionibus ac digreſſionibus criticis in notas reiectis, quas, utpote doctrinam ſcholaſticam umbraticamque nonnihil ſpirantes, ab hominibus delicatiſſimi guſtus legi nolumus, ſolis ſcripſiſſe has contenti literatis. Idem dico de* Appendice documentorum, *quam perlegendam nemini ſuaſerim, niſi qui interiorem totius materiae cognitionem acquirere cupit.* Disquiſitionem *porro* de tranſlata ad Italos typographia *conſcripſi methodo nova et quantum pote mathematica, ut vires experirer in applicatione ſcientiae ſublimioris, quae ſemper mihi in deliciis fuit, ad hiſtoriam literariam. In tanta denique rerum varietate opus erat* Indicibus *amplisſimis. Hos ergo perfeci magna cum induſtria, inque eos univerſum opus alia forma transfudi, inſertis ſubinde novis animadverſionibus* (*); *felix nimium, ſi tantae utilitatis futuri ſint literarum cultoribus, quanti Jctis viſi ſemper fuere* JAC. LABITTI *et* ANT. AUGUSTINI *in* Pandectas, *Antiquariis* JOS. SCALIGERI *in* Corpus inſcriptionum GRUTERI *indices. Annectere illis auctorum omnium paſſim citatorum elenchum proclive erat, iuxta receptum iam morem, niſi unice comparatus is mihi videretur ad aucupandam multifariae lectionis laudem. Ipſa vero quum lectio parvi aeſtimanda ſit, ni iudicium nos ad electionem opportunumque uſum conducat, laureolam in muſtaceo quaerere haud lubuit.*

*Dixi quantum ſatis eſt, et forte nimium, de lucubrationibus noſtris. Iniquum iam foret obliviſci artificum, qui ad externum libri habitum ſymbolam ſuam contulere. Uſi itaque ſumus optimis, quos quidem invenire licebat. Difficile hoc fuit in Republica noſtra, quae artium ſcientiarumque praecedente aevo fautrix ab aliquot luſtris negligere has praeter modum imo contemnere coepit, dum alibi terrarum florere eas atque excitari proemiis non ignorat: qua tamen in parte feliciora tempora et ſperamus et non vana con-*

(*) Huc pertinet imprimis obſervatio de tertio Harlemenſi *Donato*, noviſſime detecto, *Tom. II. p.* 218. *ſeq. in not.* quam legi velim poſt Cap. V. *Originum.*

*conjectura patriae noſtrae pollicemur. Impreſſionem itaque totius operis mihi ſpoponderat Jo. Enſchedius, typographus Harlemenſis et fuſor literarum egregius; aliis autem praepeditus negotiis typos in officina ſua fuſos nobis conceſſit, quibus proinde librum hunc excudit Jac. a Karnebeek, ſollers Hagae Comitum chalcographus. Et illi quidem, qui inſerviere contextui, eius elegantiae ſunt, ut cum exoticis certare de principatu poſſint: qui vero notis accommodati, queisque meliores fruſtra quaerebam, nimis quidem coarctati videntur; hoc tamen laudandi nomine, quod notarum prolixitatem aliquo modo correxerint. Chartam confici in Gelriae tractu Velavia curavi, ex genere impreſſorio optimam, et duplo cariorem illa, quae a bibliopolis adhibetur, atque in tabernis proſtat venalis. Quod autem in altero Tomo paucisque recuſis e priore foliis colore aliquantulum variet, ut ſaepe iam in libris videre eſt, non mihi imputandum, at mandatario, qui iuſſa mea rectiſſime obſervaverat prima vice, altera vero, dum conficienda denuo eſſet charta, atque ego valetudinis cauſa peregre degerem, peſſime; quod nimis ſero pluribusque iam impreſſis hac ratione foliis et vidi et tuli aegerrime. Ad ſpecimina autem primarum impreſſionum quod attinet; quandoquidem ipſa exempla authentica, in curia Harlemenſi alibique aſſervata, tradere ſculptori haud licuit, ſciendum, delineationes ad ea primum factas per Cornelium van Noorde, piſtorem Harlemi, tanta cum exactitudine, ut fieri maiore vix potuerit. Harum vero ſculptura, poſt varia ſuperata obſtacula, imo fractas trium artificum, qui ut periti aſt iniuria mihi praedicabantur, laminas, commiſſa fuit Abr. Iſ. Polack, Judaeo, atque inſignium gentilitiorum ſculptori Hagae Comitum, cuius miram in hoc genere dexteritatem laudare ſatis non poſſum. Ipſae autem hae tabulae diligenter a me recognitae, imo ad impreſſiones authenticas correctae fuere, cum queis conveniunt, ut non ovum ovo ſimilius. Effigiem Laurentii Jo. fil. ad picturam antiquam non inelegantem, et Holbeniano operi haud abſimilem, aeri incidit Houbrakenius, praecipuus, ne dicam unicus, apud nos ſculptor imaginum. Illa etſi*

*niti-*

*nitide formata magis tamen arrideret, ſi vultus ipſe aeque ac in archetypo vividus nec ad lapideum expreſſus videretur. Meam effigiem, a Jo. Bapt. Perronavio Regis Chriſtianiſſimi pictore coloribus expreſſam, Jo. Georgio Willio principi Lutetiae artifici caelandam obtuleram. Is vero ob imminutam oculorum aciem permoveri ad illud nec pretio nec precibus potuit, at poſtquam J. Daulleus ad hoc opus magno aere allectus, eique nondum abſoluto immortuus eſſet, ultimam tamen manum illi impoſuit. Eamque harum rerum amantibus haud credo diſplicituram.*

*Tantum erat, mi Lector, quod Tua ſcire forſan intererat. Reſtat, ut difficiles hoſce labores benevolentiae tuae de meliore nota commendem. Reſtat, ut viros doctos, eos praeſertim, quorum peritia hac in parte nobis comperta eſt,* SCHÖPFLINUM *dico,* SCHELHORNIUM, MERCERIUM, FOURNIERIUM, *porro exhorter, ne in opera noſtra acquieſcant, ſed quae dubia reliqui aut incerta, denuo perſcrutentur, quae ignota mihi, adiiciant, atque ita novis obſervationibus ac cogitatis ſuis illuſtrare porro pergant Remp. literariam; de qua ego certe, quidquid obloquantur mei ordinis homines, bene mereri ſemper conabor, dum ſpiritus hos reget artus. Dab. e bibliotheca, menſe Januario* MDCCLXV.

CON-

# CONTENTA

## TOMI PRIMI,

### SIVE

## ORIGINUM TYPOGRAPHICARUM.


Cap. I. *Notitia praevia.* Pag. 1.

II. *Laurentii prototypographi genus, aetas, poſteri.* 38.

III. *Auctoritates de inventa Harlemi typographia.* 55.

IV. *Hiſtoria typographiae, a Laurentio Jo. fil. Harlemi repertae, eoque mortuo per famulum ad Moguntinos tranſlatae.* 72.

V. *Opera Laurentianae officinae typographica.* 97.

VI. *Typographia a progenie Laurentii continuata Harlemi, usque ad adventum Theod. Martini ac ſociorum in Belgium, et tranſlata interim per operarium ad Britannos.* 133.

VII. *Nova Moguntinenſium inventa typographica.* 149.

VIII. *Typographiae Argentinenſis origines.* 188.

IX. *Origo et prima ſpecimina impreſſionis tabellaris.* 217.




*A. Schouman del. ad pictur. antiq. in museo J. Enschedé.* *J. Houbraken ſculps.*

# ORIGINES TYPOGRAPHICAE.

## CAPUT I.

### *Notitia praevia.*

§. I.

Origines expoſiturus impreſſoriae artis, haud abs re facturus mihi videor, ſi qua ratione illa ex antiquiore, ſcriptoria dico, arte derivari poſſit, breviter expoſuero (*a*).

*Scripturam* itaque, quae vocum eſt per literas aut ſigla repraeſentatio, duplicis conſidero generis, aliam *ſimplicem*, aliam *compoſitam*.

*Simplex ſcriptura* illa eſt, quae calami, ſtyli, pennae, ſimilisve inſtrumenti beneficio per manus agitationem perficitur. Hanc vero dividere licebit in *naturalem*, ubi manus ſua ipſius dux eſt, et *artificialem*, ubi alterius illa machinae adminiculo dirigitur (*b*). De hujus vero artis, quae ſola vulgo ſcriptoria nun-

(*a*) Suppleri ex his omnibus, partimque etiam corrigi poterunt, quae de ſcriptoria arte, hujuſque cum typographiae nexu tradidit Abbas PLUCHE, *Spectacle de la nature Tom. VII. p.* 183. *ſeq.* edit. Paris. itemque ſyſtema figuratum cognitionum humanarum, praemiſſum *Tomo I.* Lexici Encyclopaedici, ſub *Claſſ. II.* artic. *art de retenir.*

(*b*) Ita de JUSTINO I. Orientis Imp. ex PROCOPIO *Anecdot. Cap. VI.* notiſſimum eſt, illum, quum analphabetus eſſet, et tamen nomen ſuum literis ſubſcribere cogeretur, tabellam ligneam, in qua literae JUST. exciſae erant, chartae impoſuiſſe, atque ita calamum colore imbutum per quatuor haſce literarum formas duxiſſe; qua in re imitatus videtur THEODORICUM Oſtrogothorum Regem, eodem fere tempore, vel paulo antea, hoc artificio uſum. vid. MABILLON *de re diplom. Lib. II. cap.* 22. Alterius longe generis eſt literarum ex ipſa charta exſectio, cui ſuppoſita deinde papyro colorata ſimili quaſi tinctura exarati characteres videntur; qualis li-

nuncupatur, prima origine notus eſt HERM. HUGONIS tractatus (*c*), quo tamen lucubrari aliquid melius potuit. Progreſſum ejusdem, variasque per plura ſecula viciſſitudines vir omni major encomio JO. MABILLONIUS (*d*), & poſt hunc alii bene multi perſecuti ſunt, aeneisque tabulis poſuerunt ob oculos. Vellem tamen, ab his omnibus eadem regionis, ubi exarati codices chartaeve, atque aetatis habita fuiſſet ratio. Quaelibet certe natio quum ſcripturam ſemper habuerit ſibi propriam, maxime intereſſet, ut de unaquaque conſtrueretur perfectum ſyntagma diplomaticum, quale Hiſpaniae CHRISTOPH. RODRIGUEZ (*e*) ac STEPH. DE TERREROS ET PANDO (*f*), Scotiaeque JAC. ANDERSONUS (*g*) dederunt; unde formari tandem poſſet univerſale atque abſolutiſſimum in hoc genere lexicon, Waltheriano longe praeſtantius, cujus beneficio libris mſſ. non epocha modo, eaque accuratiſſime, ſed et locus ſemper natalis aſſignari poſſet, quale opus noſtra ſemper deſiderabit, nepotum fortaſſe videbit aetas.

## §. II.

*Scriptura compoſita* eſt literarum ſuperficiei alicui retrorſus inſculptarum alteri impreſſio, atque ita naturalis repraeſentatio (*h*); cui

liber, deſcribens paſſionem Jeſu Chriſti, exſtitit olim in bibliotheca ALB. HENR. Principis DE LIGNE, uti poſt ANT. SANDERUM in *Biblioth. Belg. mſ. Part. II. p.* 1. refert PROSP. MARCHAND *Hiſt. de l'imprimerie p.* 9.

(*c*) Antverpiae typis Plantinianis Moreti 1617. recuſus cum notis CHR. HENR. TROTZ. Ultraj. 1738.

(*d*) Opere modo laudato *de re diplomatica*, Paris. 1681. et 1709.

(*e*) *Bibliotheca univerſal de la Polygraphia Eſpañola*, en Madrid por Antonio Marin 1738. fol.

(*f*) *Paleographia Eſpañola.* Madrid por Joachin. Ibarra 1758. in 4.

(*g*) Titulus eſt: *Diplomata et numiſmata Scotiae, de mandato Parliamenti in lucem edidit* JAC. ANDERSON. *Accedunt Regum Scotiae ſigilla et numiſmata, itemque characteres et abbreviaturae.* Edinburgi 1739. fol.

(*h*) Memorabilis idea eſt AGESILAI Regis, quum in ſiniſtrae manus vola *νίκην*, no-

cui proinde ſi *impreſſoriae artis* nomen generali ſenſu convenire quis exiſtimet, non omnino refragabor (*i*). Hanc autem diſtinguo in *manualem* et *prelarem*.

*Manualis* quaenam ſit, ipſa vox explicat, quae nempe absque majoris apparatus ſubſidio manu ſola expediri poteſt (*k*). Talis imprimendi modus eſt, quo bibliopegi tegumenta librorum titulis ornant: id vero perficitur impoſito primum auri argentive foliolo; mox typis metallicis, poſtquam ab igne juſtum caloris gradum recepere, ſingulatim ei impreſſis; tandemque abſterſis linteolo particulis auri vel argenti ſuperfluis, dum reliqua pars literas formans ligaturae adhaeret. Quod autem propius ad rem facit, hac ipſa methodo ad interiorem librorum ornatum jam uſa eſt antiquitas, imo integra volumina metallicis literis fulgentia produxit. Quale veterum artificium, ignorantiae tenebris huc uſque involutum, paucis abhinc annis in celeberrimo Euangeliorum ULPHILAE codice detexit, quatuor aliis oculatis teſtibus probavit, et argumentis omni exceptione majoribus publico expoſuit Sue-

nomen victoriae, inſcripſit literis inverſis, moxque jecinori victimae impreſſit, militibusque oſtendit, eos animoſos eſſe jubens, quaſi Diis victoriam praeſignificantibus, ut refert PLUTARCHUS in *Ageſilao cap.* 69. et in *Apophthegm. Laconic. p.* 214. *edit. Pariſ.* quod tamen ſpeciem potius vel tentamen dici, quam ad artem quandam referri poſſe bene jam obſervavit HENR. PANTALEON, de inventione typographiae agens. vid. *Append.* noſtr. *docum. N.* 83.

(*i*) Ceteroquin *impreſſoria ars* eadem eſt, quae typographia proprie ſic dicta, & a nobis quoque perpetuo hac ſignificatione adhibebitur, licet ſeculo XV. ſtrictiore adhuc ſenſu pro chalcographia mobili uſurpata fuerit. vid. infr. §. 8. *ſeq.*

(*k*) De Scytharum imprimendi ratione antiquiſſima particulis oblongis, fuſtellisque in quatrum dolatis, quae in Tranſylvania adhuc remanſerit, nonnulla obſcure tradit STEPH. ZAMOSCIUS in *Analect. Daciae antiquit. p.* 11. (et *Tom. II. Monum. typogr.* IO. CHRIST. WOLFII *p.* 1033. *ſeq.*) quod de impreſſione tabellari intelligendum ſuſpicatur PROSP. MARCHAND *dict. op. p.* 18. an recte, non definio. Ceterum nolim huc referre ſigilla Romanorum literis retrorſus ſculpta, quoniam aut impreſſioni in creta cerave, aut vaſis ſignandis, adeoque alii plane uſui, quam impreſſioni librorum, deſtinata erant. add. infr. *Cap. IX.* §. 3.

Sueciae ſuae ornamentum JO. IHRE; (*l*) unde nollem hanc obſervationem ſuſpectam reddere tentaſſent, quibuſcum eam communicaveram, Cl. FOURNIERIUS, hujuſque mox auctoritate deceptus Rev. TASSAINIUS (*m*), uterque erroneo inſiſtens fundamento, quaſi membranae folium haud admitteret tot repetitam vicibus calefacti ferri applicationem, ſed confeſtim rugis repleretur, et undequaque ſeſe contraheret, quod quantopere a veritate abſit, experimento per bibliopegum meum (*n*) inſtituto didici. Adde, quod Ihrianae opinioni haud parum roboris acceſſiſſe videatur ex alio vetuſtiſſimo codice Bibliothecae Aug. Guelpherbytanae, in quo impreſſas literas pariter agnovit vir ſagaciſſimus FRANC. ANT. KNITTELIUS (*o*); unde et plures quoque

(*l*) In Diſſert. quae inſcribitur ULPHILAS *illuſtratus*, *Part. I.* impreſſa Holmiae a. 1752. in *praefat. pag. B. ſeq.* Altera vero hujus Diſſertationis pars a. 1755. lucem vidit.

(*m*) Ille in *Diſſert. de l'origine & des productions de l'imprimerie primitive en taille de bois*, *p.* 106. *ſeq.* hic *Tom. IV. du nouveau traité de Diplomatique*, in *praef. p.* 5. *ſeq.* cujus objectiones adverſus IHRII argumenta, corruente primaria ab impoſſibili petita, leviſſimi ſane momenti ſunt. Adde, quod uterque circa modum, quo codex Ulphileus fabricatus fuit, diſſentiat, quem FOURNIERIUS mobilibus e ligno typis ſucceſſive applicatis elaboratum, TASSAINIUS autem calamo vel penicillo exaratum fuiſſe ſtatuit.

(*n*) Hic etenim meo rogatu integrum e pergameno foliolum hoc mechaniſmo literis aureis ab utraque parte inſignivit, quod penes me videat, cui volupe. Frequentiſſimae etiam apud nos ſunt ligaturae librorum membranaceae, characteribus, figuriſque etiam aureis undequaque repletae, quae ſemper ferro calido applicantur; unde nihil quidquam detrimenti, modo prudenter experimentum inſtituatur, membranae infertur. Idem de Germania teſtatur, qui mecum hac in parte ſentit, anonymus, Ill. SCHOPFLINI vindex, cui nomen BEHR eſſe inaudivi, in *epiſtola Gallica de origine typographiae*, ſub finem hujus anni 1761. ſub tit. Argentorati, vere autem Lutetiae, edita, *p.* 18. Atque ex his omnibus corruunt etiam, quae pro ſua ſententia noviſſime FOURNIERIUS attulit in *Obſervationibus ad dict. epiſt. p.* 29.

(*o*) In *Praeconio Ulphilano altero*, inſerto *Actis Erudit. Lipſ. a.* 1760. *p.* 624. ubi poſt indicatos libros aliquot reſcriptos, in queis una ſcriptura ſupra aliam vetuſtate deletam comparet, meminit codicis reſcripti ſemiimpreſſi, ubi in locum veteris textus ſcripti ſucceſſit alius typis excuſus. Plenius haec declarabit V. Cl. in *Appendice*, noviter repertis Ulphileae verſionis fragmentis ſubjicienda; quod opus, ſeptentrionali literaturae artique diplomaticae maximam lucem adlaturum, ſummo cum deſiderio exſpectamus.

que ejus generis libros alibi deliteſcere ſuſpicor. Utrum vero hic exprimendi literas auro argentove modus Romanis jam cognitus, idemque, qui *encauſticus*, fuerit, ut Cl. IHRIO viſum, nondum ſatis exploratum arbitror. Id certius, graviſſimum fuiſſe ſuperandum, ut integrum volumen hac ratione formaretur, laborem, eamque proinde artem ſcriptoriae (proprie ſic dictae) etſi pulchritudine antecellere potuerit, utilitate tamen longo ceſſiſſe intervallo; qua etiam de cauſa in deſuetudinem tandem abiit, ſolis jam ligaturis decorandis reſervata.

§. III.

Melius omnino literis conſultum fuit altera compoſitae ſcripturae ſpecie, quam *prelarem* ab hujus machinae uſu (*p*) vocare licebit. Excogitata nempe fuit literarum per voces lineasque paginae inſtar junctarum (at retrogrado ſemper ordine) marginibus ferreis incluſio, tum idoneo colore illinitio, denique continua foliorum artificiali huic formae torcularis ope appreſſio. Hujus itaque inventionis ſcopus neutiquam elegantia aut ſplendor fuit, etſi poſtmodum ejus haberi coeperit ratio, verum utilitas, ex ingenti exemplarium ejuſdem operis intra breve tempus multiplicatione ſua ſponte profluens, quam tamen ut in rem modo ſuam verterent, primi impreſſores, tum Batavi, tum Germani, laborarunt, novum hoc exercitium ſtudioſe occultantes (*q*), atque

(*p*) Forte etiam non male *formalis* dici poſſet, a *forma*, utpote praecipuo hujus artis objecto, de quo mox pluribus.

(*q*) De Laurentio Jo. fil. Harlemenſi, prototypographo, id ex relatione illius miniſtri Cornelii docebimus *Cap. IV.* §. 8. De Jo. Gutenbergio a. 1436. ſeq. quando prima tentamina Argentorati fecit, id evincunt depoſitiones teſtium §. 2. 4. 5. *et ſeq. Append. N.* 1. De Jo. Fauſto & Petr. Schoeffero, impreſſoribus poſthac Moguntinenſibus, idem teſtatur JO. SCHOEFFERUS in *ſubſcriptione Breviarii Trithemiani* a. 1515. *ibid. N.* 47. De Jo. Mentelio et Henr. Eggeſteinio, typographis Argentinenſibus circa a. 1460. et ſeq. ſimilia ſcribit HIER. GEBUILERUS in *Panegyri*, ibid. *N.*

que ita libros excuſos pro manuſcriptis, quos imitabantur (*r*), magno vendentes pretio (*s*), donec ars detecta (*t*), pluribusque in locis mox ſtabilita (*u*), magis magiſque in publicum redundare coepit commodum (*x*). §. IV.

---

*N.* 61. Imo ex pacto, inter primos impreſſores Mediolanenſes inito d. 4. Junii 1472. editoque a JOS. ANT. SAXIO in *Hiſtor. literar. typogr. Mediolan. p.* 449. patet, eos, licet ars ipſa jam tum notiſſima eſſet, nonnulla adhuc artis ſecreta habuiſſe; quae ne revelarentur, operarios ſuos jurejurando conſtrinxerunt. Eandem vero rationem hac in parte adfuiſſe circa impreſſionem tabellarem, atque verſatilem, manifeſtum eſt.

(*r*) Eum in finem typi ad normam literarum ſcriptarum formabantur, inſcriptiones libris capitibusque impreſſorum codicum atramento rubro plerumque adſcribebantur, initiales literae variis coloribus, ſubinde etiam auro admixto, appingebantur, plurimaque alia in libris mſſ. conſpicua obſervabantur. Atque haec criteria in libris verſatili charactere editis dudum alii obſervarunt; id ipſum vero teſtari poſſum de antiquiſſimis operibus impreſſionis tabellaris, etiam figuris, quae delineationes calamo factas imitabantur. vid. infr. *Cap. V.* §. 5.

(*s*) Quanta pecuniae ſumma ante typographiae inventionem codices exarati venirent, multis exemplis GABR. NAUDAEUS in *Addit. a l'Hiſtoire de Louis XI. Chap. IV. p.* 39. *ſeq.* edit. Brux. 1723. JO. DE LA CAILLE *Hiſtoir. de l'imprim. p.* 3. nuperque etiam Cl. SCHELHORNIUS in *Not. ad Card.* QUIRINI *lib. ſing. de primis edit. Rom. p.* 104. *ſeq.* docuere. Simili itaque pretio opera ſua novo artificio deſcripta diſtrahere adnitebantur principes typographi; quod tamen per nimium exemplorum, eodem tempore venalium, numerum non ſemper licuit. Jo. Fauſtus e. g. poſtquam Lutetiae primum *Bibliorum* ſuorum exemplar 400. aut 500. coronatis (Regi forſitan vel principi alicui viro) vendidiſſet, plura deinceps in medium proferens, ſingula 60. coronatis ceſſit; donec ex collatione aliquot exemplarium ubique inter ſe ſimilium fraude detecta etiam ad 40. minusve pretium deſcendit. vid. relatio HENR. SCHORI, apud JOH. WALCHIUM in *decade fabularum, Fab. IX. p.* 181. Eodem vero ſtratagemate uſos jam fuiſſe, qui praeceſſerant, impreſſores, et Batavos et Moguntinenſes, circa libros ſuos tum ſolutili tum fixo charactere editos, ex antedictis inferre licet.

(*t*) Germaniae reſpectu id accidit a. 1455. ſerius autem alibi locorum. vid. infr. *Cap. VII.* §. 2.

(*u*) Quo tempore in variis Europae partibus officinae impreſſoriae erectae fuerint, poſt Maittairium PROSP. MARCHAND *Hiſt. de l'Imprim. p.* 54. *ſeq.* adnotavit, cujus tamen indiculus, etſi ceteris perfectior, pluribus etiamnum laborat naevis.

(*x*) JOANNES ANDREAS, Epiſcopus Alerienſis, in *epiſtola* a. 1468. HIERONYMI *epiſtolis* praefixa, libros beneficio impreſſoriae artis ad quintam partem pretii, quo antea parabiles erant, reductos fuiſſe ſcribit. vid. *Append. N.* 6. Vel ſic tamen ea aetate codices impreſſos magno conſtitiſſe oportet; quod ſequentia etiam exempla manifeſtum reddunt. A. 1465. *Catholicon* JOANNIS JANUENSIS, quinquennio ante

Mo-

## §. I V.

Ea igitur ars diſtingui poteſt in *verſatilem*, quae typis mobilibus ſibimet aggregatis, et *tabellarem*, quae characteribus fixis tabulae inſculptis exercetur. Utrique praeter materiem literas recipientem, ſive illa membranacea (*y*) ſit, ſive papyracea

Moguntiae vulgatum, Monaſterio B. Mariae Altenburgi venditum fuit 41. antiquis ſexagenis, vid. *Append. N.* 3.* *in not.* Sexagenae vero, id eſt floreni aurei, ea aetate valorem continebant unciae argenti puri, ut pluribus auctoritatibus mihi comprobavit vir peritiſſimus ac humaniſſimus F. W. DUVE, Cancellariae Hanoveranae Secretarius. A. 1470. Hermanus de Almania (vero nomine *de Stattern*, inſtitor officinae Fauſto-Schoefferianae) *Biblia Moguntina*, duobus voluminibus in pergameno impreſſa, Guillermo Tournevillio, Archiep. Andegavenſi, 40. ſcutis (aureis ſcil.) venum dedit. Anno inſequente Petrus Schoeffer, Conradus Henlif, et Joh. Fuſt (Joh. fil.) *Epiſtolas* HIERONYMI, in officina propria membranae appreſſas, ceſſerunt duodecim ſcutis aureis, atque impetrato annuo in quietem animarum ſuarum miſſae ſacrificio. vid. DE LA CAILLE *p.* 20. *ſeq.* Imo a. 1481. *Miſſale Herbipolenſe*, quod in membrana excuſum eſſet, Wilh. Kewſthio venditum fuit octodecim florenis aureis. vid. Anonym. in *Tranſact. Philos.* a. 1703. *N.* 288. & *Tom. II. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 994. Alia quaedam teſtimonia hanc in rem adduxit NAUDAEUS *dict. Cap. IV. p.* 43. Caritatem vero horum librorum pluribus adſcribo cauſis; quales ſunt paucitas exemplorum, quae prelo exibant, nunquam fere 300. aut 400. excedente numero, at plerumque inferiore; vid. SCHELHORN in *Not. ad. lib. Card.* QUIRINI *p.* 229. *ſeq.* ſumtus ad rubricationem impenſi; membranae etiam, quae frequenter adhibebatur, pretium; imo tardior forte, quam recentiore aevo, preli exercitatio; denique expenſae ad corrigendos, vitioſiſſime ſaepe exaratos, codices mſſ., priuſquam typis mandarentur, de quibus conqueritur Poëtaſter ad calcem *Inſtitut.* JUSTINIANI 1468. vid. *Append. N.* 4. Ex quo vero plures erectae fuere officinae, repetitaeque variis in locis ejuſdem libri editiones, multa etiam ad evitandos inutiles ſumtus excogitata, pretia librorum decreſcere ſenſim coepiſſe palam eſt. Anno certe 1475. *Legenda Sanctorum* JO. JANUENSIS, opus maxima forma excuſum, et haec quidem compacta ac rubricata, emta fuere tribus modo florenis Rhenanis (aureis ſcil.) vid. Cl. SCHELHORNII *Obſervat. de art. typogr.* praemiſſae laudato operi, *p.* 20. Imo dixeris, jam a. 1477. in Italia codices impreſſos viliſſimo pretio comparari potuiſſe, ſi vera ſunt, quae ſcribit HIER. BONONIUS in carmine, *Append. N.* 21. ſed hic auctor genio poëtico nimium indulſiſſe videtur.

(*y*) Membranae originem antiquiſſimam eſſe nemo neſcit. Ea vero primi quoque typographi uſi ſunt, tum ut libros ſuos ſolidiores hoc pacto redderent, tum quoque, ut optimos codices mſſ. imitarentur. Exemplum hujus rei ſtatim elucet in utra-

cea (*z*), (ad ſcripturam pridem adhibita) ſive alterius tandem gene-

traque *Donati* editione a Laurentio Harlemenſi excuſa, qui tamen reliqua opera, figuras continentia, chartae impreſſit. vid. infr. *Cap. V.* §. 17. *Biblia* porro *Latina*, 42. lineis in ſingulis columnis charactere majuſculo excuſa, quae nos principis eſſe editionis arbitramur, (vid. infr. *Cap. VII.* §. 2. not. *e.*) in bibliotheca tum regia Berolinenſi, tum Benedictinorum extra moenia Moguntiae, in membrana quoque conſpicua ſunt, ſicut et omnia utriuſque *Pſalterii*, a. 1457. et 1459. a Jo. Fauſto Petroque Schoeffero excuſi, cognita hucuſque exempla. Ut deinde eorum commodo conſuleretur, qui chartam ob pretii vilitatem expetebant, ipſi hi typographi ejuſdem, quod pergameno imprimebant, operis exempla aliquot in charta edere coeperunt; at verentes, ne compoſiti ex hac materie ſcapi per trituram aliquid detrimenti caperent, extremum cujuſque quinternionis folium membranae impreſſerunt. Ejuſmodi certe exempla, partim in charta partim in membrana excuſa, novi duo *Rationalis* GUIL. DURANDI a. 1459. alterum bibliothecae Moguntinae, memoratum VAL. FERN. GUDENO in *Syllog. var. diplomatar. p.* 401. alterum in Anglia a me viſum, quum multo plura hujus libri exempla ſuperſint membranacea. In hac quoque re imitati Fauſtus Schoefferuſque videntur librarios nonnullos, qui ſcapis eadem ratione ex duplici materie confectis collectiſque opera deſcripſerunt, qualia in multis bibliothecis conſpicua ſunt. Integra deinde exempla chartacea impreſſa apparent in *Catholico* JOH. JANUENSIS 1460. itemque *Bibliis* 1462. et *Officiis* CICERONIS 1465. ac 1466. quae poſtrema duo opera rarius in papyro, frequentiſſime in membrana ipſe conſpexi. At rerum haud diu poſt inverſus eſt ordo, quando charta pleriſque, membrana paucis exemplaribus, hiſque ad ornatum maxime comparatis, & ſemper fere illuminatis, inſervire coepit, qualia Sweynheimii ac Pannartzii, Vindel. Spirenſis, Nicol. Jenſonis, aliorumque principum Italiae typographorum in variis curioſorum bibliothecis contemplatus admiratuſque ſum. Ita quoque ipſum deinde Petr. Schoefferum rationes ſuas iniiſſe probat, quod hic a. 1477. ab affini ſuo Joh. Fuſt, Joh. fil. receperit *Decretalium* (quadriennio ante editarum) exempla chartacea 180. membranacea tantum 20. vid. conventio, edita a KOHLERO *Ehrenrettung Gutenbergs p.* 99. Membrana porro quandoque inſerviit impreſſioni tabellari, prout teſtatur *Donatus* circa a. 1500. editus, inque bibliotheca publica Daventrienſi conſpicuus, itemque exempla aliquot celebris libri *Tewrdanck* ex principe editione a. 1517. Ceterum varios libros veteres in membrana impreſſos enumeravit FRID. CHRIST. LESSER in *typogr. jubil. Cap. IV.* §. 65. at longe plures ſiſtit *Catalogus Biblioth. Harlejanae Vol. III. p.* 213. *ſeq. Vol. IV. p.* 520. et 777. praemiſſa etiam de impreſſione in pergameno obſervatione, de cujus pretio judicabit, qui eandem cum noſtra contulerit.

(*z*) De origine chartae noſtratis, quae ex linteorum reliquiis concerptis & contuſis paratur, agendi hic locus non eſt, quum inventioni typographiae pluſquam ſeſquiſeculo praeceſſerit, idque argumentum a nobis occupatum jam ſit in *Admonitione* ſingulari, *Actis eruditorum Lipſienſium*, aliiſque Diariis mox inſerenda. Non omittenda

da tamen hoc loco diſtinctio eſt inter utramque iſtius chartae ſpeciem, ſcriptoriam atque impreſſoriam, MATH. JUDICI jam memorata in libello *de typographiae inventione*, edito Coppenhagii a 1566. *cap.* 15. ſed primis, ut opinor, typographis incognita. Certe, quam Laurentius hujusque ſucceſſores adhibuere chartam, etſi ſat vilis ſit, non differre tamen a ſcriptoria ejus temporis, collatio cum variis libris mſſ. et JO. ENSCHEDIUM, (impreſſorem Harlemenſem celeberrimum, harumque rerum cumprimis curioſum) et me ipſum docuit. Ei vero multum praeſtitit, quae a. Jo. Fuſt Moguntiae adhibita eſt, jamque ſatis candida et perquam firma apparet, etſi haec iterum vincatur ab illa, qua impreſſor LACTANTII in Monaſterio Sublacenſi a 1465. ceterique porro impreſſores Itali uſi ſunt. Sic ergo charta ſemper quidem erat ſcriptoria; ſed pro vario, quod impendebatur, pretio melioris deteriorisve conditionis. Imo marginibus ampliſſimis excudebantur principes auctorum editiones eum in finem, ut annotationes calamo adſcribi poſſent, (quod me docuit collatio ceterarum, quibus commentarii typo additi ſunt, ubi margines apparent fere nulli.) Ex quo vero hujusmodi orae ornatui inſerviere, ſimul eorum commodo proſpici coepit, qui tantum pecuniae exponere nolebant, inventa ratione pleraque exempla charta minore, pauca in curioſorum gratiam majore imprimendi; quem morem, apud Italos ducentis abhinc et amplius annis jam familiarem, primus forte introduxit Ant. Verardus, typographus Lutetiae ab a. 1480. ad 1507. a quo excuſum vidi formae maximae, inter plura in charta ordinaria, exemplum *Chronici* MART. POLONI, Gallice redditi, (*Chronique Martinienne.*) Ut deinde ſumtus impreſſorum codicum magis diminuerentur, excogitata eſt a Germanis, ut puto, ſeculo XVI. ineunte chartae illa ſpecies impreſſoria, quae minorem glutinis copiam admixtam habet, et plerumque tenuior conſervandisque proinde typis accommodatior eſt, at certe e vilioribus, quam quibus ſcriptoria, linteis fabricatur, et ubique jam recepta, ſaepe tam abjectae conditionis eſt, ut, niſi aqua glutinoſa maceretur, ſcripturam plane non admittat. Ne tamen haec chartae ſpecies curioſis hominibus diſpliceret, a longo retro tempore obtinuit, nonnullis exemplis, maxime quae charta majore imprimerentur, genus accommodari ſcriptorium. Imo quum aliqui non acquiescerent in candida papyro optimae notae, illis non membrana tantum, de qua jam diximus, ſed quandoque etiam colorata charta ſatisfactum fuit. Ita caerulea, eaque maxima, ſed ad perpauca exempla, uſi ſunt Venetiis Aldi heredes a 1546. in *occorrenze humane di* NICOLO LIBURNIO, vid. *Catal. Biblioth. Hohendorf. Part. III. p.* 224. Gabr. Giolitus a 1553. ſeq. ad varia opuſcula. vid. *Catal.* Liburni a 1756. editus, *p.* 152. 201. 399. Lutetiae quoque Guil. Morellus ad *opera* DIONYS. AREOPAGITAE, Graece a 1562. quale exemplar extat in bibliotheca noſtra. In charta porro viridi *novum Teſtamentum* Gallice edidit Sebastianus Honoratus, Lugduni a 1561. vid. *Catal. Bibliothecae ſelectiſſimae* (Iſaaci le Long) Amſt. 1744. *Octav. n.* 282. Rubra vero flavaque, quod oculis minus arrideat, typographos olim uſos fuiſſe vix crediderim, quam vero noſtra aetate ad ineptiſſimos quosdam libellos adhibitam vidimus. Atque haec omnia dicta ſunto de charta linea; ſed cottonicam adhibuiſſe aliquando Aldum Manutium ſcribit BERN. DE MONTFAUCON in *Diſſ. ſur la plante, appellée* papyrus, *Tom. VI. des Memoires de l'Acad. des inſcript. et belles lettres*, qualia vero

neris, (*aa*) communia ſunt forma (*ab*) atramentum impreſſio-
ni

exempla nusquam me vidiſſe memini. Ea tamen, utpote in Oriente recepta, impreſſos poſſideo libros Conſtantinopoli a. 1730. ſeq. excuſos. Indicâ denique non opera modo in remotis illis regionibus tabellis impreſſa, ſed et icones quasdam apud Batavos alibique prodiiſſe nemo eſt, qui ignoret.

(*aa*) Novimus enim, impreſſiones ſive tabellis ſive mobilibus typis quandoque factas lino, bombycino multitio, (*tafetas*) et ſerico terſo, (*ſatin*) quod NICOL. CATHERINOTO jam obſervatum in *arte imprimendi*, *Tom. II. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 938. Num tamen ejusmodi impreſſiones praecedens ſeculum antiquitate ſuperent, reſcire nondum licuit.

(*ab*) *Formae* appellatione intelligimus unam pluresve paginas artificiales ex literis in voces lineasque diſpoſitis conſtantes, marginibus ferreis, quandoque et cochleis coarctatas; quae adeo forma prelo ſubjecta integram faciem chartacei folii imprimit. Ea vox, communi uſu recepta, ſub initium jam typographiae eadem ſignificatione adhibita fuit, (licet ea de re dubitaverit vir celeb. CHR. GOTL. SCHWARZIUS in *primar. docum. de orig. typogr. Part. I. p.* 31.) idque promiſcue, ſive artificialis pagina e mobilibus typis collectis, ſive ex ſculpta tabula conſtaret. In depoſitione ſane teſtium in cauſa Jo. Gutenbergii a. 1439. §. 14. *Append. N.* 1. legimus, hunc omnes *formas* expetiiſſe, moxque diſſolvi juſſiſſe, quod in illis nonnullos defectus reperiret: in tota vero hac depoſitione de ſolutilibus literis ſermonem eſſe oſtendemus *Cap. VIII.* §. 4. Tabellas fixas autem ſub appellatione formarum intelligo in documento Germanico a. 1468. apud GEORG. CHRIST. JOANNIS, *Tom. III. Scriptor. rer. Moguntin. p.* 424. ubi Conradus Humery teſtatur, ſe varias recepiſſe formas, typos, inſtrumenta, trituram typorum, aliaque ad artem excuſoriam pertinentia, a Gutenbergio ante adhibita; (*etliche formen, buchſtaben, inſtrument, gezuge, und anders zum truckwerck gehoerende*) neque enim, ut Schwarzius *d. l.* jam vidit, officinae impreſſoriae tradi ſolent formis ex typis ſingularibus compoſitis: tabellae vero ligneae, in queis variae figurae et literae caelatae erant, ea adhuc aetate, imo poſtea quoque, ſaepiſſime adhibebantur, quod vir ille doctiſſimus ignoravit, nos vero oſtendemus *Cap. IX.* §. 10. *ſeq.* Apertius autem *formas* pro tabellis abhibuit TRITHEMIUS in *Annal. Hirſaug. Append. N.* 4. ſcribens: *Inprimis igitur characteribus literarum in tabulis ligneis per ordinem ſcriptis formisque compoſitis vocabularium, Catholicon nuncupatum, impreſſerunt; ſed cum iisdem formis nihil aliud potuerunt imprimere, eo quod characteres non fuerunt amovibiles de tabulis, ſed inſculpti, ſicut diximus.* Quemadmodum vero ſaepe evenit, ut eadem appellatio parti atque toti tribuatur, ita obſervavi etiam, primo ſeculo impreſſorio typos literarum ſingulares paſſim *formas* ſive *formulas* nuncupatas fuiſſe, ut evincunt teſtimonia FRANC. PHILELFI, LUDOV. CARBONIS, NICOL. GUPALATINI, JOH. PHIL. DE LIGNAMINE, et FR. MAR. GRAPALDI, unde et compoſitio dicitur *formatio* BONO ACCURSIO, et typographia *ars formandi* JO. REGIOMONTANO. Vid. *Append. N.* 8. 11. 12. 15. 16.

ni aptum (*ac*), ac-prelum (*ad*), quae ſingula, ut alia forte mi-

16. 18. 37. Exſpectabunt autem poſt haec lecta fortaſſe nonnulli diverſorum characterum, qui veterum impreſſorum formas componebant, deſcriptionem, ratione ſcil. figurae, quam in charta membranave expreſſere; (nam de diverſa eorundem natura, quae a fixura aut mobilitate dependet, et hujus iterum variis claſſibus, agetur hoc ipſo capite) ſed quum ea res verbis vix explicari poſſit, curioſos ablegaſſe ſuffecerit ad ſubjecta operi noſtro ſpecimina figurata antiquiorum in Belgio impresſionum, queis ſimilia circa Moguntinenſes aliquando prolaturi ſumus, volente Deo, in *antiquitatibus Moguntiae typographicis.* Argentinenſium vero quarundam ectypos exhibuit Ill. SCHOPFLINUS in *vindiciis typographicis*, aliarumque Germaniae nonnullarum SCHELHORNIUS in ſaepius laudato opere, denique Anglicanarum JOS. AMES *in his typographical antiquities*; ceterarum vero regionum etiamnum deſideramus.

(*ac*) Atramentum ſcriptorium, de cujus diverſo genere poſt alios egere auctores *novi Tractatus diplomatici*, *Tom. I. p.* 540. *ſeq.* ob fluiditatem impreſſioni aptum non eſſe conſtat. Glutinoſius proinde tenaciusque genus excogitandum erat, ut huic artificio accommodaretur, quod quum veteres latuerit, unicum fuiſſe arbitror, quominus libros, tabellis ſaltem, impreſſerint, obſtaculum. vid. *Cap. IX.* §. 3. Postquam vero Huberto et Joanni van Eyck, Flandris, ſub finem ſeculi XIV. bene ceſſiſſet olei cum pigmento mixtura, nata hinc forſan Laurentio Harlemenſi idea eſt, ſimile circa atramentum tentandi, ut FOURNIERIUS quoque ſuſpicatus eſt *Diſſert. ſur l'origine de l'art de graver en bois*, *p.* 18. Introduxit itaque atramenti ſpeciem e fuligine oleoque lini confectam, qua in *Speculo*, *Donatoque* uſus eſt, ſed illam murini fere coloris, nimisque oleoſam. Eam quidem nonnihil jam emendarunt Laurentii heredes, prout repetitae *Speculi* editiones teſtantur, quae tamen literas nimis pingues nigrasque exprimunt; ſed multo felicius hac in parte res ceſſit Moguntinis, ut inferre licet ex *Pſalterio* a 1457. ab eodem FOURNIERIO dict. *Diſſert. p.* 45. *ſeq.* et *Diſſert. de l'origine et des productions de l'imprimerie primitive en taille de bois p.* 230. *ſeq.* deſcripto, ulteriusque mihi confirmarunt exempla *Bibliorum* a. 1462. *Officiorumque* CICERONIS a. 1465. illud chartaceum, hoc membranaceum muſei noſtri, in queis ſummam atramenti perfectionem conſultus a me expers typographus admiratus eſt. Imo tantum abeſt, ut Moguntini hac in parte ceſſerint impreſſori LACTANTII in monaſterio Sublacenſi a. 1465. editi; (ceu viſum auctori *Biblioth. Harlejan. Catalogi*, *Tom. III. p.* 223.) ut e contrario hujus libri inſpectio, cumque *Speculo* ſecundae editionis collatio manifeſtum nobis reddiderit, utrumque opus eodem laborare naevo, quem bene evitaverant Moguntini. Hanc atramenti perfectionem lepide ſatis deſcripſit Poëtaſter in carmine ad calcem *Decretalium* ex edit. Petr. Schoefferi, Mogunt. 1473. quod Cl. SCHWARZIUS in *primar. docum. de orig. typogr. Part. III. p.* 10. *ſeq.* notis illuſtratum dedit:

*Aſt atramentum probat hoc non eſſe caducum,*
*Cerotumve rapax, aut cineralis aqua.*
*Quamlibet in fluida carta non liquitur unda*
*Tetra, neque atrior hac fallit in arte liquor.*

 Non

Non contenti porro nigro colore Moguntini tria alia genera, nempe rubrum, purpureum, et caeruleum ad impreſſionem accommodarunt, quae omnia Pſalteriis a. 1457. et 1459. inſerviere. vid. Cl. DE BOZE *Tom. XIV. des Memoires de l'Acad. des Inſcript. p.* 254. *ſeq.* Atque haec inventa certiſſime vel Jo. Genſfleiſchio ſeniori, vel potius Jo. Gutenbergio accepta referenda ſunt, qui exinde atramenti impreſſorii repertor dictus fuit POLYD. VERGILIO *Lib. II. de rer. inventor. c.* 7. quod ad Jo. Fauſtum ſuo more applicuit hujus agnatus JO. FRID. FAUSTUS ASCHAFFENBURGIUS in *Diſcours vom urſprung der truckerye*, apud KÖHLER *Ehrenrettung Jo. Guttenbergs p.* 90. Novum tandem impreſſioni decus adjecit Erhardus Ratdolt, Auguſtanus, Venetiis primum, moxque in urbe natali typographus, compoſitione atramenti aurei impreſſorii, quali ſuperbiunt exempla membranacea, tum *Elementorum* EUCLIDIS Venet. 1482. in bibliotheca Smithiana (teſte *Catalogo p.* 161.) tum *Antiquitatum Peutingerianarum*, Auguſt. 1505. in bibliotheca Harlejana, (vid. *Index*, *Tom. III. p.* 220.) quod proinde negare non debuerat PROSP. MARCHANTIUS in *Dictionar. Hiſtor.* v. *Ratdolt.* Ceterum idem atramenti genus ad impreſſiones tam ligneis tabellis, quam mobilibus ſignis uſitatum fuiſſe probant permulta opera ſeculi XV. et XVI. tabellaris mixtaeve impreſſionis. Sed aliud hac in parte viſum eſt inventori Laurentio, qui occulta adhuc arte, quo melius delineationes manu factas exprimeret, atramenti genus peculiare ad icones, et cetera porro opera tabellis impreſſa, adhibuit, idque admodum pallidum, quod e lampadum fuligine cum amylo et aqua commixta conflatum fuiſſe videtur. Id vero ne tam facile evanesceret, magis deinde fuſcum reddiderunt ejus heredes. vid. infr. *Cap. V.* §. 5. et *Cap. IX.* §. 4. *et* 9. quod tamen ex uſu ſtatim receſſit. Tabellae autem aeneae, quibus imagines ſemper fere introrſus (rariſſime extrorſus, ut in ligneis) ſculpuntur, ubi introduci coeperunt, ſcil. circa a. 1470. hae ut preli, ita atramenti quoque genus ſingulare ac tenuius ad impreſſionem deſiderarunt. Ceterum, quum atramentum literis figurisve applicetur ope melantherum ſive pilarum tinctoriarum, obſervo, harum uſum perantiquum eſſe oportere, quum FRIDERICUS III. Imp. qui ab a. 1440. ad 1493. imperavit, typographis gryphi, globos hujusmodi unguibus tenentis, ſcutum donaverit, teſte SIGISM. BIRCKENIO, in *additam. ad* JO. JAC. FUGGERI *Oeſterreichiſchen ehrenſpiegel Lib. V. c.* 2.

(*ad*) Antiquiſſimum prelum typographicum vinarii formam habuiſſe, eoque Argentorati uſum jam fuiſſe Gutenbergium, teſtis eſt JO. ARN. BERGELLANUS in *encomio chalcographiae vers.* 67. *ſeq. Append. N.* 74. qui in hac circumſtantia, integro licet poſt inventam artem ſeculo ſcribens, lapſus haud videtur, quum idem quoque mox teſtatus fuerit αὐτόπτης DAN. SPECKLINUS in *Chronico Argentinenſi MS. Append. N.* 85. praetereaque *torcularis* nomen (prelo vinario proprium) impreſſorio deinde adhaeſerit, ut jam probat conventio inter primos typographos Mediolanenſes a. 1472. inita, apud SAXIUM in *Hiſtor. typogr. Mediol. p.* 447. *ſeq.* Gutenbergii vero tentamina quum ex Harlemenſi fonte dimanaverint, ut *Cap. VIII.* §. 8. docebitur, fieri poteſt, ut hoc ipſo preli genere jam antea uſus fuerit Laurentius, qui illius conſtructionem per Germanum quendam reſcire, forte etiam in pharmacopolae cujusdam officina, ubi hodie nonnunquam abhibetur, conſpicere potuit. At vinarii preli figura non ubique eadem. Quod in *Spectaculo naturae* Abbatis PLUCHE *Tom.*

*II.*

*II. p.* 363. *ſeq.* exhibetur, ſatis compoſitum eſt, et ad preſſionem uvarum ſpecialiter accommodatum; at ſimplicius ſtitit CL. FRANC. DECHALES, in *Curſu Mathematico*, *Tom. II. p.* 194. quod, paucis forte immutatis, operi typographico inſervire potuit. Ita vero cochlea per tignum ſuperius tranſeunte, quam tarde proceſſerit impreſſio, nemo non animadvertit. Imo inferri poſſet ex depoſitione Laur. Beildeck in cauſa Gutenbergii §. 10. *Append. N.* 1. hujus prelum duabus inſtructum fuiſſe cochleis, quale Dechales *d. l.* exhibet; niſi eadem illa depoſitio, indicans, aperta utraque preli cochlea columellas dilabi in partes, evinceret, Beildeckium impropria hac locutione ipſam denotaſſe formam, cochleolis clauſoriis coarctatam, ut etiam intellexiſſe ea verba videntur Ill. SCHOPFLINUS in *Vindic. typogr. Cap. II.* §. 11. et FOURNIERIUS *dans ſes Obſervations ſur les* Vindic. typ. *p.* 37. Incrementa vero prelum non niſi lento gradu accepit. Primi certe impreſſores Moguntini, quos reliqua arti inſervientia ad maximam perfectionem evexiſſe conſtat, hac tamen in parte multum reliquerunt aliorum induſtriae. Incubuiſſe igitur illi potiſſimum rei videtur JOANNES MULLER, patria Regiomontanus, celebris ſui temporis Mathematicus, de quo ad calcem indiculi operum ab ipſo edendorum, anno circiter 1473. publicati, legimus: *Poſtremo omnium artem illam mirificam, literarum formatricem, monimentis ſtabilibus mandare decretum eſt (Deus bone faveas) qua re explicita ſi mox obdormierit opifex, mors acerba non erit; quom tantum munus poſteris in hereditate reliquerit, quo ipſi ſe ab inopia librorum perpetuo poterunt vindicare.* Et ita quoque haec verba accepiſſe video Cl. SCHWARZIUM in *primar. docum. orig. typogr. Part. III. p.* 61. add. PETR. GASSENDUS *in vita Georg. Peurbachii et Jo. Regiomontani*, *Tom. V. Oper. p.* 527. Qualia vero proprie haec Mulleri inventa fuerint, numque illa uſus receperit, cognoſcere forſan liceret ex JO. MENTELII, typographi Argentinenſis (a. 1478. fato functi) libello ms. *de arte impreſſoria, adjectis multis inſtrumentorum figuris, et de atramenti compoſitione praeceptis*, cujus HIER. GEBUILERUS meminit in *Panegyri* (*Append. N.* 61.) modo is adhuc ſupereſſet. Quidquid eſt, prelum integro poſthac ſeculo adhibitum variis adhuc laborabat naevis, qui ſuccedente aetate correcti ſunt, ut didici ex quadam preli iconographia circa a. 1600. excuſa, ubi trochlea, cochlea, tabulaque torcularia e ligno conſpiciuntur, (quale prelum antiquiſſimae conſtructionis aliquot abhinc annis in hac ipſa urbe Roterodamo adhuc ſuperſtes fuit) ſed haec recentior aetas e metallo fabricavit. Quod autem magis mirere, prela uſu communi jam frequentata etiamnum abſunt ab ea perfectione, ad quam extolli poſſent, perductaque dudum fuiſſent, niſi politicae rationes expeditioris machinae introductioni hactenus obſtitiſſent. Operae pretium erit, eam in rem apponere, quae PAUL. PATER ſcripſit in *Diſſert. de Germaniae miraculo, typis literarum*, edit. Lipſ. 1710. *Cap. II.* §. 7. *p.* 15. *Novum plane preli typographici genus Erhardus Weigelius Mathematum Profeſſor in Academia Jenenſi, Praeceptor et hoſpes noſter olim, non ſine honore nominandus, ante aliquot luſtra adinvenit, cujus ope vel unicus operarius tantum praeſtare poteſt, quantum in vulgari illo vix duo robuſtiſſimi effectui dare valent: ſed deprecantibus nobile hoc inventum typographis, et multitudini illorum magis obeſſe quam prodeſſe dictitantibus, ne otioſi algere eſurireque cogantur, retraxit in angulum ipſe auctor, et ne publici uſus fieret, aſſenſit; ego tamen in aedibus ejus admirando ope-*

minoris momenti inſtrumenta (*ae*) miſſa faciam, ad introductionem novae artis invenienda, debiteque fabricanda erant, perfectionem tamen recepere demum ſucceſſu temporis. Utriusque vero discrimen in typi genere diverſo unice reſidet, ſed illud maximi, ſi effectum reſpicias, momenti: ſolutiles quippe literae per

---

*ri non ſemel manum admovi.* Qui deinde auctor *p.* 56. poſt deſcriptionem trochleae cochleaeque in prelo vulgari, de eodem invento addit: *In novo prelo Weigeliano id omne facillime expeditur confecto e chalybe elatere ſpirali* (ſchnecken-feder) *per impulſum rotarum atque ergatae.* Huic forſan non abſimile fuit, quod Lutetiae a. 1728. nonnemo, regiae ſcientiarum Academiae ſocius, excogitaverat, mox vero ſupprimere juſſus eſt, cujusque arcanum proximo ſexennio heres inventoris, ficto, ut ſuſpicor, J. B. de Lana nomine uſus, literis Hagae Comitum datis Univerſitati Gottingenſi obtulit, Cl. Heumannus autem, qui has receperat, temere neglexit, qua de re vide *Parerga ſive acceſſiones ad omnis generis eruditionem, Tom. I. lib.* 4. *p.* 141. *ſeq.* edit. Gotting. 1738. Memorare illud hac occaſione non indignum exiſtimavi, quoniam intereſt orbis literati, ut ejusmodi inventum publici juris fiat, uſuque tandem recipiatur, atque ita non typographorum modo ob minores impenſas, ſed maxime emtorum ob vilius pretium in libros impendendum conſulatur commodo. Id autem, ne politica illa ratio perpetuo ſit impedimento, tutiſſime in urbe aliqua, ubi nulla alicujus momenti officina impreſſoria ſedem antea fixit, tentari, cumque fructu porro, opitulante praeſertim magiſtratu, exerceri poterit: quod ſi ſemel factum fuerit, paulatim ad alias tranſibit regiones, librorum, maxime grandiorum operum, (quae ſaepe ob nimias impenſas perpetuae oblivioni mandari debuiſſe exemplis aliquot docere poſſem) impreſſio augebitur, atque ita per multiplicationem prelorum, licet ſingula unus tantum homo dirigat, non decreſcet operariorum numerus. Optandum ſaltem eſt, ut illuſtriſſima illa Galliarum Academia, quae mechanicarum artium arcana omnia, bono publico, jam referat, de hoc invento cogitet, neque, ſi ejus copia haberi poſſit, illud porro invideat iis, qui literis bene cupiunt. Atque haec de prelo, cujus ope tum ſolutiles literae, tum ligneae tabulae ſculptae imprimuntur, dicta ſunto. Laminis autem aeneis quum figurae aut characteres non extrorſus (rariſſime ſaltem) ſed introrſus incidantur, cum earum introductione ſimul inventum fuit novum preli genus, cylindri formam habens, ac volubile, uti Anonymo bene jam obſervatum in *Tranſact. Philoſ. a.* 1703. *N.* 288. qui tamen hanc epocham non a. 1481. ſed 1470. adſcribere debuerat. vid. infr. *Cap. IX.* §. *ult.*

(*ae*) Varia inſtrumenta impreſſoria enumerantur a JO. HENR. ALSTEDIO in *Encyclopaedia Lib. XXX. ſect. I. p.* 1913. DAN. GUIL. MOLLERO in *Diſſ. de typographia, Tom. II. Monum. typogr.* JO. CHRIST. WOLFII *p.* 611. et CHR. FRID. GESNERO in *Buchdruckerkunſt p.* 174. *ſeq.* quorum tamen alia preli partem conſtituunt, alia typographiae ſtricte ſic dictae propria ſunt. Imo an his omnibus primi typographi uſi fuerint, cum SCHWARZIO in *primar. docum. Part. I. p.* 33. dubitaverim.

per continuam compoſitionem ac diſſolutionem pluribus foliis, imo libris, formandis aptae ſunt. Fixae ad unumquodque operis folium novam ſemper tabulam requirunt. Sic vero illae longiſſime his praeſtant, tum compendio, maxime ſi grande aliquod volumen deſcribendum ſit (*af*), tum praeſertim celeritate, indeque profluente levi impenſa in paginae formatione, ut fere citius liber mobilibus typis, quam folium tabellis abſolvi poſſit (*ag*). Sola proinde impreſſio verſatilis librorum multipli-ca-

---

(*af*) Opera certe, multis voluminibus comprehenſa, ſi tabellis deſcribenda fuiſſent, his reponendis integra horrea accommodari debuiſſe bene obſervavit PROSP. MARCHAND *Hiſt. de l'Imprim. p.* 17. *ſeq.*

(*ag*) Quam celeriter jam olim libri charactere mobili deſcriberentur, teſtis eſt magnus eorum numerus, qui paucos intra annos ex una eademque officina prodiere: vid. e. g. indiculus editionum Romanarum Conr. Sweynheim et Arn. Pannartz ab a. 1467. ad 1472. in *Annal. typogr.* MAITTAIRII *Tom. I. p.* 14. *edit.* 2. et *lib. ſing. Card.* QUIRINI *de primis edit. Rom. pag.* 231. *ſeq.* De Joanne quoque Spirenſi, primo impreſſore Veneto, legimus in carmine ad calcem B. AUGUSTINI *de civitate Dei*, a. 1470. impreſſi, (dict. *Tom. I. Annal. p.* 286.) eum menſe fere trino PLINII *Hiſtoriam naturalem* excudiſſe, quae editio a. 1469. vulgata, mihique non ſemel viſa, (ut ex proxima, quam mole circiter aequat, Sweynheimii ac Pannartzii a. 1470. in bibliotheca mea deliteſcente, infero) fere 750. paginas formae maximae continet; unde conſequens erit, deductis ex anni quadrante ſedecim diebus feſtis, typothetam ejus officinae, ſive ſolum, ſive ab alio adjutum, quotidie decem compoſuiſſe paginas, ad quas tabellis ſculpendas totidem profecto hebdomadarum, imo longiore ſpatio, opus fuiſſet. Sic etiam ex praefatione *Moralium* GREGORII PAPAE, edit. Romae 1475. (*Append. N.* 19.) diſcimus, id opus, quod magnitudine non adeo multum Plinio cedere videtur, a tribus hominibus, ſolum tres menſes laborantibus (ad compoſitionem nempe, correctionem, atque impreſſionem) fuiſſe abſolutum. Ceterum mirandum non eſt, ſcriptores ſeculi XV. dum typographiam proprie ſic dictam ob celeritatem extollunt, eam nunquam opponere impreſſioni tabellari, at ſemper ſcripturae, ut fecit JO. ANT. CAMPANUS in notiſſimo illo verſu, Udalr. Galli impreſſionibus a. 1470. ſeq. ſubjecto, *imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno*, fecere et alii, quorum teſtimonia e documentis noſtris magna copia peti poſſunt, partimque etiam collegit MARCHANTIUS *dict. lib. p.* 2. Ratio etenim ſimpliciſſima eſt, quoniam typographia directe ſcripturae ſucceſſit; impreſſio autem tabellaris locum intermedio tempore non habuit, neque typographiae praeluxit, uti perperam hactenus creditum, verum ſimul aut forte poſt eam in Europa progenita aliis libris, quam iconicis, perraro inſerviit, ut *Cap. ult.* oſtendemus.

catrix, artiumque adeo et conſervatrix et altrix, habenda eſt, tantopere anteponenda tabellari, quantopere haec ob multiplicationem exemplorum ejusdem libri vincit ſcripturam. Factum hinc, ut illa perpetuo uſu recepta, nomenque typographiae ſive impreſſoriae artis (quo et hac ſignificatione perpetuo utemur) ſortita fuerit, haec rariſſime ad orationem, eamque exiguo quodam opusculo comprehenſam, cetera vero ad icones, aliave, quae mobilibus ſignis expedire haud licebat, adhibita fuerit (*ah*). Utriusque vero artificii primordia exponere hac diatribe conſtitui.

## §. V.

Initium fiat a typographia. Eam ſeculo demum XV. natam inter omnes convenit (*ai*). De anno tamen natali diſſentiunt plures, varie hunc definientes pro diverſo, cui inventionem tribuunt, loco vel artifice. Certatum ſcilicet hac de re Germanos inter et Batavos. Illi ſeſe inter diviſi partim Moguntiae, partim Argentorati cauſam egerunt, ſinguli porro circa inventorem in diverſa abeuntes. Hi vero in conſtituendis nobiliſſimae artis incunabulis eidem ſemper adhaeſere opinioni (*ak*). Quaelibet pars quid

(*ah*) Vid. dict. *Cap. ult.* §. 13.

(*ai*) Id certe teſtantur ſcriptores ejus aevi haud pauci, LUDOV. CARBO, NICOL. GUPALATINUS, JO. MULLER, Regiomontanus, BONUS ACCURSIUS, DOMINICUS DE DOMINICIS, pluresque alii, quorum teſtimonia ex Appendice noſtra documentorum peti poſſunt. Libri igitur excuſi, qui annum prae ſe ferunt vetuſtiorem, v. c. Tractatio Germanica *von dem Cirurgus* 1397. aliique ſimiles, certiſſime vitioſa ſubſcriptione laborant, quod et generaliter pronunciare licebit de omnibus illis, qui tempus impreſſionis a. 1457. anterius exprimunt, quando primum opus, videl. *Pſalterium*, Moguntiae exiit cum anni nota. vid. MAITTAIRE *Annal. Typogr. Tom. I. p.* 2. *edit. ſecund.* MARCHAND *Hiſt. de l'Imprim. p.* 113. add. NAUDAEUS *addit. a l'Hiſt. de Louis XI. Chap. VII. p.* 110. Qui vero typographiae originem antiquiſſimam ſtatuunt, atque ex Oriente repetunt, ut PAUL. JOVIUS *Lib. XIV. Hiſtor. p.* 226. edit. Florent. 1550. eoque duce multi alii, hi verſatilem impreſſionem cum tabellari manifeſte confundunt. vid. infr. *Cap. IX.* §. 3. not. *b.*

(*ak*) Operae vix pretium videtur, ut hic memorem ſcriptores, qui alii loco inven-

quid ſibi aut vindicet, aut jure vindicare poſſit, in ſequentibus capitibus explicabitur data opera. Ad faciliorem tamen intricatiſſimae controverſiae intellectum non inutile erit breviſſimum totius argumenti quaſi conſpectum lectori hic exhibere.

## §. VI.

Inter Moguntinae cauſae defenſores reperti ſunt olim, qui chalcographiae inventum hac in urbe Joanni Gensfleiſchio ſeni adſcriberent, qui mox Joanni Gutenbergio Argentina reduci in promovendo perficiendoque opere dux fuiſſe legitur (*al*). Alii primor-

ventionem ficulneo quodam argumento aſſerere conati ſunt, ut fecerunt nonnulli Baſileae, quod vitioſa ſubſcriptione libri illic impreſſi niti evicit LUDOV. LA GUILLE *Hiſt. d'Alſace Part. I. Lib. XXIX. p.* 335. Imo Regiomonti in Franconia repertam aliqui artem volunt per Jo. Regiomontanum, quod Tabularum Purbachii (ab aliis ſcil. auctarum) fide ſcripſit, aliisque perſuadere voluit PETR. RAMUS *Lib. II. Schol. Mathem.* Aſt bene vidit BERN. A MALLINKROT in *Diſcurſu de art. typogr. invent. p.* 75. in hiſce tabulis impreſſoriam artem non ipſi adſcribi Regiomontano, verum ejus tempore repertam dici; quod ipſius Mulleri teſtimonio nititur. vid. *Appendix noſtra N.* 15. Chronologiae vero repugnat, quod alii addunt, illum cum Gutenbergio Argentorati conſilia inde ab a. 1440. de typographia communicaſſe, quum a. 1436. demum lucem viderit; vid. Ill. SCHÖPFLINI *vindic. typogr. Cap. VII.* §. 4. tametſi varia deinde ad preli emendationem contulerit, ut jam obſervavimus. Tandem exſtitere, qui inventionem artis tribuerent Nicolao Jenſoni, celeberrimo impreſſori Veneto, ut ex JAC. PHIL. BERGOMENSI discimus; vid. *Append. N.* 28. Verum hos decepit male intellectus OMNIBONI LEONICENI locus in Praefat. Quintiliani a. 1471. typis Jenſonianis editi, ubi *librariae artis mirabilis inventor, non ut ſcribantur calamo libri, ſed veluti gemma imprimantur, ac prope ſigillo, primus omnium ingenioſe demonſtraſſe* dicitur; recte enim obſervavit Cl. SCHWARZIUS in *primar. docum. de orig. typogr. Part. II. p.* 50. mentem Omniboni non fuiſſe, Jenſoni artem in genere conſideratam tribuere, verum expolitam, uti certe illum typorum nitore omnes ſuos aequales viciſſe conſtat; unde operam luſerunt auctor *Colonienſis Chronici* a. 1499. editi, huncque ſecutus TRITHEMIUS in *Annal. Hirſaug.* quando typographiam in Italia a Jenſone inventam non ſine animi impetu negarunt. v. *Append. N.* 4. et 5.

(*al*) Vid. epitaph. Gensfleiſchii, WIMPHELING *Epigr. in eius laudem* et in *Catal. Episc. Argentor.* FRANCKIUS in *Chronico*, edit. 1555. in *Append. N.* 44. 71. et 89.

mordia ipſi Gutenbergio tribuerunt, conſilio tamen et impenſis Joannis Fust aliorumque multum adjuto (*am*). Nec defuere, qui omne inventum ſoli Fauſto deberi crederent. In eo tamen convenire obſervo plerosque, circa a. 1440. coepiſſe epocham Moguntinenſium typographiae, qua multum deinde exculta a. 1450. *Biblia Latina* absque temporis, loci, vel typographi indicio prelo exiere, eoque ipſo anno inter Gutenbergium Fauſtumque erecta ſocietas eſt, promovendae arti deſtinata, at quinquennio poſt ob exortas utrimque contentiones diſſoluta, quando per operarios eorum ars ſenſim divulgari coepta eſt, officina priſtina Moguntinenſis tranſivit ad Fauſtum. Hanc deinde celebriorem reddidit famuli Petri Schoefferi Gernshemienſis ingenium, reperta fundendorum ex matricibus ſtanneorum characterum arte, quo nomine a Fauſto et filiam unicam Chriſtinam in matrimonium accepit, et operis coöptatus eſt ſocius. Atque ex hoc prelo varios deinde libros Fauſti Schoefferique nomine ac ſcutis conſpicuos prodiisſe, duas quidem *Pſalterii* editiones a. 1457. et 1459. ſculptis, reliqua opera fuſis literis, vulgo notum eſt. Novi autem preli, a Gutenbergio poſt a. 1455. eadem in urbe Moguntia erecti, fetus, quum nulli eorum nomen is ſuum adjecerit, non aeque explorati ſunt (*an*).

Attributa vero ſoli Fauſto inventio ſeculo demum XVI. eſt ab hujus ex filia nepote JOANNE SCHOEFFERO, Petri filio; (*ao*) quae opinio plures deinde invenit ſequaces, donec elegantis ingenii ac doctrinae viri CHRIST. GOTL. SCHWARZIUS (*ap*) et JO. DAV. KÖHLE-RUS

(*am*) Ita MATH. PALMERIUS Piſanus in *Chronico*, v. *Append. N.* 23. et poſt hunc plures alii, imprimis TRITHEMIUS, *N.* 30.

(*an*) Id omne *Cap. VII.* ex parte, pleniſſime vero a nobis tractabitur in *antiquitatibus Moguntiae typographicis.*

(*ao*) Vid. *Append. N.* 47.

(*ap*) In *primariis quibusdam documentis de origine typographiae*, quae tribus Diſſertationibus prodiere Altorfii a. 1740. vid. imprimis *Diſſ. I. p.* 18. *ſeq.*

RUS (*aq*) ex profeſſo Gutenbergii partes tuiti ſunt, Gensfleiſchii quidem ſenioris non obliti, aſt utrumque, quod promiscue nomina haec gentilitia interdum adhibita perſpexiſſent, gravi errore confundentes.

Ab his omnibus in ſpeciem magis, quam re ipſa cl. FOURNIERIUS nuper diſſenſit, (*ar*) qui in fundendis typis Pariſiis excellens *typographiae* appellatione illam demum honorare voluit artem, quae fuſilium literarum ope exercetur, indeque auctorem typographiae Petr. Schoefferum agnovit ſolum (*as*).

## §. VII.

Alſatici ſcriptores in conſtituendo inventore haud parum vacillarunt. Primus enim aſſertor JACOBUS WIMPHELINGIUS, auctor ſeculi XVI. ineuntis, Gutenbergium a. 1440. impreſſoriam artem reperiſſe quidem Argentorati perhibet, aſt incomplete; perfeciſſe vero Moguntiae ductu Gensfleiſchii ſenis, jam ante in ea inveſtiganda ibi cum aliis occupati (*at*). Nonnulli, teſte FRANC. IRENICO in *Germaniae exegeſi* a. 1518. edita, in praedio Alſatiae, cui a ſono impreſſionis nomen *Ruſchenburg* adhaeſit, incoeptam primitus hanc artem fuiſſe ſcripſerunt; unde quum excuſi libri Mogun-

(*aq*) *Ehren-rettung Joh. Guttenbergs. Leipſ.* 1741.

(*ar*) Vid. *Diſſert. ſur l'art de graver en bois*, edit. Pariſ. 1758. *p.* 53. *Diſſ. de l'origine et des productions de l'imprimerie primitive en taille de bois.* ibid. 1759. *p.* 147. *Obſervations ſur un Ouvrage intitulé*, Vindiciae Typographicae, ibid. 1760. *p.* 7. *ſeq. Remarques ſur un Ouvrage intitulé*, lettre ſur l'Origine de l'Imprimerie, ibid. 1761. *p.* 43. quae porro opuscula, brevitatis cauſa *Diſſ. I. II. III. IV.* vocabimus.

(*as*) Idem olim ſtatuit GUL. INSULANUS, Menapius in *Statera Chalcographiae*, edit. Baſileae 1547. inſerta *Part. I. Monum. Typogr.* JO. CHRIST. WOLFII *p.* 1073. At vero Schoefferus ipſe inventam jam impreſſoriam artem agnovit, antequam operam illi impendere coepiſſet; partem modo inventionis ſibi tribuens ob fuſiles typos ſuperadditos. vid. *carmen ad calcem Inſtit. Juſtiniani* 1468. et TRITHEM. in *Annal. Hirſaug.* Append. N. 4.

(*at*) Vid. *Append. N.* 44.

guntiam delati eſſent, repertae illic artis divulgata eſt fama (*au*). Haud diu poſt HIERON. GEBUILERUS et JAC. SPIEGELIUS, a Jo. Schotto typographo Argentinenſi inſtigati, hujus avo materno Jo. Mentelio inventum ſtanneis typis excudendi tribuere coeperunt (*ax*). Ex his ſcriptoribus, ac traditionibus male applicitis conflata narratio eſt, quam duo Chronographi Argentinenſes ſeculi XVI. fere vergentis, alter. DAN. SPECKLINUS, alter anonymus (*ay*) ad poſteritatem transmiſere; repertam videl. artem in Alſatiae metropoli a. 1440. a Johanne Mentelio; hunc vero turpiter deceptum a famulo ſuo Joanne Gensfleiſchio Moguntino, penetralia artis Jo. Gutenbergio, homini diviti, furtivum in modum detegente; qui ambo deinde, exercere illam Argentorati Mentelio praeſente non auſi, Moguntiam ſedem tranſtulerint. Poſtrema haec opinio in Alſatia deinceps praevaluit, donec a. 1740. eximius vir JO. DAN. SCHÖPFLINUS eam edito Programmate (*az*) moxque et Gallica Diſſertatione (*ba*) in dubium vocare, et Gutenbergio Moguntino, quem Argentorati per plures annos usque ad a. 1444. habitaſſe compererat, inventum ea in urbe vindicare, Moguntiae diſputare coepit. Quod majori deinde apparatu praeſtitit, poſtquam inſtrumenta litis noviter detecta illum jam a. 1436. tribusque ſequentibus, adſcitis quibusdam ſociis, artis tentamina Argentinae feciſſe docuiſſent, in *Vindiciis typographicis* a. 1760. editis. Imprimendi ergo mobilibus, iisque ſculptis, characteribus ratio Gutenbergio apud Argentinenſes iterum aſſerta, quam ille, Alſatia circa a. 1445. relicta, partim a ſociis (mox Jo. Mentelium et Henr. Eggeſtei-

(*au*) Vid. *Append. N.* 57.
(*ax*) Ibid. *N.* 60. et 61.
(*ay*) Ibid. *N.* 85. et 86.
(*az*) Inſerto V. Cl. *Commentationibus hiſtoricis et criticis* p. 557. ſeq.
(*ba*) *Diſſertation ſur l'origine de l'Imprimerie*, écrite 1741. et inſerée dans les *Memoires de l'Academie des Inſcriptions et de belles lettres*, *Tom. XVII. p.* 762. *ſuiv.*

geſteinium coöptantibus) illic continuatam viderit, partim Moguntiae cum Fauſto ab a. 1450. ipſe exercere coeperit. Ita vero Moguntinenſis typographiae primordia a tempore demum initae cum Fauſto ſocietatis repetiit Vir Ill. ut omnia anteacta ſoli tribuere poſſet Argentinae; invitis auctoribus antiquiſſimis, epocham Moguntinam ab a. fere 1440. auſpicantibus, invito principe Alſaticorum in hac materia ſcriptore WIMPHELINGIO; cujus narratio, ſyſtemati V. Ill. oppoſita, indeque multiplicis ab eo inſimulata erroris, ab hac criſi non modo per nos liberabitur, ſed authenticis quoque juvabitur documentis (*bb*).

## §. VIII.

Batavi teſtimoniis duobus antiquiſſimis, altero Cornelii bibliopegi, ipſius inventoris in patria noſtra famuli, altero Udalr. Zellii, Moguntinae diocoeſeos clerici, primique deinceps Coloniae Agrippinae impreſſoris (ut plura alia paullisper ſileam) muniti, cedendam haud eſſe ſuperioris Germaniae incolae inventionis gloriam exiſtimarunt; at illam Laurentio aedituo in urbe Harlemenſi adſcripſerunt, quo vivis erepto perfidus operarius ſuperſtitis officinae inſtrumenta Moguntiam advexit, ubi duobus charactere mobili Laurentiano impreſſis opuſculis jam a. 1442. inclaruit (*bc*). Uti vero Argentinenſis typographiae origo incognita fuit hucusque noſtris, verâ demum epochâ nuperrime detectâ, ita Moguntinenſem unice repetierunt ex primordiis Harlemenſibus. Haec autem tantum abeſt, ut praecipui noſtrae cauſae vindices in ſola impreſſione tabellari quaeſiverint, ceu Ill. SCHÖPFLINO antea viſum (*bd*), ut e contrario typos non fixos modo, ſed et mobiles,

(*bb*) Vid. infr. *Cap. VII.* §. *6. ſeq.*
(*bc*) Ibid. *Cap. III.* et *IV.*
(*bd*) *Vindic. typogr. Cap. VIII.* §. *2. ſeq.*

les, imo, quod factum nollem, fuſos e matricibus a Laurentio excogitatos ſcripſerint (*be*), quem lapſum ipſe V. Ill. a me admonitus pro eo, quo eſt candore, illico agnovit (*bf*).

## §. IX.

Uti vero in hac controverſia tres occurrunt partes litigantes, ita quum nulli earum cum altera jam conveniat, triplex quoque diſſidium ſupereſt; quod ut terminetur, prout ordo rerum poſtulat, tentanda eſt concordiae via, ſolidis tamen fundamentis ſuperſtructa; cujus ope ubi transigi res haud poterit, duriori ſententia condemnari infirmam partem neceſſe erit.

Argentinenſes igitur aerae typographicae antiquitate, etſi Moguntinos vincant, cedere tamen Harlemenſibus docebitur; imo ſeculo demum XVI. crediti fuere inventores *artis impreſſoriae*, quam reapſe primi omnium aliunde receperant, partim nempe Harlemo, partim Moguntia, pro diverſo illius vocabuli intellectu (*bg*). Ita vero ſi parum gloriae tribuere Argentinae videamur, eam quoque hoc nomine celebrandam exiſtimamus, quod jus civitatis dederit, aſylumque per multos annos praebuerit Jo. Gutenbergio, ortu Moguntino, qui chalcographicam poſthac artem in urbe natali adinvenit. Quod ſi nec illi arbitrio acquieſcere parata ſit Alſatiae metropolis, metuendum pacificis erit Batavis, ne rixas, quas cum artis ſociis tum Moguntiae tum Argentinae olim impenſarum nomine habuit vitilitigator Gutenbergius, Harlemum usque extendant, litemque de primae inventionis gloria memoriae Laurentii moveant inquieti hominis manes. Ar-

(*be*) PETR. SCRIVERIUS *Laurecrans voor Laurens Coſter*, *p.* 103. MARC. ZUER. BOXHORNIUS *Diſſ. de typographicae artis inventione p.* 37. 41. uterque fretus HADR. JUNII teſtimonio. vid. infr. *Cap. III.*

(*bf*) In literis ad me datis d. 30. Junii 1760.

(*bg*) Vid. infr. *Cap. VIII.* §. 7. *ſeq.*

Argentinenſes cum Moguntinis compoſuiſſe ſibi viſus eſt Ill. SCHÖPFLINUS, dum hoſce omnia illis debere, fuſilesque modo typos ſuperaddidiſſe ſtatuit (*bb*). Quae ſententia quantopere Moguntinis gravis ſit, manifeſtum faciam; Jo. Gensfleiſchium *ſeniorem* e latebris protracturus, et Argentinenſibus oppoſiturus, ut diverſum ſe hominem eſſe ab altero Jo. Gensfleiſchio *juniore*, qui cognomine Gutenbergii plerumque uſus eſt, argumentis omni exceptione majoribus probet; ut porro aliquot ſeſe annis ante Gutenbergii adventum Moguntiae artem exercuiſſe doceat; ut denique huic in patriam urbem reduci in arte promovenda ducem ſe fuiſſe, nihil vero ab eo didiciſſe oſtendat (*bi*). Intereſt ergo Moguntinorum, intereſt veritatis, ut, poſtquam amicitiae vinculo ſeſe nobiscum junctos videbunt, communem porro cauſam contra Argentinenſes tueantur, imo hos ab omni inventione excludi citra injuriam poſſe intelligant (*bk*).

Batavi cum Moguntinenſibus olim concordes duobus abhinc ſeculis altercari quoque de invento coeperunt. Noſtri enim quum id omne Harlemo adſererent, ſola emendatione artis Moguntiae relicta, teſtimonia antiquiſſima, quae impreſſoriam artem in

(*bb*) *Vindic. typogr. Cap. VII.*

(*bi*) Vid. infr. *Cap. VII.*

(*bk*) Alia ratione Moguntinorum cauſam noviſſime tuitus eſt cl. SCHELHORNIUS *Obſerv. I. de art. typogr. natal. p. 6. ſeq.* qui etſi horum labores e primordiis Alſatiae, Ill. SCHÖPFLINI fide, repetat (ignorans pariter, quae ante adventum Gutenbergii praeſtitere, et Batavorum inventa impreſſioni tabellari accenſens) non tamen Argentinae, verum Moguntiae, laudem inventionis detulit, quod illic modo tentata ars, hic abſoluta fuerit. Et ſane erunt, qui Schelhornio adſtipulabuntur, inventricem non recte dici eam urbem, ubi ars modo quaeſita eſt, ad propoſitum vero finem, nempe librorum editionem, perduci haud potuit. At, ſi ita res ſeſe haberet, Argentinenſibus tamen magis ego propitius eſſem, quia per integrum luſtrum Moguntinis praevivere in conficiendo apparatu, ſine quo typographia exerceri haud poteſt. Verum totam hanc quaeſtionem reſcindent jam Harlemenſes, dum utrisque ſeſe priores in typorum mobilium inventione atque uſu oſtendent, metallicos ſolos Moguntiae relicturi. add. infr. *Cap. VIII.* §. 7. *ſeq.*

in hac Germaniae urbe repertam docebant, falſi inſimulare coacti ſunt. Moguntini, retorſionis jure utentes, tam late illa interpretati, ut nihil tandem Harlemo ex typographiae primordiis relinqueretur (*bl*). Horum opinio quum verbis ſcriptorum veterum magis accommodata videretur, Harlemenſes cauſa, quam partim bonam, partim malam tuiti erant, apud pleroſque judices ſua culpa ceciderunt (*bm*); neque repertus huc usque eſt, qui utramque urbem inventricem *artis excuſoriae*, ſeu *impreſſoriae*, diverſo tamen ſenſu, nuncupari poſſe animadvertit.

## §. X.

Ne ergo in tota hac lite, praeſertim quae noſtros a Moguntinis ſeparavit, andabatarum porro more diſceptemus, neceſſe erit, ut indicentur diverſi gradus (aut ſi malis, claſſes) per quos typographia originem ſuam accepit, et complementum. Hos vero lector jam intelligit, neutiquam in preli, atramenti, ceterarumque rerum, quae impreſſioni verſatili et tabellari communes ſunt, fabrica quaerendos eſſe, verum unice in mobilium typorum variis ſpeciebus; quae ſingulae quum inventorem habuerint ſibi proprium, facile conciliabuntur diſtinctionis ope teſtimonia vetuſtiſſima, quae ſibi videntur oppoſita.

A ſculptis ergo typis quum ars incoeperit, in prima ſtatim claſſe *lignei* adhibiti, quod ſcalpro facilius efformarentur (*bn*). Verum

(*bl*) Teſtantur id a Batavorum parte, praeter HADR. JUNII teſtimonium, SCRIVERII, BOXHORNII et SEIZII ſcripta, a parte Moguntinenſium SERARII, MALLINKROTII, KÖHLERI; ut alios mittam.

(*bm*) Evincunt hoc inter Gallos NAUDAEI, CAILLII, CHEVILLERII et FOURNIERII, inter Britannos MAITTAIRII, PALMERII, et MIDLETONI, inter Italos ORLANDI ea de re judicia.

(*bn*) Probabile eſt, eos plerumque hac ratione formatos fuiſſe, ut primum inciderentur tabellae ligneae, ejus nempe altitudinis, qualem typi poſtulabant, dehinc vero cultello ſeparati ad debitum corpus reducerentur, tandemque coti attererentur,

rum hi ob ſculpturam raro ſibi aequales, atque ex materia fabricati, quae et fragilis eſſet, et pro varia tempeſtate modo tumeſcens, modo ſeſe contrahens, multas quotidie tum in paginarum artificialium compoſitione, tum in preli impoſitione parere debuerunt difficultates, quae ſaepe exſecutioni, ſemper elegantiae operis obſtabant. Varia quidem excogitata remedia, ſed quae, veteribus dum ſuccurrerent malis, nova produxere. Exiles enim literae quum ob fragilitatem ſeparatim ſculpi non poſſent, aliis fuere connectendae, quod majorem idcirco typorum multitudinem, plus temporis, laboris, ſumtuumque exegit. Quum porro characteres in paginam compoſiti, etſi marginibus ferreis ope cochlearum incluſi, ex inaequalitate tamen ſibi parum cohaererent, atque ita excidente vel uno typo integra ſubverteretur linea, excogitata ars eſt, typos ſuperne perforandi, ut ſinguli trajecto per foramina funiculo in lineam conſtringi, atque ita pluribus verſibus ſimul conjunctis forma componi poſſet. At vel ſic eveniſſe puto, ut impoſitione preli rumperetur aliquando funiculus; et ſi huic etiam rei provideri potuit, typothetis ſaltem hunc nexum moleſtiſſimum fuiſſe oportet, quibus aut ſtatim in compoſitione exactiſſima adhibenda erat diligentia, aut multum temporis impendendum disjunctioni et connexioni typorum ad emendandos commiſſos errores (*bo*). Typos huiusmodi ligneos, eosque perforatos, primus deſcripſit THEOD. BIBLIANDER in *Commentario de ratione communi omnium linguarum et literarum*, a. 1548. edito (*bp*), quos tum Moguntiae tum Argentorati olim ad-

tur, quo melius ſibi cohaererent. Hac certe methodo literas aliquot e ligno buxino mea gratia ſculpſit quidam Roterodami artifex, quae prelo ſubjectae (abſque fili junctura) tria haec Belgico ſermone formavere vocabula: **Spiegel der Behoudenis.**

(*bo*) Bene has difficultates, quibuscum colluctandum primis fuit typographis, ante me obſervarunt Cl. GROS DE BOZE in *Diſſert.* inſerta *Tom. XIV. des Memoires de l'Acad. des Inſcript. p.* 265. et Ill. SCHÖPFLINUS in Gallica Diſſert. ibid. *Tom. XVII. p.* 769.

(*bp*) Vid. *Append. N.* 79.

adhibitos fuiſſe plures deinde teſtati, nonnulli oculis contemplati ſunt (*bq*).

## §. XI.

Ligneis typis ſubſtituendos eſſe *ex aere*, *ſtanno*, ſimilive duriori materia *ſculptos* (antequam fuſiles noti eſſent) experientia optima rerum magiſtra docuit, quorum introductio ſecundam ſiſtit typographiae claſſem. Hi certe non modo a variis defectibus, quos in ligneis obſervavimus, liberi erant, longiusque prelo reſiſtebant, ſed multo quoque (*br*) nitidiore (imo ubi res poſtulabat,

(*bq*) De Moguntia id teſtantur JO. FRID. FAUST AB ASCHAFFENBURG in relatione de typographiae inventione, e familiae ſuae documentis concinnata, apud KÖHLERUM *Ehrenr. Guttenbergs p.* 91. SIGISM. BIRCKENIUS in additam. ad JO. JAC. FUGGERI *Spieglen der Ehren des Ertzhauſes Oeſterreichs, Lib. V. Cap. II. p.* 527. et αὐτόπτης PAUL. PATER *Diſſ. de typis literarum p.* 10. in cujus rei memoriam ſua aetate BIRCKENIUS perforatis literis Moguntiae novas operas typographicas in caerimoniis illis, quas *poſtulatum* vocant, tanquam nummo luſtrico donari ſolitas fuiſſe ſcripſit. Argentorati eos duobus abhinc ſeculis vidit deſcripſitque DAN. SPECKLINUS, vid. *Append. N.* 85. Atque haec jam ſcripſeram in *Conſpectu* meo *p.* 25. qui antequam prodiiſſet, excuſandus erat FOURNIERIUS, vetuſtum morem perforandi typos ſolius Specklini auctoritate niti arbitratus, eumque ob memoratas difficultates in dubium vocans, *Diſſ. II. p.* 62. et *III. p.* 47. Postquam vero hoc ſpecimen a me recepit, ibique *p.* 24. modeste ſeſe admonitum vidit, ut cederet tot optimae notae testibus, rei veritatem confirmantibus, (qui ſi ANG. ROCHAE testimonium e §. *ſeq.* adjicias, ſex numero erunt) quaero, an ab ullo aequo judice culpa liberari poſſit, quod nuperrime *Diſſ. IV. p.* 22. priſtinae opinioni ſuae conſtanter adhæſerit? Aſt ἐπέχω, quum non ignorem, quam vulgare noſtri ſeculi hominibus ſit in dubium vocare, quaecunque non aſſequuntur.

(*br*) Ne de huius rei veritate quiſpiam dubitet, typos aliquot ex aere ſculpendos curavi, qui etiam absque filo egregie ſibi cohaerent, earundem vero literarum diſſimilitudinem adhuc prodant. Id teſtantur, hac ratione impreſſa, uncisque incluſa duo vocabula [Speculum Salvationis.] Eos vero longe, ſi id poſtularem, minutiores efformare ſeſe poſſe teſtatus eſt, qui hos fabricavit, Roterodamenſis artifex; qualibus etiam libros excuſos fuiſſe rectiſſime obſervavit Cl. SCHELHORNIUS in *mantiſſa ad Card.* QUIRINI ſaepius laudatum *opus p.* 262. *ſeq.* Huiusmodi vero typos ali-

labat, minutiore) forma ſculpi poterant. At vel ſic praecipuum remanebat, imo novum exſurgebat obſtaculum. Longius enim tempus majoresque ſumtus typorum e metallo quam ligno ſculptura poſtulabat, nec omnis ſemper tolli poterat inaequalitas; unde et hos aliquando perforari in medio filoque necti oportuit, ut ex SIGISM. BIRCKENIO diſcimus (*bs*). Huius generis characteres fuiſſe crediderim, quos perforatos ſeſe Venetiis olim vidiſſe ANGEL. ROCHA ſcripſit (*bt*), ubi ligneos in uſu fuiſſe a. 1468. quando illic impreſſio coepta, ob elegantiam in primis Venetis editionibus conſpicuam, dubitaverim. Uſus horum typorum ante fuſos, praeterquam quod ex prima epocha et inventore chalcographiae manifeſte inferri poſſit (*bu*), confirmatur quoque TRITHEMII verbis, relatione PETR. SCHOEFFERI nitentis (*bx*), itemque

liquando elegantiores fuiſſe fuſis obſervavit Cl. SCHÖPFLINUS in *Vindic. Cap. I.* §. 9. add. eius Apologiſta *p.* 31. At in eo lapſus eſt uterque, ille *Cap. II.* §. 13. *n.* 5. hic *p.* 13. quod ex ſententia a ſenatu Argentinenſi in cauſa Gutenbergii lata intulerit, hujusmodi typos illic loci olim e plumbo ſculptos fuiſſe, quod neque ibi legitur, neque ut id credamus, plumbi materies permittit, utpote nimis mollis, quam ut prelo reſiſtere poſſit, prout varii typographi teſtati ſunt, unusque eorum comprobavit experimento.

(*bs*) Vid. *loc. modo cit.*

(*bt*) In *Append. ad Biblioth. Vatican. Tom. II. Operum p.* 350. Hoc opus vero primum a. 1591. Romae prodiit.

(*bu*) Stanneorum enim typorum inventio Gensfleiſchio vel Gutenbergio circa a. 1440. a veteribus adſcribitur. vid. *Append. N.* 44. et 45. Si ergo fuſiles demum Schoefferus invenit poſt a. 1450. ut omnes agnoſcunt, anteriores metallicos fuiſſe ſculptos conſequens eſt.

(*bx*) Ait nimirum hic auctor in Ann. Hirs. *Poſt haec* (ſcil. poſt impreſſiones tabellarum fixarum ope factas) *inventis ſucceſſerunt ſubtiliora, invenerun̄tque modum fundendi formas omnium Latini Alphabeti literarum, quas ipſi matrices nominabant, ex quibus rurſum* AENEOS *ſive* STANNEOS CHARACTERES *fundebant, ad omnem preſſuram ſufficientes, quos* PRIUS *manibus* SCULPEBANT. Unde recte quidem KÖHLERUS *Ehrenr. Guttenbergs p.* 20. intulit, ſculptos characteres Moguntiae in uſu fuiſſe ante repertam fuſoriam artem; at ignorans metallicos huius generis de ligneis id interpretatus eſt, invita hercle Trithemii oratione. Senſus mihi quidem videtur perſpicuus, aeneos ſive ſtanneos characteres ſculpendos fuiſſe, priusquam detecta eſſet illos e matricibus fundendi ratio; quam interpretationem in *Conſpectu* meo *p.* 27. vulgatam placuiſſe dein-

que MARIANG. ACCURSII et ACH. PIRM. GASSARI teſtimoniis, qui literas ex aere vel aurichalco paratas fuſis e ſtanno plumbove praeceſſiſſe indicant (*by*), et variis denique librorum, qui hac ratione impreſſi fuere, ſubſcriptionibus (*bz*).

## §. XII.

Moleſtiae tandem omnes ſuperatae ſunt *fuſilium typorum* ſubſtitutione, quae tertiam ultimamque claſſem conſtituit (*ca*). Formati ergo miro artificio ex ferro aut chalybe archetypi, literam quamvis in extrema parte retrorſus ſculptam continentes. Illis deinde matrices ſeu aenei moduli ſignati. Atque his tandem infuſa mixtura, e plumbo, ſtanno, ære, ſtibio, aliisque rebus conflata (*cb*), plurimas literas breviſſimo temporis ſpatio, et ex eodem modulo ſibi aequales, et omnes juſtae ad cuiusque literae corpus proportionis exhibuit. Ita ergo funiculus, quo literae antea conſtringendae erant, rejici, ita omnia commodiſſime expediri potuere. Ut

deinceps quoque Ill. Schöpflini Apologiſtae *p.* 13. obſervari. Cur vero de ligneis typis mobilibus, Moguntiae non inventis quidem, attamen initio adhibitis, Trithemio nihil retulerit Schoefferus, *Cap. IV.* §. *ult. et VII.* §. 4. docebitur.

(*by*) Vid. *Append. N.* 68 *et* 95.

(*bz*) Vid. hoc ipſo *Cap.* §. *ult.*

(*ca*) Noſtra tandem aetate coeptum tentamen novi generis characteribus, de cuius tamen ſucceſſu uti nihil reſcire potui, ita maxime etiam dubitaverim. Adſcribam hac de re verba Ill. Cancellarii, JO. PETR. LUDEWIGII, e *Relationibus Germanicis*, a. 1744. Halae editis, *Tom. II. N.* 55. §. 5. quae Latine ita ſonant: *Verumtamen hic loci doctus quidam, at parum notus, vir typographiam inſtituit literis ex indurata igne argilla, ſive defoecato ac ſolidiore luto, formatis; cui haec ineſſe videbatur utilitas, quod ſumtibus in metalli mixturam et transfuſionem characterum impendendis parceretur. Forte eiusmodi ars ad maiorem etiamnum perfectionem redigi, atque ita introduci poſſet.*

(*cb*) PETR. GUNTHERUS, ſeculi XV. ſcriptor, brevitatis cauſa tantum aeris plumbique meminit in Poëmate, *Append. N.* 91. debitam metalli mixturam intelligens, ut adiecta de illius compoſitione verba declarant. Imo MAR. ACCURSIUS *loc. cit.* ſolius plumbi mentionem facit, quod eius maxima infundatur copia.

Ut tamen eo perveniretur, multum in hac ipſa claſſe laborandum fuit: nam et de materie typorum relatum eſt, eam initio nimis mollem fuiſſe ad ſuſtinendum prelum (*cc*): imo poſt repertam metalli debitam compoſitionem dubitandi locus eſt, an illico innotuerit ea, quam deſcripſi, integros typos fundendi ratio, an vero primitus corpora modo eorum fuſa, hisque literae deinde inſculptae fuerint (*cd*). Quidquid est, fuſiles, eosque perfectiores, typos indicaſſe videtur Moguntinus impreſſor *Catholici* JO. DE JANUA, a. 1460. (*ce*) qui in ſubſcriptione illud *mira patronarum formarumque concordia*, *proportione ac modulo* impreſſum ſcripſit, obſervante jam antea Celeb. SCHWARZIO (*cf*). Breviſſima loquendi formula eos deſignarunt BERNARDUS CENNINUS, eiusque filius DOMINICUS, primi Florentiae typographi, in epigraphe *Commentariorum Servii in Virgilium* a. 1472. editorum, quos *expreſſis ante calibe caracteribus*, (intellige archetypos) (*cf**) *et deinde fuſis* (e matricibus ſcil.) *literis* impreſſiſſe ſe testan-

(*cc*) Vid. *Diſcurſus* JO. FRID. FAUSTI, infr. *Cap. VII.* §. *penult.*

(*cd*) Eiusmodi literarum, de quibus non memini aliquem verba hucusque feciſſe, ideam primus in epiſtola ad me data excitavit v. cl. G. W. AB OOSTEN DE BRUYN, Ictus Harlemenſis, qui tamen perperam, dum ligneas, ſculptasque e metallo in controverſiam vocabat, ab illis coepiſſe typographiae primordia, et quidem in urbe patria, ſuſpicabatur. Quod ſi eiusmodi typi ſculpto-fuſi (ut ita loquar) aliquando in uſu fuerint, quaeri poteſt, illine tentamini modo cuidam, an vero integris operibus excudendis inſervierint? Id vero, ut librorum veterum examen docere quemquam poſſit, vix eſt credendum. Nam etſi illos tuto excludere queamus ab omnibus libris, ubi non modo literae ipſae, ſed eadem quoque ſaepius occurrentia vocabula ſemper inaequalia ſunt, plurium quoque linearum ſibimet aggregatarum diſtantia paſſim diverſa (totidem quippe ſculptorum corporum indicia) attamen, ubi ſolarum literarum apparet diſſimilitudo, eos tum adhibitos male concluderemus, quum e metallo typi tam affabre ſculpi poſſent, ut ſingulorum corpora optime ſibi cohaererent, ut allato ſpecimine §. *praeced.* not. *br.* oſtendimus.

(*ce*) Vid. de hoc libro, quae notavimus in *Append. docum.* ſub *N.* 3. *

(*cf*) *Primar. docum. Diſſ. I. p.* 32. Idem quoque *Diſſ. III. p.* 13. obſervat, Henricum Rumelium in ſubſcriptione *Comeſtorii* FRANCISCI DE RETZA edit. Norimb. 1470. *patronarum formarumque concordiam et proportionem* memoraſſe.

(*cf**) Neutiquam igitur huius ſubſcriptionis ſenſum aſſecutus fuit DOMIN. MANNI in

tantur; (*cg*) noſtra vero aetate accuratiſſime horum characterum fabricam PAUL. PATER (*ch*) CHR. FRID. GESNERUS (*ci*), et Cl. DIDEROT (*ci**) deſcripſerunt.

## §. XIII.

Multum vero abeſt, ut hac facie ortus et progreſſus impreſſoriae artis typorum ratione ab aliis repraeſentatus fuerit; unicum ſi SCHÖPFLINUM excepero (*ck*), qui tamen ſculptos ex ligno aeque ac aere typos eidem tribuens auctori uni quoque aggregavit claſſi. Ceteri vero ſculptorum characterum, vel omnium, vel ex metallo ſaltem, uſum controvertere auſi ſunt. Utraque haec opinio acervum produxit errorum. SCRIVERIUS (*cl*), SAM. PALMER, (*cm*) et MARCHANTIUS (*cn*), ſoli fere in priori verſati haereſi, quidquid mobili charactere impreſſum offendebant, fuſis typis adſcripſere; quos et tradita ſuperius, et obvia in multis libris earundem literarum inaequalitas abunde refellunt. Et tamen hinc praecipue evenit, ut SCRIVERIUS mobiles typos in libris Laurentii agnoſcens, matricum inventionem, praeeunte licet Junio, ei tribue-

in *lezione iſtorica della prima promulgazione de libri in Firenze*, nondum quidem viſa mihi, ſed in *Memoriis Trivultinis Januar.* 1762. *p.* 249. edit. Amſt. memorata, dum ſtatuit, Bern. Cenninum primitus ſpecimina quaedam impreſſiſſe typis chalibeis, iisque fixis, tandemque ad Servium fuſilibus uti coepiſſe; etſi verum ſit, etiam ante hoc opus excudiſſe libros Cenninum, verum mobili eoque ſculpto charactere, ut oſtendam *Cap. IV. not. ult.*

(*cg*) Vid. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 320. edit. ſecundae.

(*ch*) *Diſſ. de Germaniae miraculo, p.* 11. *ſeq.*

(*ci*) *Buchdrucker kunſt.* Leipſ. 1740.

(*ci**) *Encyclopedie, Tom. II. p.* 650. *ſeq.*

(*ck*) *Diſſert. ſur l'origine de l'Imprimerie p.* 777. *ſeq.* Huius tamen opinionem ſecutus poſtea quoque SCHELHORNIUS eſt in *Obſervat. de typogr. invent. p.* 19 *et* 262.

(*cl*) *Laurecrans p.* 102. et 103.

(*cm*) *Hiſtory of printing.* Lond. 1733. *p.* 52.

(*cn*) *Hiſtoire de l'Imprimerie, p.* 20.

buerit, atque ita Moguntinis juſtiſſimam de injuria ſibi illata clamandi praebuerit occaſionem. E contrario, qui ſculpturam tantum in ligneis typis admittentes metallicos omnes e matricibus repetierunt, Harlemenſibus fuere iniqui (*co*). Fuſiles enim typi ſi demum a Petr. Schoeffero poſt a. 1450. inventi ſunt, et impreſſoria tamen ars a Gensfleiſchio ſeniore, Gutenbergioque jam ante reperta fuit, conſequens eſt, (excluſis literis e metallo ſculptis) adſcribi duobus his artificibus non niſi ligneorum typorum inventionem poſſe; imo falſi accuſanda teſtimonia antiqua, in queis ſtannei typi illis tribuuntur. Et ita Hollandiae, ubi *Donatos* ante epocham Moguntinam impreſſos ZELLIUS tradit (*cp*), quod adjudicetur, nihil ſupereſt, praeter miſerrimam illam (niſi iconibus applicetur) tabellarem impreſſionem; quae ſi ſola Laurentio accepta referenda eſt, monumenta in eius memoriam poſita tolli me ſuaſore jubebit Harlemenſis Senatus, ne exteris porro deridiculo, popularibus contemtui ſint.

## §. XIV.

Ope autem diſtinctionis inter triplex hoc impreſſionis genus, quod optimis teſtimoniis confirmaſſe mihi videor, eo tandem a me res perducetur, ut nec Batavis querendi, nec Germanis ſuccenſendi nobis cauſa ſuperſit. Ligneos itaque typos primum omnium Harlemi a Laurentio et inventos et adhibitos fuiſſe ex profeſſo

(*co*) Ita non Germani modo, ſed et exteri tantum non omnes. FOURNIERIUS, ut ſculptos e metallo typos ad regnum imaginarium ablegare poſſet, difficultatem huius ſculpturae urget, *Diſſ. II. p.* 66. *ſeq.* At quanti roboris applicatio huius argumenti ſit ad ea tempora, quibus facilior modus fundendi characteres incognitus erat, lector me tacente videt. Nolim itaque, ut hanc ſuam opinionem, quam poſt *Conſpectus* mei lectionem nuperrime *Diſſ. IV. p.* 13. *ſeq.* et 52. *ſeq.* adhuc tuitus eſt, aliis in poſterum obtrudat, niſi diſtincte prius refutet, quae §. 11. et §. *ult.* not. *di* hac de re tradimus.

(*cp*) Apud Chronographum Colonienſem, *Append. N.* 5.

feſſo docebitur; queis artifices Moguntini poſtea metallicos ſubſtituerunt, ſculptos nempe Gensfleiſchius ſenior, Gutenbergiusque, tandemque fuſos Schoefferus. Utraque haec characterum ſpecies primae tantopere uſu antecellere viſa eſt, ut ſola impreſſio metallica *artis* nomine decorata fuerit, anterior Harlemenſis ad ejus praeludia modo relata (*cq*). Hoc ergo ſenſu, *impreſſoriam artem Moguntiae repertam*, ſcripſiſſe veteres plurium locorum collatio docebit, ad materiem potius, quae operi addebat elegantiam, quam naturam typorum, in mobilitate indeque profluente utilitate quaerendam, attendentes (*cr*); unde et arti *chalcographiae* (mobilis ſcilicet) nomen ab Italis a. 1472. (*cs*) tributum hoc ipſo et proximo deinde ſeculo communi uſu receptum fuit (*ct*). At hoc pacto debilitata ſenſim eſt Laurentii cauſa, quem metallicas literas nunquam reperiſſe noverant omnes, ligneas primum inveniſſe pauci, hique ut praecurſorem artis conſiderabant, non artificem, denegato eius laboribus *artis* nomine. Bene ſit proinde illi, qui vocem excogitavit, cui ſolutiles typos cuiuscunque generis includi omnes aequi agnoſcunt judices. Signa enim impreſſioni librorum deſtinata vocari quum coepiſſent *typi* (*cu*), arti huic inditum *typographiae* nomen, quod a. 1493. primo, quantum novi, introductum (*cx*), illo ſeculo fere nunquam,

(*cq*) Vid. ZELLIUS *d. l.*
(*cr*) Vid. *Cap. VII.*
(*cs*) Vid. *Append. N.* 13. ac deinceps.
(*ct*) JUL. CAES. SCALIGERO magis placebat *caſſiterographiae* nomen, a Graeca ſtanni appellatione deſumtum, ut ex eius *Exercitationibus de ſubtilitate* refert ERN. CHR. SCHROEDTERUS *Diſſ. de typogr. Tom. II. Monum. Wolfii p.* 617. nam in ipſo Scaligeri opere ob iuſti indicis defectum vocem hanc reperire non licuit.

(*cu*) De hac ſignificatione vid. HENR. STEPHANI et ROB. CONSTANTINI Lexica Graeca.

(*cx*) Vid. *praefatio* BERN. VERONENSIS, Tibullo, Catullo, et Propertio praemiſſa in edit. Venet. 1493. ut ſaltem ea legitur in *Annal. typogr.* MAITTAIRII *Tom. I, p.* 560. *edit.* 2. Quod enim paulo ante *p.* 508. eandem vocem exhibet in *proöemio* STEPH. DULCINII ante Manilium, ex edit. Mediol. 1489. vitio laborat, quum ipſius libri inſpectio me docuerit, non de *typographo* ſed *chalcographo* verba feciſſe Dulcinium.

quam, usque ad medium inſequentis rariſſime adhibitum (*cy*), tandem magis magisque uſu invaluit. Sic vero a mobilitate literarum tota quum ars pendeat, ill. SCHÖPFLINO (*cz*) rectiſſime obſervante, verſatilium inventor typorum verus inventor typographiae eſt. Haec ergo gloria Laurentio a nobis revindicabitur; neque vel minimum ipſi officiet rudis ejus atque informis ex ligneis typis productio. Cuiusque enim artis difficillimam inventionem, faciliorem promotionem eſſe nemo ignorat. Ligneis vero typis ſemel repertis non adeo magnus ad ſculptos metallicos, et profecto minor, quam ab hisce ad fuſos, transitus fuit.

## §. X V.

Fuſiles typi, qui in GUIL. DURANDI *Rationali divinorum officiorum* Moguntiae a. 1459. primum apparuere (*da*), etſi ſculptis ſucceſſerint, horum tamen uſum non ſtatim ſuſtulerunt. Petr. Schoefferus certe ipſisſimo charactere caelato, quem cum ſocero Fauſto in utraque *Pſalterii* editione a. 1457. et 1459. adhibuerat, uſus tandem in tertia eſt a. 1490. (*db*) Imo magna in vetuſtis bibliothecis offenditur librorum copia, qui inaequali adeoque ſculpto (ſive ex ligni ſive metalli ſubſtantia) typo excuſi ſunt; invicem vero collati, etſi typographi forte nomen ſileant, e diverſo ſaepe prelo exiiſſe deprehenduntur (*dc*). Illos ma-

(*cy*) Neque enim novi, qui hac voce ſeculo XV. deinde uſus fuerit, niſi DESID. ERASMUS in epiſt. data 13. Febr. 1498. *Tom. III. Opp. p.* 25. Seculo autem XVI. ineunte praeter eundem Erasmum THEOD. MARTINI, JO. SCHOEFFER, bibliopolae, et pauciſſimi forte alii.

(*cz*) Vid. *Vindic. typogr. Cap. I.* §. 11. add. eius Apologiſta in *epiſt. Gallica p.* 26.

(*da*) De hoc opere vid. SCHWARZII *primar. docum. Part. II. p. 9. ſeq.* SCHÖPFLINI *Vindic. Cap. III.* §. 7. FOURNIER. *Diſſ. II. p.* 236.

(*db*) DE BOZE *Tom. XIV. des Memoires de l'Acad. des Inſcript. p.* 258. et FOURNIER. *Diſſ. II. p.* 234.

(*dc*) Eiusmodi libros aliquot cl. SCHWARZIUS in *Ind. nov. libr. ſub incun. typogr. impr. p.* 21. *ſeq.* et FOURNIER. *Diſſ. II. p.* 240. *ſeq.* plures vero cl. SCHELHORNIUS *Obſervat. III. de art. typogr.* indicarunt. Hic tamen ibid. *p.* 33. rariſſimas eſſe huius generis editiones arbitratur, qua in re aliter ego quidem ſentio, qui plurimos iſtiusmodi

majori ex parte (*dd*) deberi exiſtimo officinae Moguntinenſis operariis, qui inde a rupta inter Fauſtum et Gutenbergium ſocietate, quando fuſoria ars nondum inventa vel perfecta fuiſſe videtur, officinas typographicas in variis Germaniae urbibus erexere (*de*), prout fecit Johannes a Petersheim, Fauſti Schoefferique miniſter, Francofurti a. 1459. (*df*); et, qui ex hac quoque vel Jo. Gutenbergii ſchola prodiiſſe videntur, Jo. Mentelius et Henr. Eggeſteinius Argentorati, Udalricus Zellius Coloniae Agrippinae, Henricus Keſſer, natu Moguntinus, Norimbergae (*dg*), Johannes Bamler Auguſtae Vindelicorum, aliique forte plu-

---

modi libros, maximam partem absque die et conſule editos, tum Marehionem DE WESTERLO Bruxellis, ac SAM. HULSIUM Hagae Comitis noſtro ſeculo adſervaſſe novi, tum ipſe etiam in itineribus meis per Germaniam, Galliam, Angliam, Belgiique Provincias inſpexi. Ceterum quum diſtingui vix poſſit, illine ligneo an ſculpto ex aere typo prodierint, utrosque hoc §. conjungere viſum eſt. Forte tamen a vero non aberrabimus, ſi ſtatuerimus, ubi cum inaequalitate characterum inſignis conjuncta eſt ruditas, ibi ligneos, ſecus vero metallicos ſculptos adhibitos fuiſſe.

(*dd*) Excipiendi enim ſunt, qui tum in Belgio ex officina Laurentiana, tum Moguntiae ſub initium epochae hac ratione excuſi ſunt.

(*de*) Haec opinio, in *Conſpectu p.* 39. a me propoſita, jam antea in mentem venerat cl. SCHELHORNIO *Obſervat. III. de art. typogr. p.* 35. cuius tamen opus poſtea demum recepi. Acute illic v. cl. obſervat, duas operariorum et tyronum migrationes e typographeio Moguntino in alias oras contigiſſe, unam videl. a. 1455. eorum, qui a partibus Gutenbergii ſtabant, ſculptisque typis uſi ſunt, alteram a. 1462., quando capta ab Adolpho Electore Moguntia eſt, miniſtrorum officinae Fausto-Schoefferianae, qui fuſoria arte jam tum imbuti erant. Attamen intermedio quoque tempore non defuiſſe, qui ex hac ipſa officina alio ſeſe transferrent, Jo. Petershemii exemplum probat.

(*df*) Vid. *Relatio* FAUSTI ASCHAFFENBURGII, apud KÖHLER *p.* 91. *ſeq.* Quum vero nullus hucusque repertus ſit liber, Petershemii nomen gerens, veroſimile eſt, eum omnes excudiſſe absque anni, loci, vel typographi indicio.

(*dg*) Memoratur jam a. 1455. in *laudo inter Jac. et Joh. Fauſtos ex una, et Jo. Gutenbergium ex altera parte*, ibid. *p.* 55. ubi *lin.* 13. *ſeq.* haec verba occurrunt: *Noch ſolcher ſchickung und fragung ckwamen in den gemelten refender der erſame Her Heinrich Chünther etwan pffarrer zu ſant Chriſtofer zu Mentz, Heinrich Keſſer, und Bertolff von Hanauwe diner und knecht deſſ güten Johann Guttenberg.* Quo loco tamen haud traditur, Keſſerum ipſius Gutenbergii famulum fuiſſe, ceu viſum cl. Schwarzio in *not. ad dict. inſtrum. Part. I. primar. docum. p.* 72. et Köhlero p. 58.

quum

plures. Hi ſculptas literas uti initio adhibere poterant ſolas, ita diu poſtea, divulgata jam arte fuſoria, quod nonnullae uſui adhuc accommodatae nondumque detritae eſſent, in libris imprimendis continuarunt, aliqui ad heredes transmiſerunt, fuſis interea ſubinde uſi. Imo eos, qui opera ſua absque nominis, loci, et temporis indicio olim emittebant, peculiaris moviſſe videtur ratio, cur ſculptos typos fuſilibus praeferrent; quum etenim, arte non ſatis (extra Germaniam ſaltem) cognita hos libros pro mſſ. magno aere vendere anniterentur, non ignorabant, diſſimiles ſibi literas propius imitari calamo exaratas; dum metuendum eſſet, ne fuſiles ob perpetuam aequalitatem, etiam absque plurium exemplarium collatione, attento lectori fraudem detegerent, eaque divulgata librorum mox decreſcerent pretia (*db*). Quidquid eſt, editiones variae ſculptis literis ad annum usque 1494. prodiere, imo non Argentorati modo, ſed etiam Auguſtae Vindelicorum, Coloniae Agrippinae, in villa Beronenſi, Spirae, Ulmae, et in variis Italiae urbibus, ac forte alibi (*di*). Ex qua obſervatione ſua

---

quum manifeſtum ſit, verba *diner und knecht deſſ gůten Johann Guttenberg* ad ſolum Bertoldum de Hanau reſpicere, (add. mox *lin*: 55.) qui vero Bertoldus an et ubinam poſthac officinam erexerit, mihi nondum conſtat. Fieri interim poteſt, ut, poſtquam Gutenbergius propriam deinde officinam erexit, Kefferus, illius (ut ex laudato documento liquet) amicus, ſeſe huic miniſterio tradiderit. Quidquid eſt, Kefferus hic, qui male apud Maittairium Koler vocatur, a. 1473. una cum Joh. Senſeſchmid Norimbergae excudit *Summam* RAYNERI DE PISIS. Imo probabile videtur, cum diu jam antea impreſſiſſe absque temporis, loci, vel typographi nota; uti ſtatim ab erecta officina fecerunt omnes fere principes in Germaniae urbibus impreſſores.

(*db*) Lapſus igitur fuit cl. DE BOZE *loc. cit. p.* 266. qui dum varias editiones ligneo charactere diſcipulis ſcholae Moguntinae deberi agnovit, omiſſum ſaepius artificis nomen illi adſcripſit cauſae, quod apographis ſuis (vulgo *contrefactiones* vocant) illud apponere non auderent. Certum quippe eſt, longe plures, imo paſſim quoque alios, hac ratione excuſos eſſe libros, quam qui e Fauſti Schoefferique prelo exierant, ut Schelhornii memoratus jam indiculus, collatus cum catalogo principum editionum Moguntinenſium (per SCHWARZIUM *Part. II. primar. docum. p.* 7. *ſeq.* edito, et a nobis plenius quandoque vulgando) evincit.

(*di*) Ex innumeris libris ſculpto charactere absque anni, loci, et typographi nota

ſua ſponte corruit tum ill. SCHÖPFLINI conjectura, qui SCHWARZIO praeëunte ſculptos typos ſoli (ſi Moguntiam excipias) tribuit Argentinae, ibique Jo. Gruningeri tempore, id eſt, a. 1483. ceſſaſſe exiſti-

---

ta editis illos hic memorare ſuffecerit, quorum impreſſores adjecta a calligrapho uni alterive exemplari ſubſcriptio prodidit. In hunc cenſum refero binas *Latinorum Bibliorum* editiones, unam in regia bibliotheca, alteram in Collegio Mazarinico Lutetiae reperiendam. Utramque, 45. lineas in quavis columna continentem, ſculpto charactere prodiiſſe, ſed tamen ex variis notis diſtingui poſſe docuit FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 190. *ſeq.* ubi tamen eas primis editionibus Moguntinis accenſere fruſtra adniſus eſt; quandoquidem regia illa editio Jo. Bamlero Augustae Vindelicorum a. 1466. Mazarinica Henr. Eggeſteinio Argentorati a. 1468. debetur, ut extra omnem controverſiam poſui in *Conſpectu p.* 40. *ſeq.* quod ſilentio involvit FOURNIER. *Diſſ. IV. pag.* 36. errori ſuo nimis conſtanter inhaerens; add. SCHÖPFLINI *Vindic. Cap. IV.* §. 7. ejusque Apologista *p.* 23. Eadem porro urbs Argentina a. 1466. *Biblia Germanica*, et a. 1469. ASTEXANI *Summam de caſibus* ſculpto Jo. Mentelii charactere protulit, ut teſtantur additae utrique operi a miniculatore ſubſcriptiones, illi quidem in Conſiſtorii Stutgardiae, huic in Commendae S. Johannis Hieroſol. Argentorati bibliotheca. vid. MELCH. LUDEW. WIDEKIND *verzeichnis von raren buchern*, *Part. III. p.* 449. *ſeq.* SCHÖPFLIN. *dict. Cap. IV.* §. 6. 7. et Apologista *p.* 28. DAV. CLEMENS *Biblioth. curieus. Tom. II. p.* 169. lepidum enim eſt, quod Fournierius *Diſſ. IV. p.* 46. *ſeq.* ex peſſime caelato Bibliorum Mentelii ſpecimine (poſt Schöpflini *Vindic.*) inferre vult, vastum illud opus tabulis ligneis fuiſſe inciſum, quae profecto nunquam niſi parvis opusculis inſervierunt. vid. *infr. Cap. IX.* §. 13. Imo praeter laudatos Eggeſteinium et Mentelium, quorum hic fuſas literas deinde praetulit, plures mox Argentinenſes typographi caelato charactere uſi ſunt, ut ill. SCHÖPFLINUS *in Diſſert. Gallica p.* 783. plenius autem in *Vindic. Cap. IV.* docuit. Poſt quem obſervabimus, quoniam ad rem maxime facit, non defuiſſe illic, qui in ſubſcriptionibus materiem typi exprimerent, quemadmodum Jeorius Huſſner a. 1472. in GUIL. DURANDI *ſpeculo judiciali*, et a. 1476. in JO. NIDERI *Praeceptorio divinae legis* teſtatus eſt, ſe ea opera edidiſſe *literis ex aere ſculptis*, quae profecto formula ambigua non eſt, imo pondus etiam accipit ex ipſorum characterum inaequalitate, a cl. Schöpflino jam indicata, et ab ampl. DUVIO, *Praeceptorii* huius poſſeſſore, confirmata mihi; ut adeo lapſus certiſſime ſit FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 65. et *Diſſ. IV. p.* 59. *ſeq.* dum SCHWARZIUM in *primar. docum. Part. III. p.* 18. ſecutus intelligendum hoc voluit de literis ex aere fuſis, quarum archetypi e ferro vel chalybe ſculpuntur. Quod vero ill. Schöpflini diligentiam fugit, adhuc a. 1494. Mart. Flaccus Argentorati caelato uſus eſt charactere ad *opera* JO. GERSON, ut docet epigramma finale: *Noscere forte voles, quis ſculpſerit hoc opus aere.* vid. MAITTAIRE *Annal. Tom. I. p.* 571. *edit. ſec.* Auguſtae porro Vindelicorum hae literae ſat frequentes erant, quum illis uſus fuerit non tantum Jo. Bamlerus, ut allegatum modo Latini Codicis ſacri exemplum a. 1466. evincit (cui nunc addo *Summam* JOANNIS, Ger-

exiſtimavit, (*dk*) tum FOURNIERII, qui ex ſculptis typis ſolos agnoſcens ligneos hos brevi poſt annum 1462. exoleviſſe conjecit (*dl*).

---

Germanice, a. 1478. ex indicio Patrum Auguſtinianorum diſcalceatorum Vindobonae, itemque *Horas canonicas Auguſtenſis eccleſiae* a. 1479. ex SCHELHORNII *Obſerv. III. n.* 33.) ſed etiam Jo. Wienner a. 1479. ad *Nideri Praeceptorium*, teſtatus, literis ex aere ſculptis id a ſe impreſſum. vid. Schwarzius *d. l.* Coloniae Agrippinae a. 1467. Ulricus Zell AUGUSTINI *librum de ſingularitate clericorum*, pluresque etiam alios, at ſine nominis adjectione, charactere ſculpto excudit, (vid infr. *Cap. III.* §. 3. *in not.*) quo etiam Arnoldus ter Hoernen ibidem loci a. 1471. ſeq. ad plurimos libros, partim Schelhornio *d. l. n.* 25. *et* 34. memoratos, partim mihi viſos, uſus eſt, omnia ſua opera perquam ineleganter imprimens. In villa porro Beronenſi a. 1470. Helyas de Louffen *Mamotrectum*, mox Spirae a. 1472. ſeq. anonymus, et Ulmae a. 1473. ſeq. Joannes Zainer de Reutlingen varios libros excuderunt ſculptis literis, a Schelhornio *d. l. n.* 26. *ad* 32. recenſitos; queis urbibus, ſi veterum bibliothecarum plutei excuterentur, addi ſine dubio poſſent alia Germaniae loca bene multa. Quod vero nemini hucusque obſervatum, in Italiam quoque advectae, vel forte illic fabricatae fuere ſculptae literae. Certe Venetiis perforatos typos, ut filo necti poſſent, ANGEL. ROCCHA vidit, vid. ſupr. §. 11. quae cautela in literis fuſis, bene ſemper ſibi cohaerentibus, ſupervacua fuiſſet. Porro Florentiae Bern. et Dom. Cennini ſculpto charactere ad ALEX. GALLI *doctrinale* uſi ſunt, mox a. 1472. ad fuſum transeuntes, ut oſtendam in *not. ad Cap. IV.* §. *ult.* Denique Mediolani eundem imprimendi morem aliquando locum habuiſſe infero ex conventione typographorum a. 1472. apud JOS. ANT. SAXIUM in *hiſt. liter. typogr. Mediol. p.* 451. ubi *characterum antiquorum ac recentium* mentio fit. Fruſtra enim eſſet, qui ea locutione ad diverſam literarum, quam in charta exprimunt, figuram reſpici crederet, quaſi per illos Gothicae literae, in ipſa typographiae infantia receptae, per hos Romanae intelligendae eſſent, quum a. demum 1474. Chriſtoph. Waldarfer Gothicam typographiam Mediolanum invexerit, antea vero ſoli Romani typi illic vigerent, teſte Saxio *p.* 97. *ſeq.* ut adeo antiquorum nomine ſculptos, recentium e matricibus noviter fuſos typos intelligi oporteat.

(*dk*) *Vindic. Cap. IV.* §. 14. 15. junct. *Cap. X.* §. 17. bene hoc nomine jam reprehenſus a SCHELHORNIO *Obſerv. III. p.* 19.

(*dl*) *Diſſ. III. p.* 29. ad cujus argumenta jam reſponderunt tum SCHELHORNIUS *in Mantiſſa ad Card.* QUIRINI *opus*, *p.* 263. *ſeq.* tum Schöpflini Apologiſta *p.* 23. 29. *et* 33. Et tamen priſtinae opinioni ſuae inhaeſit adhuc FOURNIERIUS *Diſſ. IV. p.* 59. *ſeq.* quando Schelhornii opus forte nondum viderat, legerat tamen non abſimilia in *Conſpectu* meo *p.* 38. *ſeq.* Jam vero, quum intelligat, praeter ill. Schöpflinum, ejusque defenſorem, etiam Schelhornium, Duvium, et me ipſum in libris nonnullis, poſt a. 1470. editis, diſtincte earundem literarum inaequalitatem obſervaſſe, quam ſculpti characteris indicium eſſe ipſe *d. l.* agnoſcit, diligenter porro perpendat velim, num lectori ſuo facile perſuaſurus ſit, in dignoscenda ſimilitudine vel diſſimilitudine characterum plus tribuendum oculis unius artificis (quem in arte ſua lapſum not. *bq* jam obſervavimus) quam literatorum quinque.

# C A P U T II.

## *Laurentii Proto-typographi genus, aetas, poſteri.*

### §. I.

Laurentius, Harlemenſis civis, cui in hoc opere primitias typographices vindicare conſtitui, usque adeo in obſcuro hactenus latuit (*a*), ut operae pretium mihi viſum fuerit ex authenticis monumentis congerere, quae ad hujus natales, munera, aetatemque, qua floruit, illuſtranda faciunt; inventioni artis haud parum gloriae lucisque allatura.

Gentilitium digniſſimi viri nomen neque in chartis veteribus neque in faſtis Harlemenſibus reperire eſt. Simpliciter illic *Laurentius Johannis filius* (*b*) audit, more ſcribendi ſuperioribus ſeculis in Belgio apud plebejos non modo, ſed et patricios, imo nobiles quoque (*c*), receptiſſimo, quos tamen cognomine caruiſſe fruſtra quis inde colligeret (*d*). Gentem vero Laurentii non melius indagare licebit, quam ope ſigilli, quo uſus fuit, ſcabinalis, quodque pluribus appenſum chartis tabularia urbis Harlemenſis religioſe etiamnum cuſtodiunt (*e*). Scutum ergo ſcanden-

---

(*a*) Nihil enim de eo JUNIUS, SCRIVERIUS, ceterique noſtrates, (ſi acta typographica excepero) niſi illum e Coſterorum gente deſcendiſſe, a. 1431. Harlemi ſcabinum fuiſſe, et ampliſſimas in foro mercatorio illic occupaſſe aedes, vid. P. SCRIVERII *Laure-crans*, *pag.* 116. *ſeq.*

(*b*) *Louwerys* (ſive *Lourens*) *Janſſoen.*

(*c*) Sic in Codice Diplomatico Hollandiae FRANC. A MIERIS occurrunt armigeri (*Schiltknapen*) Gerardus Alewinii filius, in charta 8. Aug. 1322. Mattheus Regneri filius, 27. Novemb. 1328. Arentius Maſii filius, 2 Novemb. 1383. etc.

(*d*) Plurimos ſeculo XIV. duobusque ſequentibus, etſi nomen gentilitium habuerint, eo tamen uſos non fuiſſe plurium civitatum faſti nos docent, et cumprimis urbis Delphenſis, qui novae illius descriptioni a. 1729. inſerti, ubi Scabinis Conſulibusque, qui agnomen ſua aetate non expreſſerant, additum tamen illud, ſed diverſis literis videmus, quatenus ſcil. ſigillorum auxilio erui potuit.

(*e*) Sic v. g. exſtat apographum donationis noſocomio Harlemenſi, per Lauren-

dentem exhibet leonem, a tigillo in medio ſectum, ſuperimpoſita lineola, quae a dextro ſcuti angulo ducta in ſiniſtro latere inferius deſinit; colores vero, quos deſignare ſculptores ea aetate haud noverant, non exprimit. Linea haec nothi indicium prodit (*f*), non quaſi ipſe Laurentius illegitime natus fuerit, quod, pro more conſtanter recepto, addito patris naturalis gentilitio nomine tum expreſſiſſet (*g*), ſed quia ex notho deſcenderit. Ea tantisper ergo ſublata prodeunt inſignia longe illuſtriſſima, quae gentem exprimunt per juniorem filium ex primis Hollandiae Comitibus deſcendentem, quaeque a pluribus primi ordinis familiis ſummo id ſibi jure vindicantibus geſta ſunt; Brederodiis dico (*h*), Teylingiis, Langerackiis, Soutelandiis, et Warmontiis. Hae quip-

rentium veſperi ante Pentecoſt. 1431. ſignatum. Nos ſigillum hoc ad originale delineatum ejus imagini ſubjecimus. Lapſus igitur fuit JO. CHR. SEIZIUS, quum in opere inſcripto, *derde jubeljaer van de uitgevonde boekdrukkonſt* edit. 1740. *p.* 106. prototypographo noſtro columbae inſigne tribuit, quod etiam fecit GER. MARSHOORN in numismate, in honorem Laurentii cuſo, errore nato ex quadam Laurentii genealogia, cui recentior manus tale ſcutum appoſuerat, prout ad me ſcripſit ENSHEDIUS.

(*f*) De hac nota ex profeſſo egit JO. BAPT. CHRISTYN in *Jurisprud. Heroic. Tom. II. pag.* 31. *ſeq.*

(*g*) Ita Simon Aegidii fil. Baſtardus de Brigdam armiger occurrit in charta 17. Martii 1358. Theodorus Baſtardus de Boeckhorſt 17 Febr. 1380. Bartholomaeus Baſtardus de Wateringen 15. Maji 1384. Joannes Baſtardus de Blois 18. Januarii 1390. et permulta id genus exempla.

(*h*) Brederodii certiſſime olim in inſignibus ſuis lambellum geſſerunt pectori leonis impoſitum, cumque adeo ſecantem in medio, ut ex veteribus ſigillis patet, teſtantibus JO. VELDENARIO in *appendice ad Faſciculum temporum*, Belgice editum, Ultraj. 1480. *fol.* 285. JO. A LEYDIS *lib. de origine Brederodiorum cap.* 11. *Tom. II. Anal.* ANT. MATTHAEI, et MATH. SMALLEGANGIO in *append. ad mappam Hollandiae heraldicam* edit. 1681. Stirpe vero priori Hollandiae Comitum exſtincta in Joanne I. a. 1299. jus fuiſſe Brederodiis familiae ſcutum plene geſtandi, ex heraldicae artis regulis evidens eſt. vid. praeter alios CHRISTYN dict. lib. *Tom. I. pag.* 209. Praegnantes igitur rationes moviſſe Carolum v. Imp. ac Comitem Hollandiae oportet, ut a. 1531. Reinoldum Brederodium vetaret tigillum ex inſignibus tollere; elevare autem ſupra leonis caput permitteret: dum certum eſt, hunc ipſiusque poſteros ea conſtanter deinde juxta praeceptum Caeſaris geſſiſſe. vid. *Repertorium van de Placaten*, edit. Hagae 1643. *pag.* 26. 29. *ſeq.*

quippe omnes rubrum leonem geſſere ſcuto aureo impoſitum, at in coloribus tigilli, per leonis pectus transeuntis, nonnihil variarunt. In quatuor vero poſtremis gentibus quum nullum invenire mihi licuerit, ex quo deſcendere potuerit Laurentius, illegitimum filium; Soutelandii etiam fere ſemper in Zelandia commorati ſint (*i*); Warmontii ex Teylingiis deſcendentes ſeculo demum XV. nomen hoc ſibi adſciverint (*k*), relinquitur, ut originem noſtri repetamus a Brederodiis.

§. I I.

Alferdus igitur, nonus Brederodiae toparcha, recta linea, ut annales noſtri referunt, ex Arnulpho Hollandiae Comite deſcendens (*l*), atque a. 1253. fato functus, praeter duos liberos, quos

(*i*) Vid. MATH. SMALLEGANGE *Chronyk van Zeelandt pag. 666.*

(*k*) Conſtitit mihi hoc ex illius gentis genealogia bonae notae, quae penes me eſt mſ. Ei vero duplici cognationis vinculo juncta fuit gens noſtra, et per abavi mei Gerardi Meermanni Jcti nuptias cum Maria de Bye, cujus mater erat Catharina Warmontia Adriani filia, et per proavi mei Joannis Meermanni (Ordinum Belgii ad Carolum II. magnae Britanniae Regem Legati extraordinarii) matrimonium cum Dina van Nes, quae matrem agnoſcebat Catharinam Warmontiam, Nicolai filiam: unde etiam inter octo quarteria avi mei Gerardi Meermanni, Senatoris et Conſulis Lugduno-Batavi, d. 10. Febr. 1710. defuncti, inſignibus ejus in D. Petri templo Leidae conſpicuis addita, bina vice Warmontii ſcutum invenire eſt.

(*l*) Ex filio Siccone, ſeu Senfrido, qua de re tamen dubitare video JAC. EYNDIUM *Lib. II. Chron. Zelandiae cap.* 10. Ceterum hunc Arnulphum, quem uxorem Lutgardim duxiſſe, atque in proelio contra Friſones occiſum Chronographi noſtrates, etiam antiquiſſimi, ſtatuunt, Comitem Gandavenſem vocant BALDERICUS NOVIOMENSIS in *Chronic. Camerac. Lib. III. cap.* 19. SIGEBERTUS GEMBLACENSIS in *Chronico* ad a. 1018. AEGIDIUS AUREAE-VALLIS in *addit. ad Hiſtor.* ANSELMI, Canonici Leodienſis, *cap.* 67. (*Tom. I.* Collect. CHAPEAVILLI) et BALDUINUS NINOVENSIS in *Chronico mſ.* apud DU CHESNE *Hiſt. de la maiſon de Guines, Part. II. p.* 666. unde recte intulit idem Chesnaeus *Part. I. p.* 38. *ſeq.* Arnulphum, aeque ac filium eius Theodoricum, Comitatus Hollandiae et Gandavi junctim poſſediſſe. Arnulpho, conſentientibus et Flandricis et noſtris ſcriptoribus, pater fuit Theodoricus, mater Hildegardis. Hunc vero Theodoricum Wicmanno ſeniori in Comitatu Gandavenſi ſucceſ-

quos ex Beatrice Hornenſi procreaverat, ſcil. Wilhelmum ſibi ſuccedentem, et Catharinam nuptam Caſtellano in Keyſerswaerd, naturalem quoque filium genuit, Theodoricum nomine, qui in laterculo nobilium Hollandiae occurrit ſub Wilhelmo Rege Romanorum ad a. 1255. (*m*) Ab iſto Theodorico baſtardo deſcendere illos, qui dicuntur *van der Duyn*, jam olim retulit auctor *Chronici Latini* inediti *illuſtrium Dominorum de Brederode*, quod hujus gentis hiſtoriam a prima origine usque ad a. 1482. capitibus LXII. includit, at cujus priora XXXIX. capita usque ad a. 1465. antiquiorem ſcriptorem, ab alio deinde continuatum, agnoscere non una de cauſa ſuſpicor (*n*). Idem retulit, qui proxime Chronicon hoc Belgice verſum, adjectis variis de ſuo, ſed et demtis nonnullis, LXXVI. capitulis ad a. 1486. per-

ceſſiſſe idem hiſtoricus eximius evicit: ipſius tamen Wicmanni filium fuiſſe merito dubitavit. Ego autem Theodoricum hunc, ut concilientur *Chronicorum Egmondenſium* cum WITICHINDO Saxone et DITHMARO auctoritates, exiſtimo patrem habuiſſe alterum Theodoricum, patruosque adeo et Hermannum Saxoniae Ducem, et huius fratrem Wicmannum. Quidquid eſt, Arnulfum ex Gandavenſibus Comitibus ortum, cum Chesnaeo certiſſimum reor, mirorque ea de re dubitare potuiſſe egregium hiſtoriographum J. WAGENARIUM *hiſt. patr. Lib. VI.* §. 12. An vero hi Comites jam antea quendam Friſiae ſive Hollandiae tractum poſſederint, et quid de duobus primis hujus ditionis Comitibus Theodorico I. et II. ſtatuendum ſit, digniſſimum profecto eſt, in quo viri antiquitatum periti ingenii vires exerceant, argumentum.

(*m*) Apud WILH. VAN GOUTHOEVEN *Chronyck van Hollandt pag.* 325.

(*n*) Hujus libri, qui ſcripturam ſeculi XV. vergentis prodit, uſum ex inſtructiſſima ſua bibliotheca perhumaniter mihi conceſſit vir celeberr. PETRUS BURMANNUS, ſecundus. Integrum vero capitulum huc faciens apponere operae pretium erit.

*De Alferdo, nono Domino de Brederode. Cap. XII.*

*Mortuo et ſepulto Theodorico octavo Domino de Brederode, Alſerdus filius ejus factus eſt nonus Dominus de Brederode. Hic habuit in uxorem Beatricem filiam illuſtris Domini de Horn, ex qua genuit Wilhelmum, principem miliciae Regis Romanorum Wilhelmi Comitisque Hollandiae, ſibi ſuccedentem Dominum de Brederode, et Katherinam filiam formoſam valde, quam poſt obitum patris Wilhelmus Rex Romanorum praefatus tradidit in uxorem Caſtellano in Keyſerswaerd. Creditur etiam habuiſſe quendam baſtardum, militem, Theodoricum nomine. Ab iſto baſtardo descenderunt illi, qui dicuntur van der Duyn. Obiit autem* XIII. *Kal. Decembris, circa An.* D. MCCLIII.

perduxit, Yolandaeque Brederodiae inſcripſit, JOANNES A LEYDIS (*o*). Eidemque opinioni, etſi PONTUS HEUTERUS alia omnia interea tradidiſſet, adhaeſit eximius hiſtoricus WILHELMUS GOUTHOEVIUS, quem genealogias, *Chronico* ſuo *Hollandiae* inſertas, integerrima fide, ſummoque ſtudio contexuiſſe conſtat (*p*). Ex hoc Theodorico igitur orta Duniorum gens (*q*), noſtra etiam

(*o*) *Tom. II. Anal.* ANT. MATTHAEI, *cap.* 22.

(*p*) Certum quippe eſt, hunc auctorem non modo authenticis uſum fuiſſe documentis, ſed etiam adjutum ſuppetiis doctiſſimorum virorum HENR. SEROOSKERKII, PAULI MERULAE, et ARENTII BUCHELII, ut ex operis *praefat.* diſcimus.

(*q*) Origo tamen haec gentis Duniae non placuit illis, qui ſplendori eius derogare aliquantulum natales Theodorici credidere. Hinc aliam ſubſtituerunt, qua duos Theodoricos Alferdo Brederodio filios aſſignant, alterum legitimum Duniorum parentem, alterum baſtardum. In ea opinione jam olim fuiſſe dicitur auctor *Chronici* vernaculi inediti *de Brederodia gente*, quod ad a. 1465. pertingens capitibus XLIV. abſolvitur, ex quibus illud de Alferdo *Lexico* ſuo *Hiſtorico*, Belgice edito, *Tom. IV. pag.* 232. A. G. LUISCIUS inſeruit integrum, at cuius verba maxime huc facientia apponere ſuffecerit. *En Heer Alphert voorz. hadde nog een jonger ſoen Dirk van der Duyn genoemt, en was een vroem ridder, en van deze heer Dirk van der Duyn voorz. van Bredenrode zyn afgekomen veel edele mannen en een groot geſlacht in Holland, ende bieten nog op ten dag van huyden van der Duyn. Deze Heer Alphert hadde ook een baſtertſoen, die ridder was, en zynen naem was Diederik.* Chronicon hoc, quod ex dono Henrici Brederodii a. 1563. ad Nicolaum van der Duynium, venationis in Hollandia praefectum, pervenit, religioſe etiamnum haec familia cuſtodit: videtur autem, ut e totius capitis tenore perſpexi, ex antiquiori illo Latino, cuius mentionem feci, translatum, eoque quum v. capitibus jam auctius ſit, ut multa alia, ita et hoc de ſuo adjeciſſe interpretem patet. At quidquid de ipſo Chronico eſt, auctoris opinioni, quum litem hanc meam facere Laurentii typographi manes injungant mihi, vix eſt, ut aſſentiar. Laterculus certe Hollandiae nobilium, qui omnes paſſim ex eadem domo fratres agnatoſque conjungit, ad a. 1255. praeter Wilhelmum Brederodium unicum duntaxat memorat Theodoricum, eumque baſtardum; non omiſſurus hercle alterum, eumque legitimum, ſi is in rerum natura exſtitiſſet, utque vult Chronographus, inter milites quoque occupaſſet locum: nec enim eſt, quod eum poſtea demum lucem adſpexiſſe fingamus, quum pater Alferdus jam a. 1253. obierit. Imo PAUL. VOETIUS, Anteceſſor Ultrajectinus, qui *de origine et rebus geſtis Brederodiorum* librum ſingularem, ac veterum chartarum fide munitum, a. 1656. noſtra lingua edidit, ipſique genti illuſtriſſimae inſcripſit, *pag.* 44. unicum modo Theodoricum, eumque nothum memorat; van der Dunios, de quibus ex pru-

iam aetate ſuperſtes, ordinique nobilium eodem, quo primus conditor, jure optimo adſcripta, ac ſummis in patria honoribus conſpicua, inter principes Hollandiae gentes locum merito ſibi vindicat. Illuſtriſſimi etenim ſemper fuere cenſi illorum natales,

prudentia forte ſilere voluit, minime praeteriturus, ſi hosce aeque ac Teylingios e ſua gente legitime progenitos agnoviſſent Brederodii. PONTUS tamen HEUTERUS in *Genealogia Brederodiorum* a. 1583. ſcripta, *Part. I. Oper. p.* 231. Chronographum Belgicum non modo ſecutus eſt, ſed et fide non optima ex eodem quaſi auctore addidit, Theodoricum Brederodium inde dictum van der Dunium fuiſſe, *quod duxiſſet Machteldim filiam ac heredem familiae van der Duniae, ortae e Comitum Verdunorum familia apud Lotharingos*, idque ſibi ex eodem ms. demonſtratum libello a Gulielmo van der Dunio; neque enim oſtendi Heutero potuit ex laudato Chronico de his nuptiis cum Machtilde, quod illic nec ſcriptum nec pictum eſt, integro teſte, quod Luiſcio debemus, capitulo. Ex ſuo proinde cerebro iſta adjecit Heuterus, quae aegre profecto mihi perſuaſurus eſt. Quamvis enim nobilis olim exſtiterit in Belgio familia, appellatione *van Duynen*, ex qua memorantur Petrus de Dunis ſive van Duynen, Abbas, in charta Wilhelmi Hollandiae Comitis, menſe Decemb. 1213. itemque Florentius de Duynen, miles, in charta Wilhelmi de Aveſnis menſe Septemb. 1292. certum tamen eſt, quum ea adhuc ſuperfuerit ſeculo XIII. exeunte, (imo etiam ſequente, ſi huc referendi ſint varii qui ſub nomine *van den Dunen* en *van Dunen* occurrunt in chartis 7. Febr. 1331. et 17. Febr. 1380.) Theodoricum, qui a. 1253. jam inclaruit, non potuiſſe ultimam huius familiae ducere uxorem, neque inde adeo nomen *van der Duyn* ſibi adſciſcere; quemadmodum veritati etiam repugnat, Dunios illos e Comitibus Verduniis traxiſſe originem, utpote de qua non modo veteres ſcriptores noſtri, ſed et Lotharingici, a me ſat magno numero conſulti, omnino ſilent. Et tamen hae nuptiae cum Machtilde adeo placuerunt SIMONI LEEUWIO, ſcriptori proletario, in *Batav. illuſtr. p.* 886. *et* 941. ut pacta nuptialia inveniſſe ſibi viſus ſit, queis ſtipulatum, ut Theodoricus, adſcito nomine materno, paterna tamen inſignia ſola, ne maternis quidem admixtis, (raro hercle exemplo) retineret; quae pacta dotalia ubinam exſtent, quove anno data fuerint, aliis divinandi locum reliquit, nobis vero perquam ſuſpecta ſunt. Luiſcius denique eandem amplexus ſententiam *p.* 228. Machtildi tamen alios majores tribuere videtur, quam Comites Verdunios, dum patrem ei adſcribit Joannem van Duyn ſive Dun, Toparcham in Beauligneux, Ducis Sabaudiae ſtabuli atque exercitus in Flandria a. 1228. praefectum, matrem Adelheidim de Guiſnes, Arnoldi Genevae Comitis et Beatricis Comitiſſae in Bourbourg filiam, cuius Joannis proavus fuerit Radulphus, Toparcha in Duyn ſive Dun, circa a. 1070. quatuor legionum Helveticarum praefectus, proavia Sibilla Genevae Comitiſſa. At haec omnia, nullo teſtimonio nixa, cuius ponderis habenda ſint, lector ipſe judicet. Mihi quidem adſcititiis huiusmodi phaleris non indigere gens videtur, quae proprio ac nativo ſeſe ſplendore tuetur.

les, qui ex ipſis Hollandiae Regulis, quanquam illegitimo modo, deſcendebant; eoque magis, quoniam ab his ipſis ut agnati, ſuaeque adeo gentis ſurculi, aeſtimati fuere (*r*). Sive vero Theodoricus ipſe, ſive huius demum filius, Dunii nomen in hanc gentem intulerit, profecto illud neque ex collibus arenariis, ubi lucem adſpexiſſe Theodoricum JO. A LEYDIS ſcripſit, neque ex matrimonio quodam cum Dunia ſive Verdunia, ſed ex aedibus huius nominis in Schielandiae tractu ſitis, atque ab hac ipſa familia per longum temporis ſpatium poſſeſſis, mutuatum eſt (*s*), more in pleriſque aliis nobiliſſimis gentibus olim recepto (*t*).

## §. III.

Theodoricus ergo, Brederodiae nothus, aliud ſcutum gerere haud potuit, quam ſtirpis, cui originem debuit, inſerto tamen natalium ſuorum indicio. Duniae ille gentis conditor aut liberos, (ut SIM. LEEUWIUS credidit) aut (prout LUISCIUS ſtatuit, meliusque computationi temporum convenit) nepotes ex filio Wilhelmo reliquit Laurentium et Wilhelmum. Poſtremus hic, Schielandiae Comarcha a. 1347. (Joannis Toparchae in Duyn, atque Adami itidem Comarchae, ex quo ſuperſtites Dunii recta li-

(*r*) Sic Wilhelmus III. Hollandiae Comes Florentium ab Haemſteede vocavit agnatum ſuum in charta 4. Martii 1326. et Wilhelmus IV. Gulielmum de Cuſer 27. Novemb. 1339. et quae ſunt huius generis plura.

(*s*) Domus *ter Duyn* prope Sevenhuſiam quondam ſita, teſte GOUTHOEVIO in *Chronico pag.* 83. Atque eam poſſediſſe gentem noſtram ipſe quidem agnovit LUISCIUS *pag.* 228. verum hanc a familia nomen ſortitam eſſe ſuſpicatur, quod primas inveſtiturae literas demum repererit Joanni van der Dunio datas. At huius pater Wilhelmus quum fuerit Schielandiae Comarcha, et donationem Eccleſiae Sevenhuſienſi fecerit, eum dictam jam poſſediſſe villam plusquam probabile eſt. Exemplum etiam, quo familia pago aedibusve nomen dederit, hactenus mihi innotuit nullum.

(*t*) Bene id notavit idem GOUTHOEVIUS *pag.* 119.

ſinea originem repetunt, pater) ſi Brederodiorum, ut idem Luiscius tradidit, ſcutum integre geſſit, eum his conſentientibus illegitimorum natalium indicium ſuſtuliſſe, atque ita ad poſteros ſua transmiſiſſe inſignia conſequens eſt (*u*); quo pacto Haemſtedii Schageniique, ex Hollandiae Comitibus per filios naturales certiſſime progeniti, idem discerniculum ex inſignibus ſuis rejecerunt (*x*). Laurentio Dunio non aeque propitia, ac Wilhelmo fratri, fuiſſe videtur fortuna; certe honores eum geſſiſſe nullos comperimus, poſteritasque eius, ipſis agnoscentibus ſcriptoribus, qui Duniae genti placere ſtuduerunt, latuit hactenus in obſcuro. At filium ei Wilhelmum, urbis Roterodamenſis ſcabinum, vetus aſſignat charta d. 19. Octob. 1381. in qua memorati etiam Adami mentio (*y*). Eidem tamen Laurentio Dunio alium quoque filium fuiſſe, qui a. 1380. ſimpliciter Joannes Laurentii audit, tres potiſſimum ob cauſas inducor ut credam; quarum prima ex temporis concordia petita eſt, altera non modo ex praenomine Joannis, quod cum agnato ſuo germano Joanne Wilhelmi, Toparcha in Duyn, tum habuerit commune, ſed multo magis ex addito praenomine paterno Laurentii, quod olim apud nos adeo rarum, ut in vaſto Hollandiae Codice diplomatico FRANC. A MIERIS vix decies occurrat, denique tertia, eaque validiſſima, quod illius Joannis filius, Laurentius prototypographus, eadem inſignia geſſerit, quae Laurentio Dunio propria erant.

---

(*u*) In Brederodiorum certe favore Duniam fuiſſe gentem conſtat, qua de re illuſtre exemplum ipſe LUISCIUS *pag.* 230. adfert; ipſaque domus Dunia in feudum a Brederodiis accepta fuit, eodem teſte.

(*x*) In Anglia moris eſt, ut familia ex illegitimo toro deſcendens tertia jam generatione tollat ex inſignibus nothi indicium, quemadmodum hodie Richemondiae et Graftoniae Duces, Caroli II. Regis pronepos abneposque faciunt, quum id retineat adhuc illius nepos, Dux Clevelandiae.

(*y*) Exſtat illius apographum (nam autographum periit) inter archiva Roterodamenſia; inſerta quoque eſt Codici FR. A MIERIS *Tom. III. p.* 382.

## §. IV.

Joannis ergo, Laurentii fil. civis Harlemenſis unice, quod ſciam, mentio occurrit in ſententia Alberti Bavari, Hollandiae Comitis, d. 17. Februarii 1380. lata occaſione belli civilis inter Hoekiae et Cabillaviae partis antiſtites, quo tum univerſa Hollandia, tum urbs praecipue Harlemum, ea aetate continuo ſcindebatur. Poſtquam ſcil. Simon a Saenden, Joannes Sophi filius ſutor, aliique nonnulli auctores vel participes fuiſſent caedis quibusdam civibus illic a. 1365. illatae, eamque mulctae irrogatione expiaſſet Comes, irritati magis magisque in ipſos evaſerunt illorum, qui oppoſitam partem tuebantur, animi. Et Saendius quidem necis, a. 1377. in propriis aedibus ipſi intentatae, periculum, interfectis qui irruperant omnibus, feliciter evaſit; Joannes autem Sophi filius, ceterique eidem parti addicti miſere occubuerunt (z). Super hoc quoque tumultu quum transegiſſet Princeps, noxios, vel ubi ſolvendo non eſſent, proximos horum agnatos de mulcta praeſtanda cavere interpoſitis fidejuſſoribus voluit. Joannem vero Laurentii filium, praecipuum auctorem caedis Joanni Sophi filio illatae, quum poena quadringentarum librarum mulctaſſet, caveri ſibi hoc nomine neglexerat, ideoque Praetoribus Rhenolandiae et Kennemerlandiae, itemque Judici Harlemenſi mandat, ut Joannem cum agnatis eorumque bona apprehen-

(z) Vid. chartae Alb. Bavari d. 31. Octob. 1365. d. 1. Novemb. 1371. d. 18. Decemb. 1377. d. 12. et 17. Febr. 1380. Auctor veteris *Chronici* Belgici, vulgo dicti *Goudani*, a PETR. SCRIVERIO editi, *pag.* 111. narrat, Saendium viginti quatuor cives, qui domum eius intraverant, e medio ſuſtuliſſe beneficio grandiorum valvarum, quibus inſtructa domus erat, quasque in eos demittebat, moxque e feneſtra in plateam dejeciſſe. Neque enim mentem Chronographi aſſecutus fuit cl. WAGENARIUS *Hiſt. patr. Lib. XI.* §. 13. dum Saendio ipſi hoc infortunium acci- diſſe ſcripſit, quem rebus adhuc interfuiſſe humanis a. 1380. memorata ſententia d. 17. Febr. nos docet.

hendant, detineantque, donec de pecunia ſtato tempore ſolvenda abunde cautum foret; remiſſa tamen propinquis Joannis dimidia mulctae parte, ſi eum ex Hollandiae tractu exſulare mallent. Quem vero exitum haec res habuerit, deficientibus monumentis veteribus, in incerto eſt.

§. V.

Hunc Joannem Laurentii, Harlemenſem, procul omni dubio patrem agnoscit typographus noſter, qui Laurentius Jo. fil. dictus praenomen itaque mutuatus ab avo eſt, pro more apud Batavos communiter recepto. His ergo illuſtriſſimis majoribus ſi progenitus fuerit noſter, ut ſatis veroſimile me reddidiſſe arbitror, ſingulari ſane fato evenit, ut ars haec liberalis, omniumque profecto nobiliſſima, a nobili etiam viro reperta fuerit; quae manibus ab eo tractata huius tamen natalibus officere nec potuit nec debuit, imo gentem ipſius reddidit clariorem. Eadem certe ſors ideam ligneos typos in aeneos convertendi atque mirifice artem poſthac promovendi Joanni Gutenbergio largita eſt, qui tantum abeſt, ut nobilitate propterea exciderit, ut e contrario non modo pro nobili ſemper habitus, ſed et inter aulicos Adolphi, Electoris Moguntini, tandem receptus fuerit (*aa*). Tanto quippe in honore primis temporibus ars impreſſoria erat, ut Fridericus III. Imp. typographis veſtes auro argentoque inſignitas gerendi veniam indulſerit, et tum horum tum typothetarum coetui inſignia gentilitia conceſſerit (*ab*). Inde quoque evenit, ut typographia ſeculo XV.

(*aa*) Vid. infr. *Cap. VI.* §. 4. Differentia ergo hac in parte inſignis fuit inter typographiam et cetera opificia, quae nobilitati derogare notiſſimum eſt. Latuiſſe hoc videtur JO. BAPT. CHRISTYN in *Jurispr. heroic. Tom. I. p.* 214. *ſeq.*

(*ab*) Typothetis ſcil. aquilae, typographis autem gryphi, pede altero pilam tinctoriam unguibus tenentis, ſcutum donavit, cum aperta galea et ſuperimpoſita ei corona. Id omne discimus ex JO. JAC. FUGGERI *Oeſterreichiſchen Ehren-Spiegel Lib. V. cap.*

xv. ab equeſtris ordinis, et eccleſiaſticae dignitatis viris exerceretur (*ac*), quae tamen ſucceſſu temporis a plebejis, illiteratis, et vilioris conditionis hominibus tractata magis magisque contemtui eſſe coepit, qua de re ſubſequente aevo graviter meritoque HENRICUS PANTALEON (*ad*) et ANGELUS ROCHA (*ae*) conqueſti ſunt.

## §. V I.

Ex praemiſſis colligere eſt, quam graviter lapſi fuerint JUNIUS, eumque ſecuti SCRIVERIUS, ceterique ad unum omnes, qui Laurentii originem e familia Coſterorum repetunt, nomen hoc adepta ex munere aeditui, Belgice *coſter*, quod hereditario jure poſſederit. Profecto neque Coſterorum gens hucusque innotuit, quae ex Brederodiis illegitime deſcenderit (*ae**), ut de majoribus Laurentii huius ſcutum prodit, neque etiam vero conſentaneum eſt, his eccleſiae Harlemenſis demandatam fuiſſe cuſtodiam. Charta enim Alberti Bavari, Hollandiae Comitis, a. 1380. in qua Laurentii noſtri pater, Joannes Laurentii fil. apud Harlemenſes occurrit, Bertoldum quendam aedituum memorat, quem ex noſtri fuiſſe familia plane non apparet: imo, quod magis urget, ex binis aliis diplomatibus ejusdem Comitis, die Sancti Lamberti a. 1396. et 17. Januarii 1398. datis, (*af*) conſtat, tum temporis eo munere functum fuiſſe

---

*cap.* 2. Add. de honore typographorum CHR. HENR. TROTZ in not. ad HERM. HUGON. *de prima ſcribendi orig. Cap.* 34. *p.* 584.

(*ac*) Pluribus allatis exemplis hoc probavit JOS. ANT. SAXIUS in *Hiſtor. literar. typogr. Mediolan. in Prolegom. p.* 82.

(*ad*) Vid. infr. in *Append. N.* 83.

(*ae*) *In Append. ad Biblioth. Vatic. Tom. II. Oper. p.* 350.

(*ae**) Nihil ergo quidquam cum gente Laurentii commune habuit Wilhelmus Coſter, ante a. 1300. clarus, ejusque filius Jacobus a. 1359. defunctus, de quibus verba fecit SCRIVERIUS, *Laurecrans p.* 117.

(*af*) *Handveſten en Privilegien der Stad Haerlem pag.* 58. *et* 60. item in Cod. Diplom. FRANC. A MIERIS.

ſuiſſe Henricum a Lunen, poſt cuius abdicationem, a. 1398. factam, Comes perpetuo illud plenoque jure civitati Harlemenſi ceſſit (*ag*). Probabile vero eſt, non diu poſt Comitis largitionem munus illud a Magiſtratu in Laurentium noſtrum collatum ſuiſſe, indeque appellationem *coſter* a vulgo ipſi tributam.

## §. VII.

Urbem natalem Laurentius ſine dubio illam agnoscit, in quà omne vitae tempus transegit, Harlemum dico. Annum, qui lucem ei dedit, licet exacte definire non omnino in proclivi ſit, remotior tamen certiſſime eius aetas eſt, quam hactenus creditum fuit. Schema etenim genealogicum, a poſteritate eius concinnatum, quod uti accuratum, et tamen ſimplex, nec ullis honorum titulis ſuperbiens eſt, ita ſummam fidem meretur, Laurentii proneptim, dictam Margaretam Petri, jam a. 1440. natam docet (*ah*). Huic vero fratrem natu majorem Thomam Petri ad minimum anno praeceſſiſſe ſtatuendum eſt, a quo ſi adſcendendo ad proavum Laurentium cuivis generationi promiscue computatae (etſi noſtris in oris plerumque ſit longior) trium modo et viginti annorum periodum affixeris, conſequens erit, Laurentii natales in annum aerae Chriſtianae 1370. fere incidiſſe, quod omnibus perpenſis circumſtantiis, et praeſertim aetate, qua nepotes eius magiſtratui admoti fuere, ad veritatem quam proxime accedere videtur.

---

(*ag*) Vid. *dict. diplom.* Hujus Henrici filius Joannes van der Lunen aedituus fuit Roterodami. vid. charta Ducis Alberti d. 18. Febr. 1403. apud MIERIS *Tom. III. p.* 787.
(*ah*) Vid. infr. §. 10.

## §. VIII.

Prima, quod ſciam, mentio Laurentii in charta Wilhelmi Bavari, Hollandiae Comitis, data d. 26. Septemb. 1408. in qua cum Harlemenſibus transegit, qui civico tumultui involuti noxios ſeſe hoc nomine reddiderant, quos inter Laurentius Jo. fil. (patris ad exemplum) locum occupavit, ſexaginta idcirco ſemiaureis (*nobels*) mulctatus. Exinde vero ſub regimine Comitis Jacobae ſaepius invenire illum licet, ut patriae urbis regimini admotum; cui tamen quando primum adſcriptus fuerit, deficientibus monumentis veteribus, non liquet (*ai*). Ut Scabinus certe jam occurrit in charta inedita d. 10. Decemb. 1423. (*ak*) quo honore eum porro functum a. 1428. et forte praecedenti, ac 1431. Theſaurarii autem a. 1426. 1430. 1434. ſuperſtites faſti nos docent. Sunt qui conſularem ei dignitatem tribuunt, at quo fundamento, non dixerim (*al*).

Ab-

(*ai*) In Diplom. Alberti Bavari d. 4. Martii 1402. triginta et tres nominantur viri primarii, e quibus ſingulis annis ſeptem Scabini, quatuorque Conſules, ſeu, ut illic audiunt, Conſiliarii Harlemi eſſent eligendi. At nulla ibi mentio Laurentii. Mutili autem ſeculo XV. ineunte faſti Harlemenſes ſunt, qui noſtra aetate ſub tit. *Naem-regiſter van de Regeering der Stad Haerlem* prodiere, neque ante a. 1426. Scabinorum vel Theſaurariorum, et 1430. Conſulum perpetuam exhibent ſeriem.

(*ak*) Exſtat in *Memoriali Ducis* JOANNIS a. 1422. et ſeq. ſignato *N. p.* 84. (inter archiva Camerae Feodalis Hollandiae) eiusque apographum perhumaniter mihi v. cl. FRANC. A MIERIS transmiſit. Illius hoc initium. *Des vrydages na Sinte Ambroſius dach, preſentibus Louweris Jansz., Claes van Hueſſen, Symon Jacobz., Claes Allyns ſoon, en Peter Jordens ſoon, eyſſchede Harper van Foreeſt, als een Rechter van myns Heren wegen borge van Willem van Werder, ende van Claes die Grebber, gebroeders, van ſulken clage, alze Florys Simons ſoon over hem beyden voir den Rechter ende voir Scepenen geclaecht heeft* etc. Haec vero acta Harlemi indicant ſequentia, ubi Scabinorum Harlemenſium aperta mentio.

(*al*) Ita ADRIANUS ROMAN in inſcriptione, ſub effigie Laurentii a. 1630. Harlemi a ſe edita, eum *virum conſularem* vocavit, atque hoc duce plures alii. Forte PETR. SCRIVERIUS, quem huius inſcriptionis auctorem exiſtimo, illum conſulatum aliquando

Abſurdum autem videri non debuit doctiſſ. MALLINKROTIO, Laurentium, quem eccleſiae cuſtodem fuiſſe indeque ſub nomine *coſter* innotuiſſe, ſuperius obſervatum eſt, ad magiſtratus faſtigium fuiſſe evectum (*am*). Latuiſſe ſcil. videtur virum, in antiquitatibus medii aevi ſatis alias verſatum, pro ea temporum ſimplicitate, quibus nemo fere otioſus erat, omnes vero honeſto quodam exercitio victum quaerebant, non tantum mercatores inferioris ordinis, ſed etiam opifices quandoque regimini admotos fuiſſe, prout complurium urbium faſti teſtari poſſunt, jamque olim PETR. DIVAEUS obſervavit (*an*). Aſt aeditui munus ſub Comitibus Hollandiae et lucroſum et honorificum erat, inque primarios cives, ſubinde etiam nobiles, conferebatur, ut ex veteribus chartis docere in proclivi eſſet (*ao*). De opulentia certe Laurentii dubitare nos haud ſinunt aedes, quas occupaſſe eum conſtat, pro ea aetate magnificae, in foro urbis juxta eccleſiam S. Bavonis, cuius cuſtos erat, collocatae. Hae quippe adeo amplae erant, ut ſuccedente aetate ad emtores conductoresve alliciendos in tres partes dividi illas oportuerit (*ap*), quarum media effigiem Laurentii pictam, ſubjecta inſcriptione, in frontiſpicio gerit (*aq*).

## §. IX.

Difficile eſt, ut definiamus, quot annis ſuperſtes fuerit, poſtquam

---

do geſſiſſe repererat, quod ſi verum, ante a. 1430. contigiſſe oportet, nam ſuperſtites ab hoc tempore faſti ea de re ſilent.

(*am*) *Diſſert. de ortu ac progr. art. typogr. Cap. VI. pag.* 51.

(*an*) *Lib. II. rer. Lovan. in praefat.*

(*ao*) Ita Hornae aedituum fuiſſe legimus Gerbrandum, *Domini* Andreae filium (qua dictione nobilitas eo tempore deſignabatur) in charta Alb. Bavari 19. April. 1396. add. SCRIVERII *Laurecrans p.* 117. et vetus annotatio, quae de hoc munere legitur, *Tom. IV. Cod. diplom.* MIERIS *p.* 450.

(*ap*) Vid. SCRIVER. *loc. cit.*

(*aq*) Vid. infr. *Cap. III.* §. *ult.*

quam a. 1434. ultima vice Theſaurarii munere functus fuit. At ſuccurrit hic nobis quodammodo LUDOV. GUICCIARDINUS in exactiſſima Belgii deſcriptione, quam duobus abhinc ſeculis vulgavit (*ar*). Is enim, (fide procul dubio monumentorum ineditorum, ad quae illic provocat) typographiae inventorem mortuum jam fuiſſe ſcribit, quando huius famulus Harlemo Moguntiam ſeſe tranſtulit, quod quum a. 1440. vergente acciderit (*ar**), intra hoc ſexennium Laurentium ex hac vita migraſſe oportet. Quo magis ergo retrotrahi hoc tempus poſſet, eo remotior quoque redderetur inventae typographiae epocha, ac favorabilior proinde Harlemenſium cauſa. Verum, ut ex animi loquar ſenſentia, ad plures ipſo a. 1440. abiiſſe Laurentium, adeoque ſeptuagenarium fere, conjicio, quumque ipſius aedes defunctum herum adhuc lugerent, neque ab alio adhuc habitarentur domino, occaſionem arripuiſſe infidum ſervum, clandeſtinum in modum inde aufugiendi, atque in Germaniam fortunarum transferendi ſedem. Quidquid eſt, toto coelo erravit JO. CHRIST. SEIZIUS, qui ridiculam chronologiam operum Laurentii e cerebro ſuo contexens multa ei attribuit, quae heredibus illius debebantur, huiusque vitam ad a. 1467. protrahit (*as*).

De vultu Laurentii ex huius imagine judicium ferre licebit. Illam a. 1628. publici juris fecit, laureaeque Scriverianae inſeruit Adrianus Roman, Harlemenſis impreſſor (*as**), quae cuius haben-

(*ar*) Vid. *Append. N.* 84.

(*ar**) Vid. *Cap. IV.* §. 11.

(*as*) *Derde jubeljaer van de uytgevondene boekdrukkonſt*, *Cap. VII.*

(*as**) Affirmatur illic, eam effigiem a Jacobo van Campen pictam, ſculptam vero per Joannem van de Velde fuiſſe. Uterque quum a. 1628. floruerit (vid. SAM. AMPZING *beſchryving der Stad Haerlem*, *p.* 371. *et* 373.) illane originem debeat ipſius Campii ingenio, an vetuſtiori alicui tabellae, incertum eſt. In priorem tamen opinionem ſatis proclivis ſum, tum quod ea imago omnino ſit diſſimilis antiquae illi, de qua mox loquemur, tum quod idea literam impreſſoriam manui inventoris imponendi magis genio praecedentis aevi, quam ſimplicitati ſec. xv. convenire videatur.

A-

benda ſit fidei, non dixerim. Hanc tamen iconem ſecutus eſt Taco Jelgersma pictor, quum annis abhinc fere triginta imaginem Laurentii, ante huius aedes poſitam, renovaret. Majoris vero apud me auctoritatis, et multo etiam vetuſtior, eſt picta quaedam tabella, ab ipſius Laurentii propagine per longum tempus religioſe adſervata, et poſt exſtinctam hanc gentem a. 1724. ad Jo. Enſchedium emtionis jure devoluta (*at*), quae ut aeri incideretur, noſtroque eſſet operi ornamento, ab ejusdem humanitate impetravi.

## §. X.

Uxor Laurentio obtigit Catharina, Andreae filia, incertae gentis, ex quo conjugio unica ſoboles prodiit Lucia, nupta Thomae Petri fil. quem ſoceri ſui in arte typographica exercenda et atramenti compoſitione adjutorem fuiſſe legimus (*at**). Ex hoc autem matrimonio, praeter Catharinam er Margaretam, tres liberi dignioris ſexus geniti, Petrus, Andreas, Thomasque, qui omnes ſenatorio ordini apud Harlemenſes adſcripti medio fere et vergente ſeculo xv. inveniuntur (*au*), duo vero priores bello ci-

Aliud viſum Enſchedio, cui cadaveroſa Laurentii facies ſuſpicionem movit, defuncto huic ſtatim adfuiſſe pictorem, cuius delineatio diligenter cuſtodita dux tandem fuerit Campio. Uter noſtrum melius divinaverit, alii judicent.

(*at*) Perſuadet ſibi Enſchedius, hanc vivo Laurentio factam, atque ita pictori Harlemenſi eius temporis acceptam ferendam, ſive is Albertus de Oudewater fuerit, ſive Gerardus de Haerlem, vulgo a S. Johanne dictus. At ego, qui vetuſtiſſimas picturas Belgii noſtri frequenter vidi, atque hanc cum cura examinavi, tantam illi tribuere antiquitatem bona fide haud poſſum, quum aevum Holbenianum in ea detegere mihi videar. Copia vero ſi fuerit accurata picturae originalis, eandem profecto fidem mereatur oportet.

(*at**) Vid. teſtimonium Cornelii bibliopegi, apud HADR. JUNIUM, in *Append.* N. 2.

(*au*) Petrus Thomae fil. ut Scabinus in faſtis Harlemenſibus occurrit inde ab a. 1458. ac ſaepius deinceps ad 1492. Conſulari vero dignitate functus eſt a. 1472. 1489 An-

civili, cui a *caſeo* et *pane* nomen inditum (*au**), impliciti miſerrima morte perierunt a. 1492. (*ax*) Ex Petro Thomae fil. nati fuere primum Thomas Petri, qui patri ſuo interfecto ſurrogatus Scabinus ipſo hoc anno 1492. vitam cum morte commutavit (*ay*), moxque a. 1440. Margareta Petri. Illi filius fuit Gerardus Thomae, quaeſtor publicorum aedificiorum Harlemi a. 1536. ſeq. et eccleſiarum ab a. 1547. ad 1552. illic curator (*az*), ex cuius conjugio cum Ermingardi Jo. filia nati Thomas Gerardi, menſe Januario 1559. fato functus, et Cornelius Gerardi, qui ut civicae cohortis ſubpraefectus memoratur a. 1580. cuiusque poſteritas, in Wilhelmo Cornelii Kroon d. 24. Martii 1724. exſtincta, ex adjecto ſchemate genealogico cognoſci poteſt (*ba*).

---

Andreas Thomae a. 1473. ſeq. Conſul, a. 1479. 1490. Scabinus, a. 1485. Theſaurarius fuit. Denique Thomas Thomae ab a. 1462. Secretarius, inde a. 1472. Scabinus, biennio poſt Theſaurarius, a. 1482. Conſul fuit.

(*au**) *Het kaes en brood-ſpel.*

(*ax*) Vid. charta 25. Maji 1492. inſerta in *'t groot Privilegie boek van Kennemerland*, *p.* 86.

(*ay*) Vid. Faſt. Harlem. *fol. H. vers.*

(*az*) Eum HADR. JUNIUS ſcripſit aedes adhuc habitaſſe Laurentii, cuius abnepos, non pronepos, dici debuit.

(*ba*) Prima, quam vidi, illius editio prodiit Harlemi typis Wilhelmi van Keſſel a. 1724. fol. pat., altera, in qua errores quidam correcti, inſerta *Laureae poëticae*, in honorem Laurentii Belgice editae a bibliopolis Harlemenſibus, a. 1726. in 4. Utriusque collatio nobis utilis fuit, dum ſchema hoc Latio donaremus, in quo tamen cetera nihil quidquam adjiciendum vel immutandum, at quae notatu circa poſteros Laurentii digna videbantur, hoc §. comprehendenda cenſuimus.

CAPUT III.

- Laurentius Jo. fil. Aedituus Harlemi, primus inventor Typographiae A°. 1440. Uxor Catharina Andreæ filia.
  - Lucia Laurentii filia, nupta Thomae Petri fil. (cujus prior uxor fuerat Joanna van Alphen, ex qua filiam procreaverat Alidam van Alphen.)
    - Petrus Thomae, interemtus cum fratre Andrea in bello civili *caſei et panis.* Uxor primum Margareta, Joannis Florentii fil. filia, ex qua hos liberos genuit. deinde Catharina Bartholomaei fil. A°. 1464. ſine lib.
      - Thomas Petri. Uxor filia Nicolai Petri fil.
        - Gerardus Thomae. Uxor Ermgardis Joannis filia. — —
          - Maria Gerardi, nupta duos liberos peperit, at illico defunctos.
          - Alida Gerardi, infans mortua.
          - Margareta Gerardi.
          - Agneta Gerardi, infans mortua.
          - Thomas Gerardi, duxit Machtildin, Nicolai filiam. Ob. Januar. 1559. — —
            - Jacobus Thomae, ob. infans.
            - Theodora Thomae, ob. infans.
            - Maria Thomae, dicta Maria Gerardi.
            - Alida Thomae, vulgo Pauli dicta.
          - Cornelius Gerardi, duxit 14. Januarii 1560. Gertrudin van Berkenro. — —
            - Anna Cornelii, dicta van Berkenro, nata 12. Januarii 1561. eodemque anno mortua.
            - Margareta Cornelii, vulgo Bartholomaei dicta, nata 20. Aug. 1562. nupta Gerardo Petri Wit. —
              - Nicolaa Gerardi Wit, nat. 1. Dec. 1583.
              - Etka Gerardi Wit, nat. 12. Octob. 1585.
            - Gerardus Cornelii, vulgo Thomæ, nat. 30. Septemb. 1564. duxit Corneliam Mates. — — —
              - Gertruda Gerardi, dicta van Berkenro, nata 1600. nupſit Cornelio Vaaſe. —
                - Margareta Cornelii, nata 1620. nupſit 31. Decemb. 1642. Wilhelmo Cornelii fil. Kroon. — —
                  - Cornelius Wilhelmi Kroon, dux. Eliſabetham Diepenbeek. — — —
                    - Wilhelmus Cornelii fil. Kroon, nat. 28. Maji 1678. ob. coelebs 24. Martii 1724. ultimus hujus gentis.
                  - Gerardus Wilhelmi Kroon.
                  - Johannes Wilhelmi Kroon.
            - Wilhelmus Cornelii, dictus van Berkenro, nat. 27. Nov. 1565. ob. 14. Aug. 1566.
            - Cornelia Cornelii, nat. 1566.
            - Wilhelmus Cornelii, nat. 4. Novemb. 1568.
          - Nicolaa Gerardi filia.
          - Joanna Gerardi.
          - Anna Gerardi.
        - Margareta Thomae.
      - Margareta Petri, nata 1440.
    - Andreas Thomae.
    - Thomas Thomae.
    - Catharina Thomae.
    - Margareta Thomae.

# C A P U T III.

## *Auctoritates de inventa Harlemi typographia.*

### §. I.

Laurentium hactenus conſideravimus, ut nobili loco natum, ut civem, ut magiſtratum Harlemenſem. Pluris noſtra refert, eum hoc contemplari nomine, quo ſeſe univerſo orbi utiliſſimum, omnique adeo majorem encomio reddidit, inventione dico artis typographicae. Ea autem res quum inſigni cum Germanis controverſiae locum dederit, ordo exigit, ut ante omnia ſolidis rationibus perſuadere aliis conemur, quod nobis quidem olim valde dubium, ſed tandem cauſa bene cognita viſum eſt in confeſſo. Hunc vero in finem tuto producemus ea omnia, quae non dicam Laurentio nominatim, vel Harlemo, ſed et Hollandiae, imo Belgio conciliare hanc gloriam videntur, argumenta. Nulla etenim totius Belgii civitas Harlemo, nullus incola Laurentio quum hanc inviderit vel contradixerit inventionem, conſequens eſt, Batavorum cauſa bene defenſa adjudicandam fore Laurentio palmam.

Argumenta igitur, quae nobis praeſto ſunt, ad duplicem ſe redigunt claſſem. Alia etenim directa ſunt, quae ſuppeditant teſtes auctoresque ſeculi XV. et XVI. fide digni, a SEIZIO quidem, partimque etiam a SCRIVERIO in auxilium vocati, ſed neque eo producti ordine (*a*), neque iis ratiociniis adjuti, atque Batavorum cauſae intererat. Alia indirecta, a nobis petenda ex accurato

(*a*) Nata hinc errandi occaſio ill. SCHÖPFLINO *Vindic. Cap. VII.* §. 6. qui teſtimonia ZURENI, COORNHERTII et GUICCIARDINI pro uno cum Juniano reputavit, quaſi omnes bona fide JUNIUM ſecuti fuiſſent; quum tamen jam ante a. 1567. ſcripſerint, Junii vero *Batavia* demum a. 1588. lucem viderit. De Ludov. Guicciardino id bene jam obſervavit PROSP. MARCHAND *Dictionaire hiſtorique Tom. I. p.* 294.

rato examine librorum quorundam vetuſtiſſimorum, qui licet temporis locique indicio deſtituti typographiae tamen primitivae in Belgio unice conveniunt. Teſtes hoc capite convocabo, de preli ſpeciminibus locuturus poſthac, quae horum effata confirment.

## §. I I.

Primus ergo ac praecipuus hanc in rem teſtis eſt CORNELIUS, Laurentii ipſius ſubminiſter, indeque Harlemi bibliopegus (*a**), cuius relationem HADR. JUNIUS *Bataviae* ſuae, ante bina ferme ſecula conſcriptae, inſeruit (*b*). Illa ſequenti capite ex profeſſo illuſtranda, hic tamen principem ſibi locum vindicat. Ad tria vero redit capita, quorum primum artis inventionem, alterum illius emendationem atque incrementum ſpectat, ultimum denique typos officinae Laurentianae ab infido famulo ſurreptos Moguntiamque advectos enarrat, queis ipſe, erecta mox ibi typographia, intra annum, ſcil. a. 1442. duos libros excudit. Tam aperta vero mobilium typorum hic mentio, ut tabellaris impreſſio, ceu nuper ill. SCHÖPFLINUS (*c*) voluit, ſubintelligi ſalva tota oratione haud poſſit.

Teſtem jam ipſum quod attinet, hic quantumvis domeſticus, cunctis tamen perpenſis circumſtantiis, habendus eſt omni exceptione major. Expoſuit etenim haec Cornelius, tum ſaepe antea,

(*a**) Cornelii huius mentio fit anno 1492. in annotatione ms. ſubjecta exemplo cuidam operis BARTH. ANGLICI *de proprietatibus rerum*, ex interpretatione Belgica editi Harlemi a. 1485. cuius verba ſequentia ſunt: *Item gecoft the Haerlem in die cruysſtraet tot Cornelys boeckbinder in 't jaer* MCCCC *ende* LXXXXII. *in Meye, doe die van Alcmaer mit haer lantluden daer in quamen mit haer bannieren, etcetra. van mi Anthonys nnor̄.* vid. SEITZ *derde jubeljaer*, *p.* 90.

(*b*) Vid. *Append. N.* 2.

(*c*) *Dict. lib. Cap. VIII.* §. 1.

tea, ut credi par eſt, tum inprimis, quum fere octogenarius eſſet. Ea ergo aetate, qua minime eius intererat plus juſto tribuere Laurentio, pridem defuncto, nec ullo, quantum novimus, affinitatis vinculo ipſi juncto. Eo etiam candore, ut nihil quidquam ex toto invento ſibi tribueret, vindicandae heri ſui gloriae intentus unice. Eo porro animi ardore, ut quotiens de commiſſo plagio, indeque detracta (ipſius opinione) vero inventori laurea, incidiſſet mentio, modo ab ira, modo a lachrymis temperare haud poſſet. Ea denique fiducia, qua referre haec oportebat fideliſſimum officinae Laurentianae operarium, qui totam inventi hiſtoriam hero ſuo acceptam referebat, ſed politurae atque incrementi artis, quam manibus ipſe tractaverat, oculatus erat teſtis, furemque, cum quo plures eodem in cubili noctes transegerat, noverat optime. Quantivis haec pretii narratio ex ipſius Cornelii ore pervenire ad Junium quidem per temporis rationem haud potuit (*d*), pervenit tamen illibata per duos probatae fidei viros, alterum literatum Nicolaum Galium (*e*), alterum Conſularem Quirinum Taleſium (*f*). Hi enim, quae tenera

(*d*) HADR. JUNIUS etenim lucem adſpexit Kalendis Julii a. 1511. uti oſtendemus *Cap. IV.* §. 1. not. (*b**) Demus ergo, Cornelium a. 1440. quo exſpiravit Laurentius, modo novendecim annos impleviſſe, conſequens erit, illum, ſi forte a. 1511, adhuc ſuperſtes fuit, jam fuiſſe nonagenarium, adeoque ad plures eo ſaltem abiiſſe tempore, quo Junius huius rei cum omnibus circumſtantiis memoria tenendae fuisſet capax.

(*e*) Hic videtur is ipſe, qui ſub nomine *Claes Lottynsz. Gael*, ut Scabinus Harlemi, in huius urbis faſtis occurrit a. 1531, 1533. et 1535.

(*f*) Hic in iisdem faſtis ſimpliciter audit *Mr. Quiryn Dirkszoon.* Fuit vero magni ERASMI per multos annos amanuenſis. vid. eius epiſtola d. 23. Julii 1529. *Tom. III. Oper. p.* 1222. Ad Syndici Harlemenſis munus pervenit a. 1531. idque ad a. 1535. adimplevit. Uxorem duxit a. 1532. quo nomine gratulatus ipſi Erasmus eſt literis d. 31. Octob. eius anni datis, *ibid. p.* 1456. Inde a. 1537. et ſeq. Scabini, a. 1552. et ſeq. Conſulis munere functus eſt; tempore vero Belgicorum tumultuum d. 27. Maji 1573. miſerrime ab Hiſpanis militibus interemtus fuit. vid. SAM. AMPZING *beſchryving der Stad Haerlem p.* 104. Exſtant porro HADR. JUNII ad Taleſium noſtrum literae, inter *Epiſtolas Junianas p.* 198.

ra aetate ab ipſo Cornelio acceperant, provecta Junio retulerunt, diverſo tempore et iisdem tamen prope verbis, quod utrumque non mentem modo Cornelii recte aſſecutum fuiſſe, ſed et totam huius narrationem optime memoriae impreſſiſſe evincit. Unde temeritatis ſeſe reos produnt, qui vagis rumoribus eam annumerare hiſtoriam ſtuduerunt.

§. III.

Coaevus fere Cornelio fuit ULRICUS ZEL, patria Hanovienſis, cuius effata ex huius ore perſcripſit auctor *Colonienſis Chronici* a. 1499. editi (*g*). Is artem impreſſoriam, qualiter uſu deinde invaluit, (typis ſcil. metallicis) Moguntiae a Jo. Gutenbergio circa a. 1440. inventam, atque a. 1450. abſolutam tradidit; ita tamen, ut primam artis praefigurationem diſerte tribuat Hollandiae, atque ex *Donatis* hic ante a. 1440. excuſis (quos mobili charactere prodiiſſe ſuo (*h*) docebitur loco) typographiae Moguntinenſis, licet altera multo perfectioris, initia repetat. Hic vero Zellius in ipſa dioeceſi Moguntina clerici officio functus eſt, indeque Coloniam Agrippinam primum omnium advexit typographiam. Illud enim nos docet epigraphe, non manu, verum diſtinctiſſime typo, ſubjecta rariſſimae et incognitae hucusque editioni opuſculi, D. AUGUSTINO iniuria tributi, *de ſingularitate clericorum*, a. 1467. typis Zellianis, Coloniae certiſſime, deſcriptae (*i*): hoc lau-

(*g*) Vid. *Append. N.* 5.

(*h*) Vid. infr. *Cap. V.* §. 17.

(*i*) Quantivis hocce pretii cimelium, forma octava majore excuſum, a. 1759. quum, legatione extraordinaria a celſiſſ. Belgii noſtri Ordinibus ad ſereniſſ. magnae Britanniae Regem GEORGIUM II. b. m. mihi impoſita, Londini degerem, oſtendit mihi v. cl. JACOBUS BRYANTIUS, jamque locum occupat in eximia bibliotheca ill. Principis GEORGII SPENCER, Ducis de MARLBOUROUGH, in arce Blenhemienſi prope Oxoniam conſpicua, et ante ſemiſeculum a Sunderlandiae Comite inſtructa; ex quo opuſculo ultimam paginam ad archetypum delineandam aerique incidendam curavi. vid.

laudatus Chronographus teſtatur, annusque eidem libro appoſitus confirmat, quo alium in hac urbe impreſſorem fruſtra quaeſiveris (*k*). Colligere inde licebit, Zellium principiis typographiae

---

vid. *ſpecim. figur. IX. part.* 2. Ceterum huic libro in eadem ligatura praecedebant tractatus ſequentes: 1.) CICERONIS *Paradoxa.* 2) *Idem de amicitia, et verſus* 12. *ſapientum.* 3) JOH. GERSON *tractatus de paſſionibus animae, eiusdemque tractatulus de modo vivendi omnium fidelium.* 4) B. AUGUSTINI *ſermo ſuper orationem Dominicam et expoſitio ſuper ſymbolum et ſermo de ebrietate cavenda.* 5) *Eiusdem liber de vita Chriſtiana.* Qui omnes eodem, quem in ſpecimine exhibui, charactere Zelliano, at absque ulla anni, loci, vel typographi nota, impreſſi erant. Ipſiſſimo quoque hoc typo excuſum videre licuit *Bibliorum Latinorum* exemplar, duobus voluminibus fol. minor. et 42. lineis in quavis columna conſpicuum, at impreſſionis pariter notis deſtitutum: qui liber proſtitit in auctione Lugd. Bat. apud Carolum Delfos 3. Novemb. huius anni 1761. ac pro Fauſti et Gutenbergii opere perperam jactatus 153. florenorum pretio divenditus fuit. Ea vero editio, quum mihi, *Conſpectum orig. typ.* edenti, ignota fuerit, lapſus ſum illic, dum *p.* 43. alia *Biblia*, quae *Schelhorniana* vocavi, Zellii prelo adſcripſi. Oportet autem, jam ante annum 1458. Coloniam Agrippinam recepiſſe typographiam, quum ipſo teſte Zellio Argentinae hac in parte praeiverit; huic vero epocham a. 1458. aſſignandam docebitur *Cap. VIII.* §. 17. Imo jam a. 1465. cum anni indicio librum Coloniae prodiiſſe dicendum foret, fide ſubſcriptionis cuiusdam, additae JO. KOELNER DE VANCKEL *Summariis ſexti Decretalium;* niſi ſuſpectus ille annus viſus eſſet doctis in Germania viris; qua de re vid. cl. SCHELHORN. in *Obſervat. de art. typogr. p.* 46. junct. *p.* 72. Alioquin primus liber antea cognitus preli Zelliani, qui tamen KÖHLERUM, SCHÖPFLINUM, aliosque latuit, fuit opus *Sermonum* ROB. DE LICIO abſolutum 16. Kal. Febr. 1473. vid. AD. HENR. LACKMANNI *Annal. typogr. p.* 112. SCHELHORNII *Diatr. de antiq. Bibl. edit. p.* 28. at huic libro B. Auguſtini opuſculum integro jam praeceſſerat ſexennio.

(*k*) Certe a. 1471. demum occurrunt alii impreſſores Colonienſes, Petrus de Olpe, et Arnoldus ter Hoernen. vid. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 190. *edit. ſecundae.* Quae autem in eodem opere *p.* 296. memoratur editio BARTH. ANGLICI *lib. de proprietatibus rerum*, Coloniae a. 1470. excuſa typis Jo. Koelhof de Lubek, eam ſpuriam eſſe certo mihi conſtat. Exemplar enim, per quod deceptus fuit Maittairius, ad EDUARD. HARLEY, Comitem Oxonienſem, pertinuit, quod quum diu poſtmodum remanſerit penes bibliopolam Londinenſem Thom. Osbornium, inque huius Catalogis ſemper annum 1470. praetulerit, manibus tandem ipſe trivi, et poſt accuratam inſpectionem in eo agnovi impoſtoris nequitiam, qui in editione a. 1483. (Maittairio quoque *p.* 446. memorata) ultimas cifras ſcalpello eraſerat, ut tredecim annis liber videretur antiquior. Enimvero, quantum hucusque conſtat, princeps operis Barth. Anglici editio illa eſt, quae absque anni aut loci indicio prodiit, quam tamen Coloniae Agrippinae a Guil. Caxtono, impreſſore poſthac Weſtmo-

phiae imbutum fuiſſe ſive in ipſius Gutenbergii officina (ut KÖHLERO (*l*) etiam viſum,) ſive in Fauſtina, ubi ſimul clerici (*m*), id eſt codicum mſſ. exſcriptoris et calligraphi, partes egerit. At, quidquid eſt, eo magis huic ſtandum teſtimonio, quoniam Germanus ipſe, et quod praecipue ad rem facit, Moguntiae aliquamdiu commoratus, temporique inventae artis proximus, non patriae litavit ſed veritati. Convenit quippe ei cum Cornelio Harlemenſi, quatenus impreſſiones Belgicas et praeceſſiſſe et facem praetuliſſe Moguntinis, atque apud hos circa a. 1440. typographiae impendi coepiſſe operam teſtatus eſt uterque. Tantum ergo abeſt, ut Moguntini ea aetate in controverſiam vocaverint anteriora Batavorum reperta, ut e contrario ingenue illa agnoverint, ſibi vero circa inventionem nihil adſcripſerint, niſi quod ſummo iis jure debebatur (*n*).

## §. IV.

Eadem fere tradidit MARIANGELUS ACCURSIUS, patria Neapolitanus, et ſeculo XVI. ineunte clarus, qui poſt transactam in Italia bonam vitae partem in Germaniam ſeſe tranſtulit, atque Carolo V. Imp. gratiſſimus fuit (*o*). Hic, ANGELO ROCHA teſte (*p*), exem-

monaſterii in Anglia, excuſam patuit mihi ex verſibus ſubjectis Anglicae huius libri verſioni, edit. Lond. ap. Wynandum de Worde circa vel ante a. 1500. et relatis a MAITTAIRIO *dict. Tom. I. p.* 31. JO. LEWIS *life of Wyl. Caxton*, Lond. 1737. *p.* 7. JOS. AMES *typographical antiquities p.* 103.

(*l*) *Ehrenrettung Guttenbergs p.* 45.

(*m*) De appellatione *clerici* hoc ſenſu uſitata vid. ill. SCHÖPFLIN. *Cap. III.* §. 4. et *Cap. X.* §. *ult.* Frigida igitur alluſio eſt ad tit. opuſculi *de ſingularitate clericorum*, quae ZELLIUM movit, ut priſtinam ſuam *clerici dioec. Mogunt.* (ſignificatione omnino diverſa) qualitatem illic adderet; feliciſſima vero ex poſtfacto Harlemenſium cauſae.

(*n*) Vid. infr. *Cap. VII.* §. 4.

(*o*) Vid. NIC. TOPPI *Biblioth. Neapolit. p.* 206. et *Addizioni di Leon.* NICODEMO *p.* 170.

(*p*) *Append. noſtr. N.* 95.

exemplo membranaceo *Donati*, majuſculo (*q*) rudique charactere in urbe Moguntia excuſi, poſt praemiſſa quaedam de Jo. Fuſt repertis, (quae rectius tamen Gutenbergio tribuiſſet) adſcripſerat, impreſſum hunc *Donatum* et *Confeſſionalia* primum omnium fuiſſe a. 1450. *admonitum* vero *Fauſtum ex Donato Hollandiae, prius impreſſo in tabula inciſa.* E quibus evidens eſt, Accurſii temporibus cognitam adhuc ſive in Italia ſive Germania fuiſſe typographiae Moguntinenſis ex Belgica derivationem. Neque vero audiendi hic ſunt, qui magno JOS. SCALIGERO (*r*) praeeunte *Donatum* Harlemenſem fixis tabellis impreſſum fuiſſe inde intulerunt. Contrarium enim jam teſtantur fragmenta utriusque editionis Hollandicae, nuper detecta, in qua mobilitatem typorum unusquisque agnoscat neceſſe eſt (*s*). Itaque perſuaſum habeo, omne aliud indicare voluiſſe Accurſium, qui, dum typos Donati tabellae fixae inciſos ſcripſit, hos tamen per ſeparationem in ligno factam verae typographiae fuiſſe accommodatos non negavit. Imo *tabulae* vocabulum improprie quandoque adhibitum pro formula ſeu fruſtulo, cui litera inſculpebatur, dubitare nos haud ſinit carmen BONIN. MOMBRITII, viri doctiſſimi, praefixum *Chronico* EUSEBII ex editione Mediolanenſi Phil. Lavaniae circa a. 1475. quam *tabulis* impreſſam *ahenis* ſcripſit (*t*), aeneos characteres eosque mobiles certiſſime intelligens.

(*q*) Ait ROCHA, rudibus typis atque *imminuto modo* Donatum impreſſum. *Imminutum* itaque ſcripſit pro *non minutum*, quemadmodum Jctus *l.* 44. *princ. de bon. libert.* vid. *Opuſc. de Latinit. vet. Jctorum p.* 371. et *Theſaur. Latinit.* J. M. GESNERI.

(*r*) In *confut. fabulae Burdonum p.* 260. edit. 1609.

(*s*) Vid. infr. *Cap. V.* §. 16. *ſeq.*

(*t*) Vid. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 746. *edit.* 2. JOS. ANT. SAXIUS *Hiſt. literar. typogr. Mediolan. p.* 608. Exſtat huius rariſſimae editionis exemplum in bibliotheca noſtra.

## §. V.

Quartum aſſignabimus locum anonymo ſcriptori Britanno, qui Accurſio forte coaevus, forte aliquantulum vetuſtior fuit, cuiusque opus bibliothecae Lambethanae olim inſertum licet interciderit, excerpta tamen inde RICH. ATKINSIUS in libro ſuo *de origine typographiae* a. 1664. aſſervavit (*u*). Varias ille referens circumſtantias de introducta in Angliam arte temporibus Henrici VI. Regis, hortatu Thomae Bourcherii Archiepiſcopi Cantuarienſis, eam ad Britannos per famulum quendam Harlemo translatam non modo ſed et hic inventam ſcripſit; etſi in eo erraverit, quod prima haec reperta tribuerit Gutenbergio, qui apud Batavos artem nunquam exercuit, aſt horum inventis nova Moguntiae ſuperaddidit (*x*). Ne vero auctorem male de tota re inſtructum fuiſſe dixeris, Moguntinos ipſe taxat, quod urbem ſuam typographiae inventricem elimatricemque primam jactaverint, aliud autem conſtare ait, quoniam Moguntia artem fuerit mutuata per fratrem operarii cujusdam Harlemenſis, poſtquam arcana ab hoc edoctus illic erexit officinam. Ita probe gnarus, qua ratione ars nobiliſſima per fratres Gensfleiſchios a Batavis ad Germanos perveniſſet, quod nulli ſcriptorum huius argumenti ſeculi XVII. vel XVIII. perſpectum ex aliis documentis corroborabimus (*y*), Belgis perquam candide primitias acceptas retulit; Moguntinos tamen immerito reprehendens, qui inventionem ſibi tribuentes Batavis minime fuerunt injurii, at ſpeciem intellexere ab Harlemenſi diverſam (*z*).

---

(*u*) Vid. *Append. N.* 92. et quae ad vindicandam huius ms. fidem, a MIDDLETONO aliisque temere ſollicitatam, adferemus in *epiſtola ad Cl.* DUCARELLIUM *reſponſoria*, huic operi ſubjicienda.

(*x*) Vid. infr. *Cap. VI.* §. 4.

(*y*) Vid. infr. *Cap. IV.* §. 13. et *VIII.* §. 8.

(*z*) Infr. *Cap. VII.* §. 4.

## §. VI.

Succedat quinto loco auctoritas JOANNIS A ZUYREN, Jcti Harlemenſis, et in urbe patria, ut olim Laurentius, magiſtratus ſimul ac typographi partibus functi (*aa*). Hic librum ſingularem per formam dialogi *de prima et inaudita hactenus vulgo, et veriore tamen, artis typographicae inventione*, Latino eoque pereleganti ſermone, compoſuerat dudum, ut SCRIVERIUS teſtatur (*ab*), ante turbas Belgicas, quum ipſe Scabinus Harlemi conſervandis legibus digniſſime praeeſſet, nondumque conſulatum ſuſcepiſſet; unde hanc diatriben intra annos 1549. et 1561. exaratam conſequens eſt. At iniquam experta eſt illa ſortem; neque enim Scriverii aetate ſuperſtites inde erant, niſi paucae quaedam plagulae, introductionem continentes, cuius excerpta nonnulla hicce vindicavit ab interitu, *laureaeque* ſuae opportune inſeruit (*ac*). Licet ergo tota inventionis hiſtoria a Zureno tradita perierit, exprimunt tamen haecce fragmenta ſummum viri candorem, animumque ab omni partium ſtudio alienum, ſimulque, obſervante Scriverio, Zurenum in eo dialogo ſequentia pertractaſſe docent:

1. Impreſſoriam artem Harlemi primum fuiſſe repertam.

2. Aedes, in queis typographia inventa, aetate auctoris adhuc exſtitiſſe ſalvas et incolumes.

3. Artem novam, rudemque adhuc, ab extero quodam ſubductam;

4. Hinc Moguntiam perlatam;

5. Ibi vero exceptam, nutritam, excultam, continuatam, plurimumque emendatam fuiſſe.

---

(*aa*) JOANNES A ZUYREN a. 1549. et ſeqq. Scabini, a. 1561. et ſeqq. Conſulis dignitatibus functus eſt, prout ex faſtis Harlemenſibus conſtat. Obiit vero d. 10. Maji 1591. aetatis anno 74. vid. SAM. AMPZING *beſchryving der Stad Haerlem p.* 104. unde natales eius ad a. 1517. referendi ſunt.

(*ab*) *Laurecrans p.* 28.

(*ac*) Iis quoque in *Appendice* noſtra locum dedimus *N.* 81.

§. VII.

## §. VII.

Similia omnino, etſi ſuccinctius multo, tradidit THEODORUS, *Folcardi* fil. COORNHERTIUS (*ad*), in *dedicatione* interpretationis Belgicae *Officiorum* CICERONIS, Senatui urbis Harlemenſis inſcripta, quam illic a. 1561. vulgavit (*ae*). Hic, ZURENI tum temporis in nova typographia ſocius, ſimulque notarii et caelatoris etiam partes agens, primo huic officinae ſuae foetui praemittenda cenſuit, quae repertam Harlemi indeque ad Moguntinos translatam artem docerent. Ne autem rei veritatem in dubium quispiam vocaret, ea ex viris annoſis fideque digniſſimis ſe olim intellexiſſe addidit, qui de nomine ac gente primi inventoris optime inſtructi aedes huius quaſi digito ipſi monſtraverant, rudia vero artis initia expoſuerant data opera.

## §. VIII.

Septimum ſibi locum vindicat LUDOV. GUICCIARDINUS, patria Florentinus (*af*), qui, poſtquam Italia medio fere ſeculo ſexto decimo valedicta Antverpiam ſeſe contuliſſet, exactam Belgii chorographiam Italica lingua conſcripſit, ad quam contexendam non levi ipſi adjumento fuerat inſtituta per praecipuas urbes peregrinatio. Is ergo in principe ſtatim huius libri editione, Philippo Hispaniarum Regi d. 20. Octob. 1566. inſcripta, annoque proximo typis Guil. Sylvii, impreſſoris regii, emiſſa, ac ſaepius deinceps repetita, teſtatus eſt (*agh*), ex conſtanti non modo inco-

(*ad*) Natus hic auctor Amſtelodami eſt a. 1522. obiitque a. 1590. vid. de eo JO. FRANC. FOPPENS *Biblioth. Belg. p.* 1121. *ſeq.*

(*ae*) Vid. *Append. N.* 82.

(*af*) Lucem hic vidit a. 1523. deceſſit enim a. 1589. aetatis 66. FOPPENS *dict. op. p.* 832. et NICERON *Memoires des hommes illuſtres*, *Tom. XVII. p.* 118. *ſeq.*

(*agh*) Vid. *Append. N.* 84.

colarum ceterorumque Batavorum opinione, ſed et juxta quosdam ſcriptores ac monumenta, Harlemo originem debere imprimendi, characteresque in chartam transferendi artem; at mortuo ante perfectionem inventore famulum huius ſeſe contuliſſe Moguntiam, ubi hilari vultu exceptus tantopere porro typographiam emendavit, ut fama publica hanc Germaniae urbem illius jactaverit genitricem; quod tamen, ne alterutri parti gravis eſſet, in medio relinquere voluit auctor. Conſonans itaque praecedentibus haec relatio id porro ſingulare habet, mortuo demum Laurentio ſurtum officinae illatum.

Graviter autem in iſtius loci verſione lapſus eſt, aliisque deinceps errandi occaſionem praebuit, interpres Gallicus FRANC. DE BELLEFOREST, dum fundendi quoque typos artem Harlemo adſcripſit; repugnantibus auctoris verbis, quae alium omnino ſenſum habere in propatulo eſt, et bene Latinus interpres REGN. VITELLIUS animadvertit. (*ai*).

## §. IX.

Ita vero Harlemenſibus prima inventa, per infidum deinde famulum ad Moguntinos tranſlata, non ſolum populares noſtri adſcripſere, ſed et exteri iique vetuſti auctores, Itali, Britanni, ipſique Germani, quorum hercle Batavis plus debito tribuere minime intererat. Quae teſtimonia ſi attenta mente, judicioque a

(*ai*) Scripſerat GUICCIARDINUS, quod Harlemi reperta fuerit *l'arte dello imprimere, e ſtampare lettere e caratteri in foglio.* Peſſime illa explicavit BELLEFORESTIUS in interpretatione Gallica, quae jam eodem, cum textu Italico, anno 1567. prodiit: *l'art de l'imprimerie, et la façon de fondre les lettres et caracteres pour imprimer en fueille*; quanto melius VITELLIUS? *typographia, id eſt librorum formulis excudendorum ratio.* Nos vero toti huic loco, quem ad principem editionem Italicam deſcriptum ad me miſit PETR. FRANC. FOGGINI, bibliothecae Vaticanae cuſtos, verſionem appoſuimus, quae textui quam proxime reſpondeat.

a ſtudio partium alieno, perpendantur, rem conficere dicendum erit, eoque magis, quoniam ſibi omnino ſimilia ſunt, neque ex vagis rumoribus, aut de plebe narratiunculis, verum optimis fontibus hauſta; qualia profecto ſi in dubium vocemus, omnis porro ſuſpecta erit praeſtantiſſimorum annalium fides, qui non ſemper actis documentisque publicis, paſſim vero relationibus eorum, qui rei geſtae circumſtantias optime cognoverant, nituntur (*ak*). Quid quod etiam inedita quaedam monumenta (*alcune memorie*) id ipſum confirmare, ducentis abhinc annis ſcripſerit GUICCIARDINUS. Majorem ergo vim perſuadendi hae auctoritates apud aequos judices inveniant oportet, quam PETRI SCHOEFFERI narratio, qui ſibi deberi typorum fuſilium inventionem et filio JOANNI et TRITHEMIO memoravit; teſtis proinde in cauſa propria manifeſtiſſimus, quem, ſi ex juris principiis decidi rem oporteret, admittendum non fore in propatulo eſſet (*al*). Et huius tamen relationi, in ſuo genere unicae, ſubſcribunt Germani omnes, ſubſcribimus ipſi, invitis licet magna ex parte popularibus noſtris.

## §. X.

Hisce auctoritatibus plures quoque alias adjungere in proclivi eſſet, niſi cauſam optimam parum juvari infirmis argumentis exiſtimarem. In computationem vero illorum teſtimonia venire haud poſ-

(*ak*) Latius hoc argumentum adſtruxit MARC. ZUER. BOXHORNIUS *Diſſ. de typogr. invent. p.* 16. *ſeq.*

(*al*) Recte hoc jam obſervavit JO. CHR. SEIZIUS *derde jubeljaer der Haerlemſche druckerye p.* 96. BERGELLANUS quidem jam olim in *Encom. chalcogr. Append. N.* 74. eandem inventionem Schoeffero adſcripſit, verum hunc ex TRITHEMII opere (tum temporis inedito) ſua hauſiſſe ipſe *in praefat.* teſtatur. *Relatio* autem JO. FRID. FAUSTI ASCHAFFENBURGII, ubi de Schoefferi repertis quoque ſermo eſt, praecedentis ſeculi initium non excedit. vid. JO. CHRIST. WOLFII *Monum. typogr. Tom. I. p.* 452. *ſeq.*

poſſunt, qui vel per auctores jam ante prolatos unice profecerunt, vel a rei geſtae tempore nimis fuere remoti. In priorem cenſum referendus eſt NATALIS COMES, qui in *hiſtoria ſui temporis*, a. 1581. excuſa, LUDOV. GUICCIARDINI relationem potiſſimum ſecutus videtur; paucis de ſuo adjectis, circa quae lapſus eſt manifeſtiſſime, dum inventorem Harlemi, quem innominatum ille reliquerat, Jo. Gutenbergium appellavit, reperta Batavorum et Germanorum proinde confundens, dumque primum excogitatum eadem in urbe adſcribit a. 1453. (quando Moguntinenſis epocha jamdiu ſumſerat initium) vicennio ad minimum retrotrahendum (*am*). HADR. JUNIUM quod attinet, hunc uti relationem CORNELII in uſus ſuos convertiſſe liquet, ita num aliis etiam, jamque incognitis, ex fontibus biberit, non omnino exploratum eſt; unde ſatius videtur, huius teſtimonium, quatenus forte Corneliano amplius eſt, hoc loco ſeponere, quam teſtium numero praeter rationem multiplicando in animadverſionis incurrere notam. In alteram claſſem retulerim ſcriptores ſeculi XVII. et XVIII. omnes, quos in Harlemenſium favorem colligens SEIZIUS otio abuſus, ab exteris merito etiam reprehenſus eſt (*an*).

## §. XI.

Inter productos vero teſtes mirum videri poterit, nullum occurrere e Chronographis noſtris, qui ſeculo XV. vel principio inſequentis floruere (*ao*). Et certe dubius ipſe haeſi aliquando, cui potiſſimum cauſae tribuendum eſſet altum eorum, qui res in Belgio ea aetate geſtas memoriae tradiderunt, de inventione artis Har-

(*am*) Vid. *Append. N.* 87. add. infr. *Cap. VI.* §. 4.

(*an*) Vid. SCHÖPFLIN. *Cap. VIII.* §. 6.

(*ao*) Id certe Batavis objecit MALLINKROTIUS *Diſſ. de typogr. invent. p.* 49. et poſt hunc alii.

Harlemi ſilentium; quales ſunt (ne vel tantillum diſſimulare videar) anonymus auctor *Chronici* vernaculi, quod ad a. 1437. pertingit, ab alio deinde continuatum editumque Goudae a. 1478., ſcriptor *magni Chronici Belgici*, a. JO. PISTORIO editi, quod a. 1474. explicit, AEGID. DE ROYA in *annalibus*, quos ad a. 1479. perduxit, JO. VELDENARIUS in Chronico, quod *Faſciculo temporum* Belgico ſubjecit, edíditque Trajecti a. 1480. REYN. SNOYUS, qui res Batavicas ad a. 1517. proſecutus eſt; ne de GUIL. HEDA, rerum Ultrajectenſium, quibus ſaepe Hollandicas immiſcuit, ſcriptore, verba faciam. Vix ſane fingi poteſt, eos omnes primordiorum Harlemenſium fuiſſe prorſus ignaros. Qui enim poſt myſterium artis a. 1455. in Germania divulgatum latuiſſet noſtros, quod innotuiſſe Moguntinis ZELLII narratio indicat? Imo ſtatim poſt furtum officinae Harlemenſi a. 1440. illatum credibile eſt, variis in Hollandia hoc facinus ſparſum rumoribus, opera potiſſimum Cornelii, gloriae Laurentianae vindicis acerrimi. Vera igitur ratio ſimpliciter inde petenda eſt, quod Moguntinorum inventa eo usque Hollandicis praeſtarent, ut illa, teſte Zellio, ad artem ipſam, haec ad eius praeludia pertinere viſa fuerint, indeque ars impreſſoria unanimi quaſi ſuffragio Moguntiae reperta diceretur (*ap*); unde quum primordia Harlemenſia in computationem venire haud poſſe exiſtimarentur, verba etiam de iis facere operae pretium haud judicabant noſtrates. Et hinc plane evenit, ut aliqui olim e Belgis noſtris impreſſoriam artem ſtanneis typis ex vero Moguntiae adſcripſerint, de impreſſionibus ligneo charactere omnino ſilentes, veluti BADIUS ASCENSIUS, PETR. MONTANUS, DESID. ERASMUS, et HADR. BARLANDUS; quomodo et auctor magni *Chronici Belgici*, Leidae a. 1517. vernaculo ſermone editi, typographiae inventum a. 1440. loco quidem non expreſſo, capitulo tamen re-

(*ap*) Vid. infr. *Cap. VII.* §. 3.

rerum externarum retulit (*aq*). Unde eo majores gratiae ceteris habendae ſunt, qui primis Belgarum repertis juſtum ſtatuentes pretium nepotes ea ignorare nefas duxerunt, adeoque in libris ſuis vindicarunt ab interitu.

## §. XII.

Hisce ergo teſtimoniis, ut de primis typographiae partubus tantisper ſileam, munita poſteritas agnoscere tandem grato coepit animo, quantum Laurentio, homini induſtrio, veroque per hoc inventum ſcientiarum reſtauratori, deberet respublica Belgii, deberet literaria. Itaque ſeculi, ut arbitror, praecedentis initio ſenatus populusque Harlemenſis (*ar*) ſummo faſtigio aedium Laurentii huius effigiem in tabula lignea appingi coloribus juſſit, ſubjungique literis aureis hanc inſcriptionem:

MEMORIAE SACRUM.
TYPOGRAPHIA
ARS ARTIUM OMNIUM
CONSERVATRIX
HIC PRIMUM INVENTA
CIRCA ANNUM CIↃCCCCXL. (*as*)

Poſtquam deinde hanc epocham vitio laborare animadvertiſſet, natalesque typographiae a. 1428. etſi argumento perquam ficulneo, aſſerere tentaſſet PETR. SCRIVERIUS (*at*), deleta fuit in hac in-

(*aq*) Vid. *Append. N.* 41. 51. 55. 58. et 66. ERASMUS certe originem typographiae Harlemenſis ignorare haud poterat, quum a. 1467. Roterodami natus fuerit, atque amanuenſem praeterea habuerit Quirinum Taleſium, qui totam hiſtoriam inventi Laurentiani a Cornelio bibliopego acceperat. vid. ſupr. §. 2. not. *f*.

(*ar*) Id M. Z. BOXHORNIUS teſtatur in *Theatro Hollandiae p.* 136.

(*as*) Ita hanc inſcriptionem citant tum SAM. AMPSING *Beſchryving der Stad Haerlem p.* 376. tum M. Z. BOXHORNIUS *loc. cit.*

(*at*) Vid. infr. *Cap. IX.* §. 11.

inſcriptione ultima linea, ac ſubſtitutum M. CCCCXXIIX. quod illic in hunc usque diem legere eſt.

Laudabile Magiſtratus exemplum imitatus eſt ADRIANUS ROMAN, Harlemenſis typographus, qui, poſtquam a. 1628. Laurentii effigiem aeri incidendam curaſſet, a. 1630. ſtatuam eidem in impreſſa tabella (*au*) erexit, addita inſcriptione ſequenti:

M. S.
*viro conſulari,*
LAURENTIO COSTERO
HARLEMENSI,
*Alteri Cadmo, et artis*
*Typographicae circa*
*Annum Domini*
M. CCCC. XXX.
*Inventori primo,*
*bene de Literis ac*
*toto Orbe merenti,*
*hanc Q. L. C. Q. Statuam. quia aeream non habuit. pro monumento poſuit Civis gratiſſ.*
ADRIANUS ROMANUS
*Typographus.*
A° M. IↃC. XXX.

Mox. a. 1655. appicta quoque veſtibulo aedificii, in horto aulae Principis, fuit artificioſa Jacobi van Campen manu Laurentii ſtatua, variis adjectis ornamentis. Tandemque a. 1722. Collegium Medicum ſtatuam laureatam e lapide prototypographo nos-

(*au*) Eiusmodi tabellam vidi duplicem, alteram, quae minoris formae erat, ligno, alteram eamque grandiorem aeri inciſam.

noſtro erigendam curavit eodem in horto, ſubjecta (ut additum carmen J. van Zanten M. D. operaque anaglyptica taceam) hac epigraphe:

AE. M. S.
LAURENTIO COSTERO
HARLEMENSI
VIRO CONSULARI,
TYPOGRAPHIAE
INVENTORI VERO,
MONUMENTUM HOC
ERIGI CURAVIT
COLLEGIUM MEDICUM
Anno CIↃ IↃ CCXXII.

Mitto numismata ſex anno 1740., quo jubilaeum celebrabatur, in honorem Laurentii cuſa, quae aeri inciſa operi ſuo SEIZIUS inſeruit (*ax*).

(*ax*) *Derde jubeljaer* ad *p.* 106. *et ſeq.*

CAPUT IV.

# C A P U T IV.

## *Hiſtoria typographiae, a Laurentio Jo. fil. Harlemi repertae, eoque mortuo per famulum ad Moguntinos translatae.*

### §. I.

Hiſtoriam inventae in urbe Harlemo typographiae, ad Moguntinos deinde translatae, ex relatione potiſſimum Cornelii bibliopegi (*a*) aſſervavit nobis, ſuaeque inſeruit *Bataviae* HADR. JUNIUS, quam illuſtrare et adverſus iniquam aliorum criſin vindicare hoc capite conſtitui. In illo opere elaborando multum ſibi laboris, multum temporis impendendum fuiſſe ipſe teſtatur auctor in *epiſtola dedicatoria* ad celſiſſ. Hollandiae Ordines, data prid. non. Januar. 1575. Id vero abſolutum quidem, minime autem, ceu multi ſtatuerunt, lucubratum hoc circiter anno librum fuiſſe probat. Et certe primas illius lineas jam a. 1562. aut brevi poſtea duxiſſe Junius videtur, quem variis deinde temporibus, prout obſervationes poſtea natae aut ſupervenientes hiſtoriae ſuggerebant, ſupplevit atque auxit (*b*). Ultimam vero manum, morte d. 16. Junii 1575. praeventus (*b**), imponere operi ſuo haud potuit, quod

(*a*) Vid. ſupr. *Cap. III.* §. 2. *et* 10.

(*b*) Rectiſſime hoc adſtruxit SEIZIUS *Cap. IV. p.* 92. cuius obſervata ex JUNII opere huc facientia adſcribere neceſſum erit in exterorum gratiam, ad quos Seizii liber vix pervenit. *Pag.* itaque 30. notat Junius, ſe ſcribere a. 1571. *Pag.* 245. in margine expreſſus eſt annus, quo ſua tum elucubrabat auctor, videl. 156·. omiſſo poſteriore cifro, quia ignorabat, num hoc ipſo anno *Bataviam* ſuam prelo tradere poſſet; unde liquet eà chartis mandata ante annum 1570. *Pag.* 271. conſcripſit a. 1575. *Pag.* 333. anno, cuius illic mentio, 1249. adjicit, *ante annos tercentum viginti*, ex quo patet, illa exarata a. 1569. *Pag.* 345. de anno 1262. ait, *ante annos trecenos*, quod proinde convenit a. 1562.

(*b**) Vid. epitaphium, quod JUNIO noſtro ſcripſit filius eius natu maximus Petrus,

quod tandem a. 1588. Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana lucem vidit.

## §. II.

Praemittenda haec fuere, ut anachroniſmo, quem GABR. NAUDAEUS (c), atque hoc duce Germanorum plerique auctori in ipſo ſtatim narrationis limine imputant, liberari hic a nobis poſſet. Tradidit ſcil. JUNIUS, „ habitaſſe ante annos centum duodetriginta (a quo haec ſcribebat) Laurentium Joannis fil. aedituum cuſtodemve in aedibus ſatis ſplendidis e regione palatii „ regalis Harlemi ". Haec vero a. 1575. ſcripta, adeoque a. 1447. convenire, et ad tempus inventae artis, de qua mox loquitur auctor, referenda volunt adverſarii, ut Junium riſui exponerent, qui paulo poſtea typographiam ad Moguntinos translatam jam a. 1442. (et ſic quinquennio ante eius natales) libros impreſſos protuliſſe refert. Sed demus, a. 1447. accommodanda Junii verba, ex illis profecto nihil minus, quam epocha incunabulorum typographices elici poterit: de ſola quippe inhabitatione ſplendidarum aedium per Laurentium ibi ſermo eſt, quem ſane multis poſt inventionem annis commorari illic potuiſſe evidentiſſimum eſt. At erroneus praeterea, ut oſtendimus, eſt, qui ex dedicationis Junianae anno infertur calculus. Convenire itaque haec verba a. 1440. adeoque a. 1568. ab auctore ſcripta ex totius

trus, inque Medioburgenſi templo collocari juſſit; ubi quum additum fuerit, obiiſſe Hadrianum aetatis anno 63. nata JO. MEURSIO in *Athenis Batavis p.* 93. ceterisque, hunc ſecutis, errandi occaſio, quaſi a. 1512. demum lucem vidiſſet; quum ipſum diem natalem, ſcil. 1. Julii 1511. nobis indicaverit vitae Junianae ex variis anecdotis conſcriptae, ac a. 1652. *Epiſtolis* huius praemiſſae, auctor, et vel ſic verum ſit, Junium die 16. Junii 1575. fato functum tantum ſexaginta et tres annos expleviſſe. Unde receptum errorem ſequi non debuerat G. W. AB OOSTEN DE BRUYN in *vita* HADR. JUNII, *Tom. X. Miscellan. Obſervat. critic. nov. p.* 392.

(c) *Addition a l'Hiſtoire de Louis XI. Chap. VII. p.* 116.

tius orationis contextu rectiſſime intulit SCRIVERIUS (*d*). Sic vero mens Junii neutiquam fuit, anno demum 1440. repertam a Laurentio artem, prout recepta a multis opinio eſt, unde et derivata anno ſeculi quadrageſimo jubilaei apud Harlemenſes celebratio. Quae enim extremo a. 1440. iam translata fuit Moguntiam typographia, poſtquam Harlemi varias protuliſſet lucubrationes, ut ex ipſo auctore mox conſtabit, primam adſpicere lucem aliquot retro annis debuit. Junius vero dum inventionis annum ipſum ignoraſſe videtur, latere tamen aetatem primi inventoris lectores haud ſivit, adeoque hac indicare formula, ut puto, voluit ultimum, quo in his aedibus habitavit, rebusque humanis interfuit Laurentius, annum.

## §. III.

Jam vero miſſis, quae munus atque cognomen Laurentii ſpectant, ex profeſſo a nobis ſuperius expoſita, ad ipſa typographiae initia nos vocat JUNII oratio. „ Coeperat ergo, (ut ille ait) in „ ſuburbano nemore ſpatiatus Laurentius faginos cortices princi- „ pio in literarum typos conformare, quos deinde inverſa ratio- „ ne ſigillatim chartae impreſſit ". In hac narratione, quod reprehenderent, non exteri ſolum, ſed et noſtrates invenere. JOSEPHUS enim SCALIGER (*e*), quum *Donatum* legiſſet in tabula inciſa in Hollandia excuſum, coeptam apud Batavos impreſſionem non a diſcretis et ſingularibus typis inter ſe iunctis, prout Junii ſermo ſuadet, ſed a pagellis ligneis opinatus eſt, ex verbis MARIANG. ACCURSII inferens, quae ab huius mente veroſimiliter, certe a vero, aliena ſunt (*f*). Ulterius progreſſus SCRIVERIUS eſt, dum typos ſingulares, non dicam ex fagino cortice, ſed ligni cuius-

(*d*) *Laure-crans Cap. I. pag.* 16. *et* 19.
(*e*) *Confut. fabulae Burdonum p. m.* 260.
(*f*) Vid. ſupr. *Cap. III.* §. 4.

iusque ſubſtantia ſculptos prelo reſiſtere haud poſſe falſo ſibi perſuadens totam hanc relationem in dubium vocavit, aliamque in poëtica introductione, *Laureae* ſuae praemiſſa, ſubſtituit (*g*), cuius haec ſumma eſt: Laurentius, in Harlemenſi ſylva ramum faginum, aut potius querceum, vi ventorum deiectum reperiens, oblectationis cauſa literas aliquot eius ſegmento incidit, moxque hoc papyro involvit. Accidit autem, Laurentio interea per ſomnum capto, ut querceum hocce lignum, ſupervenientis pluviae ope aliove caſu madefactum, veſtigia inſculptorum characterum (ex inſita huic arbori natura) jecorario colore chartae impreſſerit. Id quum expergefactus obſervaſſet noſter, animum paulatim ad altiora appulit, dum literas retrorſus ligneis tabulis inſculptas atramento ſuperimpoſito preli ope in charta expreſſit, donec tandem fixos typos in ſolutiles convertit. Ita vero Junius e teſtibus fide dignis verſatilis, Scriverius ex ingenio (cui nimium in hoc carmine indulſit) tabellaris characterum ſculpturae tentamina ex nemore Harlemenſi repetiit. Illius narratio relatis famuli Laurentiani, huius Scaligeriano errori falſaeque de typis ligneis mobilibus hypotheſi debet originem. Illa ſimpliciſſima eſt, haec ob adjectas de ſomno circumſtantias reſpirare aliquid videtur fabuloſi (*h*). Vetuſtiorem proinde auctoritatem ſequendam eſſe extra dubium colloco, eaque ab omni criſi liberabitur, ſi fagino cor-

(*g*) *Laure-krans p.* 9. *ſeq.* add. *Cap. XXI. p.* 96. *et* 103.

(*h*) Duabus hisce narrationibus adjungi poſſet tertia, quam HENRICO SCHORO Belgae, ſeculo XVI. exeunte, JO. WALCHIUS acceptam tulerat: examinata nempe in convivio a patriciis quibusdam Harlemenſibus lamina aenea, typis inciſa, natam his ideam characteres illos ſeparandi atque ita in chartam transferendi; quod quum adſtans famulus memoria ſua excidere paſſus non eſſet, effectui dare coepit, et ſic forte in notitiam pervenit Laurentii. vid. *Append. N.* 88. At, quum origo artis impreſſoriae non ex aeneis verum ligneis petenda ſit typis, iisque etiam ſolis, ut videbimus, uſus fuerit Laurentius, hanc narrationem, quae haud parum quoque confuſa eſt, eius aetati haud convenire nemo non videt.

cortici, cuius fragilis aliquantulum videtur ſubſtantia (*i*), ramum ſubſtituamus, ex quo primum omnium ſolutiles characteres in nemore obambulans ſculpſerit Laurentius.

## §. I V.

Periculum ergo artis ligneis typis facturus, eosque inverſa ratione chartae impreſſurus, Laurentius „ *verſiculum unum atque* „ *alterum* animi gratia duxit, nepotibus generi ſui liberis exem-„ plum futurum ". Ita ſuo more, id eſt figurate, JUNIUS loquitur, leve quoddam typographiae ſpecimen indigitans. Id vero cuius generis fuerit, poſt trium ſeculorum lapſum non ſine oraculi cuiusdam monitu definiri poſſe dixeris. Et tamen detexiſſe illud ſibi viſus eſt typographus JOH. ENSCHEDIUS, reperto Harlemi foliolo membranaceo antiquo, eoque opiſtographo, quod octo pagellis formae minimae, integrum opusculum, nempe literas alphabeti, orationem Dominicam, Symbolum Apoſtolorum, tresque inſuper preculas typis deſcriptas abſolvit (*k*). Et ſane tota re bene perpenſa, cumque peritis communicata artificibus, examuſſim illud convenire Junii deſcriptioni viſum eſt. Inſtituta quippe comparatio cum prima editione *Speculi ſalvationis* Belgici, et

(*i*) JUNIUS forte, dum haec ſcriberet, ſibi illam impreſſerat ideam, quod cortices fagini antiquiſſimis temporibus ad ſcripturam adhiberentur, prout ex VIRGILIO *Eclog. V. vers.* 13. aliisque locis notiſſimum eſt. Et huc referenda, quae de S. Rudgero narrantur in eius vita *Lib. I. cap.* 4. ubi male quaedam typographiae praeludia deprehendere ſibi viſus eſt NIC. SERARIUS *Lib. I. Rer. Moguntin. cap.* 37.

(*k*) Agglutinatum illud fuerat vetuſto libro precum Pſalmorumque Belgico, qui Enſchedio ſeſe obtulit inter complures chartas familiae Bereſteinianae, apud Harlemenſes patriciae, cumque Zureniana per cognationem junctae. Quum vero avelli inde non poſſet integrum, in medio illud biſecare neceſſe habuit. Nos totum illud opuſculum aeri inciſum *Tab. I.* exhibemus, ubi notandum in prioribus *pag.* 8. lineolis varias literas, imo voces, deëſſe, quod in originali exemplo ob temporum vetuſtatem, uſumque continuum, omnino detritae fuerint.

et utriusque *Donati* Hollandici fragmentis, quae opera Laurentio debentur, ſpecimen hoc iis omnibus praeceſſiſſe evicit. In forma etenim typorum, qui manifeſtiſſime mobiles (*k**), et ſculpti quidem, utpote inaequales, et nusquam alias, quod ſciam, obvii, tanta elucet ſimplicitas ruditasque, quae ſculptorem illico prodit artis tironem. Utque de ipſa impreſſione verba faciam, omnes hic concurrunt vetuſtatis notae. Nulli hic paginarum numeri (*l*), cuſtodes vel ſignaturae (*l**). Nulla diviſionis ſyllabarum in extremo lineae indicia; quum e contrario ſyllabae in medio ſeparatae exemplum reperiatur (*m*). Nulla diſtinctionis ſigna, et ne puncta quidem, quae in ceteris Laurentii operibus conſpiciuntur, etſi litera *i* hic non accentu, verum puncto notata ſit.

(*k**) Id certe agnoverunt omnes viri in arte periti, quibus archetypum videndi poteſtas fuit, atque ex ectypo etiam ſatis perſpici poteſt. Nulla enim hic litera in quadratum alterius transiit. Pleraeque literae ſingulares, paucaeque combinatae.

(*l*) In *ſpecim.* noſtro paginarum numerum adjecimus, ut quo ordine illae ſemet inſequantur, lectori inde conſtaret. Primum vero a. 1477. cifras ſuperiori paginarum anteriorum orae affixas, itemque titulum operi praefixum, in *Sermonibus* LEON. DE UTINO, edit. Pariſ. per Mart. Crants, Udalr. Gering, et Mich. Friburger, obſervavit ANDR. CHEVILLERIUS *Orig. de l'imprim. de Paris p.* 38. quae tamen cifrae deinceps per totum ſeculum XV. perraro adhibitae fuere. Uſitatius longe tum erat regiſtrum chartarum, ad calcem librorum appoſitum, quo uſi jam ſunt Udalr. Gallus et Sim. de Luca, in edit. VIRGILII Romana a. 1473. vid. MAITTAIRE *Tom. I. Annal. typogr. p.* 326. *edit. ſec.*

(*l**) Riſu profecto excipiendi ſunt, qui in noſtri Laurentii *cuſtodis* (ſive *coſter*) memoriam hoc vocabulum ſyllabae in infima paginae parte poſitae inditum fuiſſe credunt, ut fecit LAUR. AND. RIVINUS in *Declamat. de typogr. Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 902. quum res ipſa doceat, *cuſtodes* inde appellatos, quod initium ſequentis paginae referant, atque ita *cuſtodiendis* libri foliis inſerviant. Nuspiam quoque his reclamantibus uſi ſunt vel Laurentius vel huius heredes, quae vero in TACITI *operibus*, Venet. per Jo. de Spira 1468. excuſis, primum apparent, obſervantibus CHEVILLERIO *d. l.* et MAITTAIRIO *dict. Tom. I. p.* 19. De origine ſignaturarum vero dicemus quaedam in *epiſt. ad* DUCARELLIUM *ad* not. *o. et ſeq.*

(*m*) Nempe *pag.* 8. *lin.* 2. *et* 3. prima ſyllaba vocis *ſpiritũ* diviſa cernitur. Similia exempla adducentur *Cap. V.* §. 7. neque memini me ea in ullo vetuſto libro offendiſſe, praeterquam in operibus Laurentianae officinae.

ſit. Lineae paſſim inflexae, curvaeque. Pagellae, quam vocant, impreſſae figura non ſemper eadem, neque, ut factum oportuit, rectangularis, ſed modo ad rhomboidem, modo trapezium isoſcele deflectens. Ubique tandem vacillans impreſſoris in huius opellae exſecutione manus apparet. Exemplum igitur Laurentius, vergentis jam tum aetatis, hoc quaſi teſtamento, ſi quid forte humani ante majorem perfectionem ſibi contingeret, relinquere nepotibus voluit, tum pietatis, exhibitis precibus familiaribus communi uſu receptis, tum impreſſoriae artis, cuius beneficio illas membranae appoſuerat; addo etiam artis ſculptoriae, uti praemiſſum a typographo alphabetum integrum evincit, in nullo alias reperiendum Latino horario, eoque magis hic adjectum, quod literis aliquot ipſe opusculi textus careret (*n*).

## §. V.

Quod caput rei eſt, determinare huius Junianae deſcriptionis fide licebit, quo fere tempore tentamen hoc Laurentius fecerit. Latino etenim, non vernaculo, ſermone illud quum ediderit, nepotes huius ad eam perveniſſe tum oportet aetatem, qua commode illius linguae imbui principiis poſſent. Iis ergo ſi decem undecimve annos tum adſcripſeris, calculus prodibit ſequens. Nepotum maximus natu Petrus Thomae filius, a. 1440. jam altera prole beatus (*o*), vix eſt, ut poſt a. 1438. matrimonio junctus fuerit. At ſi hoc tempore eum modo vicenarium ſtatueris, (rarae autem in Hollandia marium adeo praecoces nuptiae) natales ejus incident in a. 1418. quem frater hujus, ordine proximus, An-

(*n*) Literae enim *k* et *z* nonniſi in Alphabeto occurrunt. Nemo igitur exiſtimet, praefixas fuiſſe alphabeti literas eo conſilio, ut illas ex hoc horario infantes diſcerent, ut fit quandoque in libellis precum Belgicis. Nam Latina lingua, qua hae preces editae, manifeſtum reddit, illum pueris deſtinatum fuiſſe, non infantibus.

(*o*) Vid. ſupr. *Cap. II.* §. *ult.*

Andreas biennio forte vel triennio poſt excepit. Huic ergo aerae duodecim anni pro infantia Petri ac novem decemve Andreae additi annum nobis aſſignant 1430. quo ſi vetuſtiſſimum hocce ſpecimen lucem vidit, jam anno forte vel biennio anteceſſerat prima Laurentii idea in nemore Harlemenſi nata. Quidquid eſt, omnibus perpenſis circumſtantiis, inventae typographiae epocha vix a. 1430. ſtatui poteſt recentior: Laurentius etenim, a. 1440. fato functus praeter utramque *Donati* editionem, *Speculum Belgicum*, juſtae molis opus, ſingula vero diverſo charactere, e prelo ſuo emiſerat, ut poſtea docebimus (*p*). Ad ea vero exſequenda multum laboris ſumtuumque impendendum fuit in ipſo artis initio, plures ſuperandae nascentes quotidie difficultates, variorum quoque artificum ad inſtrumenta neceſſaria conficienda implorandum auxilium, quae non niſi aliquot annorum ſpatio abſolvi potuiſſe, lector me tacente intelligit. Ita vero confirmantur, quae olim PETR. SCRIVERIUS tradidit, incunabula artis impreſſoriae decennio duodecenniove a. 1440. praeceſſiſſe (*q*); mente tamen a nobis diverſiſſima: ille enim impreſſionem tabellarem, quam male ut typographiae ſpeciem claſſemque primam conſideravit, a. 1428. coepiſſe ſtatuit, (perquam abſona e verbis Rabbi JOSEPHI uſus illatione, ſuo loco a nobis profliganda) nos hunc fere annum, aut ſi malis 1430. artis impreſſoriae, et quidem verſatilis, convenire natalibus exiſtimamus.

## §. VI.

Succeſſus itaque primi tentaminis, JUNIO teſte, expertus ſic ſatis felices Laurentius „ coepit animo altiora, ut erat ingenio „ magno et ſubacto, agitare, primumque omnium atramenti „ ſcrip-

(*p*) *Cap. V. §. 2. ſeq.*
(*q*) *Laure-crans Cap. XXI. p. 96. et ſeq.*

„ ſcriptorii genus glutinoſius tenaciusque, quod vulgare lituras „ trahere experiretur, cum genero ſuo Thoma Petri excogitavit". Duplex certe atramenti genus in libris Laurentii comparet, alterum impreſſorium, quod operibus typographicis inſerviit, alterum pallidius et aqua dilutum, quod in impreſſione tabellari conſtanter adhibuit, et diu etiam poſtea retinuerunt illius heredes (*r*). Impreſſorium Laurentii coloris fere murini eſt, quod deinde atrius perfectiusque reddiderunt tum huius ſucceſſores Harlemi (*s*), tum praecipue Moguntinenſes typographi (*t*).

Mox de opere impreſſo Laurentii verba facit Junius, idque ſibi viſum teſtatur, *Speculum* videl. *noſtrae ſalutis* Belgicum, quod, uti totius orationis contextus docet, typis mobilibus quidem, at e ligno ſculptis, impreſſum fuit. Novi quidem, aliud viſum SCRIVERIO, qui mobiles literas in hoc opere agnoscens eas fuſiles fuiſſe ſtatuit, quod aliud genus typi verſatilis non admitteret (*u*). At non eſt, quod ea opinio hoc loco vel tantillum nos moretur, qui ligneos typos, hosque ſolutiles, in uſu olim fuiſſe jam probavimus (*x*), et ſculpturam literarum, quae *Speculo* inſervierunt, ex profeſſo adſtruemus capite proximo (*y*). Unde proba recta dicenda eſt Junii de typis *Speculi* ſententia, qui reprehendi hoc nomine a Scriverio non debuerat.

Num vero ligneo typi genere ſemper uſus fuerit Laurentius, ſcire attinet. Profecto, quum praeter *Speculum* Belgicum nulli hucusque innotuerint libri ab ipſo editi, niſi binae *Donati* editiones, multum hic juvare nos poteſt utriusque inſpectio. Et de ſculptura quidem characterum dubitare nos vetat paſſim illic obvia earundem

(*r*) Vid. infr. *Cap. IX.* §. 9.
(*s*) Vid. *Cap. V.* §. 13. 14.
(*t*) Vid. ſupr. *Cap. I.* §. 4. not. *ac.*
(*u*) *Laure-crans Cap. XXI. p.* 102.
(*x*) Vid. ſupr. *Cap. I.* §. 10.
(*y*) Infr. *Cap. V.* §. 8.

rundem vocum et literarum inaequalitas (*z*), quae in ſculptis characteribus minime evitari, in fuſis ex una matrice nunquam habere locum potuit. Ex qua vero materie hi typi ſculpti fuerint, ocularis librorum inſpectio docere vix poteſt, quod alio tamen inferre licebit argumento. Scriptores nempe vetuſti omnes, nemine obloquente, aeneorum ſive ſtanneorum characterum inventionem Moguntiae adſcripſerunt (*aa*). His itaque impreſſionibus quum, ZELLIO teſte, facem praetulerint anteriores Belgicae, et quidem *Donati* mobilibus literis impreſſi (*ab*), prototypographum noſtrum, ante epocham Moguntinam vivis ereptum (*ac*), ſejunctis literis non ex metallo verum ligno uſum fuiſſe conſequens erit. Et ſane *Donatos*, aeque ac *Speculum ſalutis*, ligneis fuiſſe typis excuſos facile iis perſuadebitur, qui ad rudem imprimendi rationem, in omnibus his operibus conſpicuam, attenderint.

## §. VII.

Ex praemiſſis colligere in proclivi erit, cuius habenda ſint ponderis, quae mox ſubjicit JUNIUS, „ Laurentium poſtea faginas formas plumbeis mutaviſſe, hasque deinceps ſtanneas feciſſe, quo ſolidior minusque flexilis eſſet materia, durabiliorque; e quorum typorum reliquiis quae ſuperfuerant conflata oenophora vetuſtiora, Junii aetate, adhuc viſebantur in Laurentianis aedibus habitatis tum ab eius abnepote " (ita ſcribi oportuit, non *pronepote*) „ Gerardo Thomae fil. " Nec tam ſculptos, quam potius fuſos characteres, intellexiſſe auctorem e ſe-

(*z*) Vid. ibid. §. 8.
(*aa*) Vid. *Cap. VII.* §. 4.
(*ab*) *Append. N.* 5.
(*ac*) Vid. ſupr. *Cap. II.* §. 9.

ſequentibus liquet, ubi Joannem lavernionem fuſilium typorum peritiam Laurentio debuiſſe ſcribit. Id vero omne proficiſci ex relatione Cornelii certiſſime haud potuit, neque ab ullo etiam teſte ante Hadr. Junium traditum fuit, ſi excepero FRANC. DE BELLEFOREST, qui Guicciardini verba interpretatus peſſime ea intellexerat, et invito hoc Hiſtoriographo literas fundendi artem, ante epocham Moguntinam, Harlemi fuiſſe repertam ſcripſerat (*ad*). En ergo detecta a me origo erroris Juniani! Aſſertionem vero illam a vero alieniſſimam eſſe omnes profecto evincunt circumſtantiae. Nam 1) aut hi typi fuſiles gratis confecti fuere, utpote in nullo Laurentii opere conſpicui, aut SCRIVERII admiſſa opinione matrices Laurentii producere potuerunt easdem literas centies ſibi inaequales, prout in eius operibus obviae ſunt, quorum alterutrum ſtatuere perquam abſonum eſt. 2) Ita hebetiſſimi fuiſſe oportet ingenii Moguntinos, qui artem ab Harlemenſibus mutuati, jam ad eum perfectionis gradum evectam, tamdiu occupati fuere in typographia perficienda, ut demum a. 1450. id eſt, decennio fere poſt epochae illic initia primum librum propriis typis excuderint, cuius tertio abſoluto quaternione jam quatuor millia florenorum (aureorum ſcil.) ad ſuperandas omnes difficultates impenderant (*ae*). 3) Ita riſu excipiendi quoque iidem fuiſſent, dum ſculptos characteres, quorum fabrica, maxime e metallo, immenſum tempus requirebat, in operibus ſuis per multos annos retinuere, atque a. demum 1459. primum opus fuſis literis deſcripſerunt (*af*). 4) Ita Fauſtus turpiter ſeſe a famulo Petro Schoeffero decipi paſſus eſſet, qui oſtenſo e matricibus fuſo alphabeto integro filiam huius Chriſtinam inque ſocietatem cooptationem obtinuit (*ag*). 5) Ita falſa erunt omnia,

(*ad*) Vid. *Cap. III.* §. 8.

(*ae*) Id PETR. SCHOEFFERUS ipſe JO. TRITHEMIO teſtatus eſt. vid. *Append. N.* 4.

(*af*) DURANDI ſcil. *Rationale divinorum officiorum*, vid. ſupr. *Cap. I.* §. *ult.*

(*ag*) Vid. JO. SCHOEFFERI teſtimonium, poſt breviarium TRITHEMII, *Append. N.* 47. JO. FRID. FAUST. VON ASCHAFFENBURG *Diſcours*, ap. KOHLER *p.* 91.

nia, quae de inventis Gensfleiſchii, Gutenbergii, Schoefferique tradunt nobis ſcriptores antiquiſſimi (*ab*). 6) Ita ZELLIUS, gloriae Batavorum antiſtes mirificus, ignorantiae ſe reum prodidiſſet, dum Moguntinos aeque ac Batavos inventi habuit participes (*ai*). Atque haec argumenta, quibus forte et alia addi poſſent, aut fallor, aut noſtros tandem convincent, metallicos typos, et fuſos praeſertim, neutiquam Harlemi adſpexiſſe lucem, verum Moguntinis acceptos referendos eſſe (*ak*). Sed reſtant oenophora, a Junio in teſtimonium vocata. Ea profecto non inficior ſuperfuiſſe illius aevo in aedibus Laurentii, et quidem ex typis metallicis Harlemi olim uſitatis conflata; at manca eſt omnino, quae exinde ducitur, conſequentia. Nam hi characteres poſthac, quod forte detriti eſſent, ad cantharos conficiendos adhibiti, aeque ſculpti eſſe poterant, ac fuſi. Imo ſi illi in aedibus Laurentianis, ubi ſemper typographum habitaſſe traditio refert, aliquando uſurpati fuere, id certe nunquam ab ipſo factum eſt Laurentio, ſed ab huius demum ſucceſſoribus, poſtquam in arte characteres aeneos ſculpendi fundendive Germanos habuiſſent praecurſores.

## §. VIII.

Deſcripta novo artificio volumina undique emtores excitaſſe cum

(*ab*) Vid. infr. *Cap. VII.* §. *6. et* 14.
(*ai*) Vid. ſupr. *Cap. III.* §. 2.
(*ak*) Vir cl. G. W. AB OOSTEN DE BRUYN, Jctus Harlemenſis, fuſiles typos, qualiter uſu invaluere, Moguntiae deberi agnoscens, auctoritate tamen Junii deceptus fuit, ut crederet, Laurentium modulos adhibuiſſe fuſos, quibus vero literae in ſuperna parte inſculpebantur. Verum probationem deſiderat, eiusmodi typos ſculptofuſos libris imprimendis revera inſerviiſſe, quod ſi factum unquam fuerit, Moguntiae profecto contigit, non autem Harlemi; unde qui prodiere libri antiquiſſimi, non in literis modo, ſed etiam vocibus, pluribusque lineis ſibimet aggregatis inaequalitatem teſtantur, manifeſta ſculptorum corporum indicia. add. ſupr. *Cap. I.* §. 12. not. *cd.*

cum uberrimo quaeſtu JUNIUS refert. Qui vero id factum ſit, ipſa monumenta indicant. Nam codices mſſ. quum omni ex parte imitentur, nihilo ſincerior hac in parte fuiſſe Laurentius videtur, quam, qui eodem mox ſtrategemate uſi ſunt, primi in Germania typographi, ut nempe impreſſa exempla pro calamo exaratis, atque ita multo carius, quam par erat, divenderet (*ak**). Et hinc lucem capiunt, quae idem ſcriptor ſubjungit, creſcente artis amore, ipſoque Laurentio cum familia ſua tanto exſequendo operi porro impare, additos fuiſſe operarum miniſtros, hosque (ne artis mechanismus divulgaretur) ad ſecretum jurejurando conſtrictos. Id vero ſacramentum religioſe per aliquod tempus ſervaſſe videntur omnes. At exſtincto, ut ex GUICCIARDINO discimus (*al*), inventore, huius heredibus damno eſſe coepit, quae nuper lucro fuerat, erga emtores commiſſa fraus, et deceptos ſeſe illi experti ſunt talionis lege, qui alios deceperant. Ecce enim „ inſidus quidam famulus, praenomine Joannes, (adſcribo iterum Junii verba) poſtquam omnia ad artem ſpectantia percalluiſſe ſibi viſus eſt, captato opportuno tempore, quo non potuit magis idoneum inveniri, ipſa nocte, quae Chriſti natalitiis ſolennis eſt, qua cuncti promiscue luſtralibus ſacris operari ſolent, choragium omne typorum involat, inſtrumentorum herilium ei artificio comparatorum ſupellectilem convaſat, deinde cum fure (*am*) domo ſe proripit, Amſtelodamum principio adit, inde Coloniam Agrippinam, donec Moguntiacum perventum eſt, ceu ad aſyli aram, ubi quaſi extra telorum ictum (quod dicitur) poſitus tuto degeret, ſuorumque furtorum aperta officina fructum uberem meteret. Nimirum „ ex

(*ak**) Vid. ſupr. *Cap. I.* §. 3. not. *q*.
(*al*) *Append. N.* 84.
(*am*) Ita figurate ſcripſit JUNIUS, i. e. *tanquam fur*, quomodo haec verba recte quoque interpretatus eſt SCRIVERIUS *Laure-crans Cap. I. p.* 22.

„ ex ea, intra vertentis anni ſpatium, ad annum a nato Chriſto „ 1442. iis ipſis typis, quibus Harlemi Laurentius fuerat uſus, „ prodiſſe in lucem certum eſt ALEXANDRI GALLI *Doctrinale*, „ quae Grammatica celeberrimo tunc in uſu erat, cum PETRI „ HISPANI *Tractatibus*, prima foetura ".

## §. IX.

Totam hancce relationem quum confictam pronunciaverint, variisque ratiociniis ſuſpectam reddere conati fuerint Moguntinae cauſae patroni, maxime intereſt, ut eam vindicemus, corroboremus, atque exponamus clariſſimae luci. Hoc vero ut juſto fiat ordine, examinanda nobis erunt, tum furtum in genere conſideratum, tum variae illius circumſtantiae, tempus, auctor, et ſequelae.

Commiſſi igitur plagii, quod aperte negarunt SERARIUS, NAUDAEUS, MALLINKROTIUS, quique cum his faciunt, exigitur a nobis probatio. At documentis publicis adſtrui hoc factum per rerum naturam haud poteſt. Neque enim probabile eſt, contra furem, eumque profugum, actionem a Praetore Harlemenſi fuiſſe inſtitutam; et, quod proxime ad rem facit, acta judicialia illius vetuſtatis inter archiva urbis deſiderantur, ſive quod tempore captae ab Hiſpanis poſt longiſſimam obſidionem a. 1572. et 1573. urbis, ſive ſubſecuti a. 1576. incendii, ſive alio quocunque caſu perierint. At praeſto nobis ſunt teſtimonia et optima et antiquiſſima. CORNELIUS quippe, JUNIO in ſequentibus auctore, rem prodidit memoriae. Cornelius, inquam, qui in officina Laurentiana pariter ſubminiſtrum egerat, perfidumque ſuum commilitonem, cum quo communi in cubili plurimas noctes transegerat, noverat optime. Illius vero auctoritas quanto habenda ſit in pretio, ſuperiori oſtenſum eſt capite. Sed et alii quoque viri ſenio venerabiles ac probatae fidei id ipſum retulere, per quos rem intellexerant ZURENUS, COORNHERTIUS, et GUIC-

CIARDINUS (*an*), qui uti ante Hadr. Junium ſcripſere omnes, ita ex uno eodemque fonte Corneliano ſua hauſiſſe non videntur. En igitur teſtes quatuor, hosque omnino ſibi concordes. At externae quoque nos juvant auctoritates. ZELLIUS etenim principia artis apud Moguntinos a *Donatis* atque ex *Donatis* Hollandiae derivata tradidit (*ao*). Atqui ſola inſpectio libri, inaequalibus literis (utpote ſculptis) excuſi, et codici mſ. ſimillimi, artis occultae myſterium nunquam detexiſſet ei, qui proprio illam ingenio excogitare vel perficere haud poterat (*ap*). Fallor itaque, aut major ineſt huic dictioni vis, eaque ipſam typorum, qui inſervierant *Donato*, moxque Moguntinis profuere, contrectationem innuit; praecipue, ſi junxeris, quae de impreſſis apud Germanos charactere Harlemenſi opuſculis teſtatus eſt Junius.

Adjicere hisce tandem teſtimoniis licebit rumores, qui in ipſa Germania ſeculo XVI. adhuc vergente ſupererant, de translata Moguntiam e loco natali furtivum in modum typographia, quosque, etſi male Argentorato appliciti fuerint, neutiquam peccare in re ipſa, at unice in loci indicio, probabimus, ubi de furti auctore agemus.

## §. X.

In circumſtantiis furti, quas JUNIUS retulit, multa deprehendere ſibi viſi ſunt adverſarii ab omni veroſimilitudine aliena. Abſur-

(*an*) Vid. *Append. N.* 81. 82. *et* 84. GUICCIARDINUS etiam *l. c.* praeter rumores publicos ad monumenta provocat, id ipſum confirmantia.

(*ao*) Dict. *Append. N.* 5.

(*ap*) Cl. FOURNIERIUS *Diſſ. I. p.* 17. exiſtimavit, nudam inſpectionem libri, apud Sinenſes tabellis impreſſi, nunquam Europaeis eam artem prodituram fuiſſe. At quanto fortius hoc argumentum ſtringat circa impreſſionem verſatilem, nemo non videt. Adde difficultatem atramentum impreſſorium praeparandi, prelumque conficiendi, quae omnia Moguntinos, poſt ſimilia Batavorum inventa, proprio marte reperire potuiſſe vix credibile eſt.

ſurdum ſcil. judicant, ſurem committere hoc plagium potuiſſe ipſa Chriſti natalium nocte, qua univerſa civitas inſomnis erat, ſacrasque agebat vigilias, eademque omnia typographiae inſtrumenta, plusquam plauſtri vecturam, ex aedibus Laurentianis, nemine ei moleſtiam faciente, abſtuliſſe; inde cum magna hac utenſilium ſarcina, dum recluſae nocte eſſent portae, ex urbe auſugiſſe, ſicque per maximas civitates absque ullis diverticulis facto itinere Moguntiam adveniſſe, typographiamque exercuiſſe, nemine coram ullo judice querimoniam movente. At ſic multa Junio gratis tribuuntur, ex parte ridicula, a mente profecto illius aliena. Is certe auctor figurate rurſus, ſcribendi more ſibi familiari, locutus eſt, dum atrocitatem criminis expreſſurus omne choragium typorum et inſtrumentorum herilium ſupellectilem a Joanne contrectata ait. Tanto quippe apparatu famulo huic non opus erat, ut ſcopo ſuo inſerviret. Impreſſoriae enim rei pergnarus preli ceterorumque majoris molis utenſilium fabricam perito in patria artifici indicare poterat, et praeter quendam ligneorum typorum numerum, ad quorum normam plures deinde ſculpendi eſſent, forte nihil quidquam indigebat (*aq*). Eos ergo levi incluſos ciſtulae ex aedibus defuncti, quas habitabat, Laurentii, ſive nocte ſive ſummo mane, commode exportare potuit, inque latibulo quodam tantiſper commorari, donec portae urbis reſeratae liberum ipſi exitum praeberent. Ad id vero facinus nullum, ut et mihi videtur, captare potuit tempus accommodatius, quam Chriſti natalium noctem, quum hoc ipſo et inſequenti die ſacro ceſſantibus operis timendum non eſſet, ne quis ſurreptum aliquid ex officina ſtatim deprehenderet. Probabiliter vero Joannes, dum Cornelius ceterique domus miniſtri ſacras agerent vigilias, ſolus per aliquot horas illic commoratus fuit, opportunamque adeo ad colligendas ſarcinulas nactus eſt occaſionem. Forte ipſa annuente de-

(*aq*) Bene hoc iam obſervavit SEIZIUS *Cap. IV. p.* 94.

defuncti familia Amſtelodamum vel Moguntiam iter fecit, animum mox revertendi falſo ſimulans, aut alias circumſtantias ſibi reddidit favorabiles, quales fingi poſſunt bene multae. Quidquid eſt, occultum tamdiu manere crimen facili negotio potuit, donec laverna territorium Hollandiae praetergreſſus foret. Neque enim e re huius erat, diu in ea commorari, iterque in patriam, quae ipſa fuiſſe videtur Moguntia, protelare, ne alicubi fraude detecta moleſtias experiretur. Itaque prudentiſſime per Amſtelodamum et Coloniam, quae recta via eſt, ſeſe tranſtulit Moguntiam, ubi novum profitens arcanum, quod in extrema neceſſitate detegere poterat, indeque de patrocinio ſecurus, tranquille lares figere potuit. Neque erat, cur tribunal Harlemenſe amplius metueret. Illud etenim (ſi querimoniam contra ipſum motam fuiſſe fingas) vix aliam poenam aufugo infligere potuit, quam relegationis, parum hercle illi nocituram, qui huic urbi hilari animo inque perpetuum valedixerat.

## §. XI.

Hiſtoria itaque furti aſſerta, inque circumſtantiis ab objectionibus liberata, perpetrati criminis definiendum eſt tempus. Diem quidem, aut ſi malis noctem, JUNIUS indicavit, a qua nempe feſtum nativitatis Chriſti Salvatoris coepit, quod in d. 25. Decemb. incidit; annum vero ipſum directe non expreſſit, niſi quod poſtea lavernionem Moguntiam delatum aperuiſſe ibi officinam, atque ex ea intra vertentis anni ſpatium ſcil. a. 1442. duos libellos typis furtivis emiſiſſe tradat. Unde calculum hac ratione ineo. Joannes iter ſuum octiduo ante anni exitum aggreſſus media hyeme, viis proinde per totum hunc Germaniae tractum difficillimis, vix eſt, ut Moguntiam ante ipſas Kalendas Januarias anni proximi advenire potuerit, ubi aliquot profecto menſes inſtruendae officinae impendendi fuere. Si ergo libris, ex ea intra vertentis anni ſpatium editis, aera a. 1442. conveniat, ſequitur, officinam in-

inſtrui jam coepiſſe anno praecedenti: unde furtum extremo, non anni 1441. ut MALLINKROTIUS voluit (*ar*), ſed 1440. contigiſſe oportet, qua ratione SEIZIUM aliosque ex noſtratibus accepiſſe etiam verba Junii comperio.

Illud vero animadverſione cumprimis dignum eſt, tempus hoc translatae ad Moguntinos artis mirifice convenire cum iis, quae exteri ſcriptores, iique antiquiſſimi, de initiis typographiae Moguntinenſis tradiderunt; ea etenim plerique rotundo numero utentes a. 1440. ZELLIUS vero ac NAUCLERUS diſtinctius circa hunc annum coepiſſe ſcribunt (*as*).

## §. XII.

Majoris operae erit circa verum furti auctorem disquiſitio. De praenomine Joannis (*at*) ex teſtimoniis, quorum fide JUNIUS niſus eſt, conſtat. Exterum porro fuiſſe ZURENUS prodidit memoriae. Neque mea opinione erraſſet, ſi dixiſſet Moguntinum. Cur etenim, ſi alii loco debuiſſet originem, Moguntiam ſibi elegiſſet fortunarum ſedem, a parentibus, amicis, ac fautoribus, quibus ad novum opus aggrediendum maxime indigebat, remotus? At cuius gentis fuerit, ſcire porro intereſt. Et Junius quidem, etſi dubius aliquantulum haeſerit, ad Joannem Fauſtum tamen haec applicanda ſuſpicatus eſt; aſt injuria. Fauſtum etenim, locupletiſſimum virum, quique primos impreſſores Moguntinos opibus adjuvit, nec unquam, etſi officinae poſtea praefectus, ma-

(*ar*) *Diſſ. de art. typogr. invent. Cap. VI. p. 55.*

(*as*) Vid. infr. *Cap. VII.* §. 12.

(*at*) Mirum profecto eſt, omnes fere principes impreſſores Joannis nomine fuiſſe inſignitos, quemadmodum duo Gensfleiſchii, Fauſtus, Meidenbachius, Petersheimius. Eam certe ob cauſam Lipſienſes typographi jubilaeum in illorum memoriam celebrare ſolent in feſto S. Joannis Baptiſtae, notante JO. STOHRIO in *Diſſert.* inſerta JO. CHRIST. WOLFII *Monum. typogr. Tom. II. p. 475. in not.*

M

manibus, quantum novimus, typographiam tractavit, in Laurentii officina operarium egiſſe ab omni veroſimilitudine alienum eſt. Neque melior SCRIVERII conjectura eſt (*au*), dum Jo. Gutenbergium auctorem furti habuit, utpote quem ab a. 1436. Argentorati, ubi ad a. 1444. habitavit, impreſſioni jam dediſſe operam ex documentis ab ill. SCHÖPFLINO productis conſtat (*ax*). Fuit ergo, quum crederem, perpetrari hoc facinus potuiſſe vel a Joanne Meidenbachio, quem Gutenbergii Moguntiam reducis in arte typographica adjutorem fuiſſe legimus (*ay*), vel a Joanne Petersheimio, qui famulus per aliquod tempus Fauſti Schoefferique Francofurti a. 1459. officinam erexit (*az*), vel denique ab alio nonnemine, qui ipſe operi promovendo ob inopiam impar, et pecunia allectus artem Jo. Gensfleiſchio Moguntiae revelavit. At certiora tandem edoctus ſum, ex quo Joannem Gensfleiſchium ſeniorem a juniore, dicto Gutenbergio, diſtinguendum videns, fontes, per quos uterque ad typographicae artis cognitionem pervenit, detexi (*ba*).

## §. XIII.

Conſideratis itaque omnibus circumſtantiis extra dubium mihi viſum eſt, infidum hunc famulum fuiſſe ipſum Joannem Gensfleiſch ſeniorem, ortu Moguntinum, quem etiam in chartis a cl. KÖHLERO editis inde ab a. 1441. ſed non antea (utpote abſentem) Moguntiae offendimus (*bb*). Hic enim, nobilis licet ge-

(*au*) *Laure-crans Cap. X. in fin.*
(*ax*) Vid. infr. *Cap. VIII.* §. 6.
(*ay*) Vid. teſtimonia SEB. MUNSTERI et CHRONOGRAPHI Moguntinenſis, *Append. N.* 76. *et* 93.
(*az*) Vid. relatio FAUSTI ASCHAFFENBURGII, ap. KÖHLER *p.* 91. *ſeq.*
(*ba*) Vid. infr. *Cap. VII.* §. 8. *ſeq.*
(*bb*) Ibid. §. 8.

genere (*bc*), attamen pauper, fratris ad exemplum victum extra patriam quaeſiviſſe videtur, et forte eo ſolum animo Laurentii miniſterio ſeſe ſubjecit, ut artem ab hoc edoctus profiteri deinde natali in urbe poſſet. At ne ſolis conjecturis litare videamur, praeſto nobis argumenta ſunt ſequentia.

1. JUNIUS expreſſe ſcripſit, ipſaque etiam ratio ſuadet, illum, qui typographiae ſpolia Moguntiam attulit, non eo hoc feciſſe conſilio, ut artem, quae Laurentio jam fuerat lucroſiſſima, vel omnino oblivioni mandaret, vel alterum doceret, huiusque, ut antea apud Harlemenſes, miniſterio ſeſe traderet; verum ut ipſe ſuorum furtorum aperta officina fructum uberem meteret. Id vero in neminem quadrat, praeter Joannem Gensfleiſchium ſeniorem, qui ſtatim ſub initium epochae Moguntinae hanc artem exercuit, ut ſuo loco oſtendemus (*bd*).

2. ANONYMUS ſcriptor Britannus, ab ATKINSIO excerptus, conſtare ſcribit, Moguntiam primordia debere operarii cuiusdam Harlemenſis fratri, qui artem ab hoc edoctus illic erexit officinam (*be*). Per hosce fratres vero, perſcrutatis omnibus veterum auctoritatibus, patuit mihi non niſi utrumque Gensfleiſchium intelligi poſſe. At famuli partes in officina Laurentiana quum non egerit Gensfleiſchius junior, dictus Gutenbergius, ut jam vidimus, ſors illa obtigit proinde ſeniori, a quo junior arcana quaedam edoctus primum Argentinae in artem incubuit, indeque Moguntiae, quo interea frater natu major ſeſe contulerat, officinam erexit.

3. Quod fortius eſt, Chronographi duo Argentinenſes ſeculi XVI. vergentis, alter DAN. SPECKLINUS, alter ANONYMUS, Jo. Gens-

(*bc*) Nobiles primo typographiae ſeculo artem hanc exercuiſſe obſervavimus *Cap. II.* §. 5.

(*bd*) Infr. *Cap. VII.* §. 11.

(*be*) Vid. *Append. N.* 92.

Gensfleiſchium, (ſeniorem ſcil. utpote quem a Gutenbergio distinguunt) in officina primi typographiae inventoris famuli partibus functum, artem in patriam ſuam Moguntiam furtivum in modum attuliſſe ſcribunt diſerte (*bf*). Peccant vero unice in applicatione (*bg*). Argentinam enim locum typographiae natalem, Mentelium inventorem ſtatuentes, in huius officina commiſſum plagium exponunt, quod repugnat veritati. Gensfleiſchius ſenior Argentinae nunquam habitavit, verum, docentibus chartis, Moguntiae ab ipſo a. 1441. ineunte commoratus eſt, biennioque poſt aedes typographiae exercendae deſtinatas illic conduxit (*bh*). Itaque famulus eſſe haud potuit in officina Mentelii, cui a. 1440. primam inventionem laudati auctores tribuunt, vetuſtiores autem ante a. 1444. vel 1447. adſcribunt nihil (*bi*). Neque melius haec narratio quadraſſet in officinam Gutenbergii, qui ante Mentelium typographiae in Alſatia operam dedit, quum inter teſtes ab ipſo a. 1439. in lite productos non Gensfleiſchius ſenior, at ſolus Laurentius Beildeck ut famulus Gutenbergii occurrat (*bi**). Narratio igitur de furto Gensfleiſchii variis per orbem ſparſa rumoribus, horumque Chronographorum aetate adhuc ſubſiſtens, ab iis ut cauſae inſervirent ſuae, male Argentinae fuit adaptata, at veritati aperit ultro viam. Nullus quippe ſcriptorum typographices ſpolia Moguntiam allata aliunde quam ex Alſatia aut Hollandia derivavit. Commiſſum itaque a primi inventoris famulo Gensfleiſchio furtum quum Argentinae, ut oſtendimus, locum non habuerit, contingere nuſquam niſi Harlemi potuit. Et ſic Argen-

(*bf*) Vid. *Append. N.* 85. *et* 86.

(*bg*) Ita etiam Fauſti divitias male applicuerunt ad Gutenbergium, quem pauperem fuiſſe omnes evincunt circumſtantiae, ipſeque ill. SCHÖPFLINUS agnovit in *Vindic. Cap. IX.* §. 4. Ita Petr. Schoefferum generum Mentelii vocavit SPECKLINUS, quem Fauſti fuiſſe generum conſtat.

(*bh*) Vid. infr. *Cap. VII.* §. 8.

(*bi*) Vid. *Cap. VIII.* §. 13. *ſeq.*

(*bi**) Vid. *Append. N.* 1.

gentinenſia ſcrinia, ad legitimum examen revocata, Batavae cauſae favent, non favent Alſaticae.

## §. XIV.

Conſiderandae ultimo loco reſtant perpetrati furti ſequelae. Eo circa verbis JUNII jam retulimus, plagiarium, poſtquam Moguntiacum adveniſſet, officinam illico erexiſſe typographicam, atque a. 1442. typis ipſiſſimis, quibus Laurentius fuerat uſus, duo excudiſſe opuſcula. Gensfleiſchius ſenior certe ſtatim ab adventu ſuo omnes alias curas ſeponendas exiſtimavit, ut totis ſcil. viribus incumbere in artem impreſſoriam poſſet: e charta quippe Moguntinenſi, data feria quarta poſt feſtum epiphaniae Domini (i. e. die 10. Januarii) 1441. patet, eum cognato ſuo Rudigero a Landeck, cuius bona ex utriusque parentis hereditate ad eum devoluta adminiſtranda ſuſceperat, abſens vero alii procul dubio demandaverat, horum extraditione plene jam tum ſatisfeciſſe (*bk*). In primis porro typographiae exercitiis nihil magis Gensfleiſchii intererat, quam inſtrumenta Harlemo advecta in uſus ſuos convertere, typos maxime Laurentianos. Pulchre hoc confirmat ZELLIUS, qui ex *Donatis* (i. e. typis Donati, ut ſupra interpretatus ſum) principium artis apud Moguntinos depromtum tradidit (*bl*), quod profecto quum non conveniat *Bibliis*, anno demum 1450. et novo quidem typi genere metallico primum omnium excuſis, Batavos characteres alii cuidam operi initio epochae Moguntinae, quam ab anno fere 1440. repetiit Zellius, inſerviiſſe conſequens eſt, unde et annus Junii 1442. pondus accipit. Huic vero propoſito Gensfleiſchius, quum locuples non eſſet,

(*bk*) Hanc chartam producemus *Cap. VII.* §. 8. in not. et quo gradu Gensfleiſchius huic Rudigero a Landeck junctus fuerit, disquiremus *ibid.* §. 9. not. *bn.*

(*bl*) Vid. *Append. N.* 5.

eſſet, optime convenire judicavit libros exiguae molis, atque ob frequentem in ſcholis uſum avide expetitos, qui uti ſumtus exigebant modicos, ita haud parum lucri promittere ipſi videbantur. Eos ergo, ut vidimus, Junius nominavit diſtincte, ALEXANDRI GALLI *Doctrinale* et PETRI HISPANI *tractatus* (*bm*), et tanta quidem cum fiducia, ut ad rei certitudinem provocaverit; unde auctorem totius rei pergnarum fuiſſe (traduce ut puto Cornelio) apparet. Novi ab exteris et hocce in dubium vocari, ſed perquam debili argumento, quod produci hucusque editiones illae non potuerint. Nam certiſſime lucem eae viderunt absque die et conſule, uti praecedentia officinae Harlemenſis, et ſubſequentia Moguntinae usque ad a. 1457. opera; eaque de cauſa, ſi forte in ſupellectile literati cuiusdam hominis adſerventur, aetatem locumque natalem prodere per rerum naturam haud potuerunt, niſi cui typus Laurentii bene cognitus eſſet, ut fuit a longo retro tempore pauciſſimis, olim nemini melius, quam Cornelio. Imo fieri poteſt, ut detrita atque dilacerata ſint exempla omnia, a ſcholarum alumnis unice manibus tractata, ſicut evenit utrique *Donato* Harlemenſi, vel ut reſidua a Moguntinis forte ipſis ſucceſſu temporis ſuppreſſa ſint, (quod emendata arte hos puduerit abortivi fetus, ligneis iisque furtivis literis excuſi) aut ſi quae etiamnum ſuperſunt, lateant in obſcuro, prout complures libri naſcentis typographiae aetate impreſſi; quales uti ipſe detexi varios, neminique adhuc memoratos (*bn*), ita alios (cognito jam

(*bm*) Ea opuſcula ſe juvene in ſcholis uſu adhuc recepta fuiſſe ſcribit DESID. ERASMUS in *epiſt. ad Henr. Bouillum* data 31. Aug. 1513. *Opp. Tom. III. p.* 130. De hac ALEXANDRI DE VILLA DEI Grammatica, metrice conſcripta, conf. JO. LEICHIUS in *ſupplem. Maittairii*, poſt *Orig. typogr. Lipſ. p.* 119. *ſeq.* De PETRO HISPANO, qui ſeculo XIII. vergente floruit, vid. NICOL. ANTONII *Bibliotb. Hiſpan. vet. Lib. VIII. cap.* 5. *p.* 52. *ſeq.* deque ejus *parvis Logicalibus*, *ſive Theſauro Sophismatum*, quae JUNIUS hic deſignare voluit, legi meretur THOM. MORI *Apologia pro Moria Erasmi*, *Tom. III. Opp.* ERASMI *p.* 1897. *in fin. et ſeq.*

(*bn*) Ne extra oleas vagemur, indicaſſe hic ſuffecerit duas editiones hujus ALEX. DE

jam e ſpeciminibus noſtris figuratis Laurentiano typi genere) in eruendis hisce typographiae Moguntinenſis primitiis me fore opto feliciores. Neque tandem video, quid opponi relationi Junianae poſſit, niſi forſan PETRI SCHOEFFERI de iis opuſculis ſilentium in narratione Trithemio facta (*bo*). Verum is totam hiſtoriam artis impreſſoriae ligneis typis mobilibus praetermiſit, ideoque nec reperta Harlemenſia nec impreſſiones Moguntinas huiusmodi charactе-

---

DE VILLA DEI *Grammaticae*, MAITTAIRIO ceterisque incognitas. Una, eaque bibliothecae noſtrae, temporis, loci, ac typographi indiciis carens, ſtatimque exordiens ab ipſo opere: *Scribere clericulis paro doctrinale novellis* etc., prodiit forma quarta, charactere Romano eoque ſculpto, ut ex inaequalitate manifeſtum eſt, ac 28. lineas in quavis pagina continet. Accenſenda vero eſt, ut omnes notae indicant, antiquiſſimis editionibus in Italia impreſſis, circa vel ante a. 1470.

Altera, quam Londini oſtendit mihi v. cl. JACOBUS BRYANTIUS, impreſſa eſt forma folii, charactere pariter Romano, eoque ſculpto, at ſatis eleganti; 30. lineas in unaquaque pagina exhibet, et inſtructa ad calcem eſt ſequenti inſcriptione perquam memorabili:

*Alexandri de villa Dei Doctrinale (Deo laudes) feliciter explicit. Impreſſum ſat incommode. Cum aliquarum rerum, quae ad hanc artem pertinent, impreſſori copia fieri non potuerit in huius artis inicio: peſte Genuae, Aſt, alibique militante. Emendavit autem hoc ipſum opus Venturinus Prior, Grammaticus eximius, ita diligenter, ut cum antea Doctrinale parum emendatum in pleriſque locis librariorum vitio eſſe videretur, nunc illius cura et diligentia adhibita in manus hominum quam emendatiſſimum veniat. Imprimentur autem poſthac libri alterius generis litteris, et eleganter arbitror. Nam et fabri et aliarum rerum, quarum hactenus promptor indigus fuit, illi nunc Dei munere copia eſt, qui cuncta diſponit pro ſuae voluntatis arbitrio.* AMEN.

Quum autem VENTURINUS Florentiae commoratus fuerit, ibidemque a. 1482. ediderit *Grammatices Latinae rudimenta*, probabile eſt, hoc *Doctrinale* ibi quoque loci excuſum, et quidem per eosdem artifices, qui mox VIRGILII opera cum SERVII *Commentario* illic impreſſerunt a. 1472. nempe Bern. et Domin. Cenninos. Si enim ſubſcriptio Virgilio ſubjecta, et apud MAITTAIRIUM *Tom. I. p.* 320. reperiunda, comparetur cum ea, quam modo appoſui, patebit, ad principis Poëtarum editionem praeſto iam fuiſſe aurificem, ſcil. fabrum, qui characteres funderet, imo et adhibitas literas fuſas, quarum ſpes in epigraphe *Doctrinalis* facta erat. Ita vero Grammatica haec, a Cenninis impreſſa, primus ſtatuendus eſt liber Florentiae editus; quod ignoraſſe videtur DOM. MANNI in Diſſertatione de primis impreſſionibus Florentinis, Italico ſermone nuper edita.

(*bo*) *Append. N.* 4.

racteribus factas memorare voluit, ſive ut gloriae Moguntinenſium velificaretur, ſive quod prima illa inventa tantopere cedere poſterioribus exiſtimaret, ut de iis loqui videretur inutile. Ita partem veritatis reticens ab impreſſione tabellari apud Moguntinos origines typographiae repetiit Schoefferus; poſtacta quidem charactere metallico, tum ſculpto tum fuſo, debito recenſens ordine, omnia vero anteacta ipſosque ligneos typos mobiles involvens ſilentio.

CAPUT V.

# C A P U T . V.

## *Opera Laurentianae officinae typographica.*

### §. I.

Si Laurentio eiusve heredibus placuiſſet libris a ſe editis nominis vel anni apponere indicium, Batavis aut diſputata nunquam, aut agnita tandem fuiſſet typographiae inventio. At lucro magis inhiantes quam gloriae primi impreſſores, ut exempla ſua pro manuſcriptis caro divendere poſſent, non artis modo rationem, ſed artem quoque ipſam celaverunt (*a*). Hinc potiſſimum evenit, ut ſeculo xv. permulta opera absque ullis impreſſionis notis prodierint (*b*), quae idcirco, cuinam artifici accepta ferenda ſint, poſteritati reliquere conjectu difficillimum (*c*).

Inſigni vero nobis ad tuendam Harlemenſem cauſam adminiculo eſt a nemine obſervata hactenus duplicis in Belgio epochae typographicae diſtinctio. Prior impreſſionis originariae eſt, Harlemi circa a. 1430. charactere ligneo a Laurentio repertae, eoque mortuo ab ipſius familia continuatae (*d*). Altera impreſſionis exoticae, elegantioris nempe, typo metallico, et fuſo cumprimis, exercitae, quam Theodoricus Martini fil., Aloſtanus, primus omnium circa a. 1472. ex Germania Galliaque in Belgium (teſte ipſius epitaphio) intulit, et rariſſimo deinde exemplo per annos plusquam ſexaginta absque interruptione continuavit (*e*). In libris igi-

(*a*) Vid. ſupr. *Cap. I.* §. 3. not. *q*.

(*b*) Tales libri bene multi occurrunt apud MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 749. *ſeq. edit. ſecundae*, et longe plures ex variis bonae notae catalogis adjici poſſent.

(*c*) MAITTAIRE *dict. Tom. I. p.* 20.

(*d*) Vid. ſupr. *Cap. IV.* junct. infr. *Cap. VI.*

(*e*) Huic Theodorico Martens, id eſt Martini filio, impreſſori primum Aloſti, indeque Lovanii, (cuius frequens in epiſtolis DESID. ERASMI mentio) poſtquam octogenario major a. 1534. ad plures abiiſſet, memorabile hoc poſitum fuit in Eccleſia



Mo-

igitur temporis, loci, et artificis nota deſtitutis quando bina haec requiſita concurrunt, primum, ut vel lingua qua exiere vernacula, vel alia manifeſta indicia probent, illos Belgii regionem agnoſcere genitricem, alterum, ut eos libris epochae Martinianae praeceſſiſſe inſtituta comparatio teſtetur, tum pronunciare oportebit, eos ex typographeio, quod in Belgio originarium fuit, lucem adſpexiſſe. Quinam vero ex iis ipſi Laurentio, quinam huius heredibus debeantur, difficilioris aliquantulum indaginis, verum ex ruditate vel progreſſu artis, aliisve argumentis inferendum eſt.

## §. II.

In hanc claſſem itaque referre licet (*f*), quod primo me occupatum loco habebit, *Speculum humanae ſalvationis.* A mul-

---

Monaſterii Guillelmitarum Aloſti epitaphium: *Hier liet begraven Dierk Martens, die de letterkunſt uit Duitſchland en Vranckrick in deze Nederlanden heeft* (ſupple gebracht) *Hy ſterft An.* XV^C^XXXIIII. *den* XXVIII. *dach van Maie.* id eſt: *Hic ſitus eſt Theodoricus Martini, qui artem characterizandi e ſuperiori Germania, Galliaque, in inferiorem hanc Germaniam tranſtulit. Deceſſit a.* 1534. *d.* 28. *Maji.* Ubi certum eſt, per *artem characterizandi* ſive *impreſſoriam* intelligendam eſſe metallicis typis imprimendi rationem ſive chalcographiam, quippe quae Theodorico juvene in Germania Galliaque paſſim recepta erat, et per excellentiam ſic nuncupabatur, ut *Cap. VII.* §. 3. *ſeqq.* docebo ex profeſſo; ut adeo miſerrime hallucinatus fuerit PROSP. MARCHANTIUS, dum in Lexico ſuo Critico *Tom. II. p.* 29. art. *Martens* hanc inſcriptionem producens Laurentii cauſam illius ope enervari poſſe credidit. Ceterum primi libri hactenus cogniti, a Theodorico excuſi, prodiere Aloſti a. 1473. vid. idem MARCHAND *Hiſt. de l'imprim. p.* 63. Socios autem videtur habuiſſe plures, qui cum eo in Belgium advenere, ut certe de Jo. de Weſtphalia conſtat, vid. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 334. *edit.* 2. Quum ergo jam a. 1472. Antverpiae impreſſor occurrat Matthaeus van der Goes, qui hoc ipſo anno Belgice excudit *het boeck van Tondalus viſioen* in 4. quem beneficio literatiſſimi viri, JO. BAPT. VERDUSSEN, Scabini Antverpienſis, inſpexi, conſequens eſt, jam tum temporis Theodoricum e Germania Galliaque in patriam fuiſſe reducem.

(*f*) De Horario Laurentiano praeterea jam locuti ſumus *Cap. IV.* §. 4. De aliis operibus, quae Laurentii heredibus debentur, agemus *Cap. VI.* §. 7.

multis illud memoratum, et paucis tamen ſatis cognitum, bene obſervavit FOURNIERIUS (*g*). Primus id, tanquam Belgica lingua typis vulgatum, indicavit, ac teſtimonio, ut videtur, Cornelii bibliopegi niſus Laurentio prototypographo adſcripſit HADR. JUNIUS (*h*). At duas illius editiones diverſas noſtra demum aetate JO. CHR. SEIZIUS diſtincte recenſuit (*i*). Latino vero ſermone id vidiſſe ſeſe, PETR. SCRIVERII beneficio, et quidem tabellis impreſſum, jactaverat PETR. BERTIUS (*k*); quem tamen erraſſe hac in parte, et *Figuras veteris novique teſtamenti*, opus plane diverſum, apud ſe inſpexiſſe ipſe deinde teſtatus SCRIVERIUS eſt (*l*): imo nec alium librum adhuc innotuiſſe arbitror vel BOXHORNIO vel SAUBERTO (*m*), qui (non dixerim qua de cauſa) *Speculi* etiam nomen illi indidere. Poſtquam autem genuinum Speculum Latinum primus notum reddidiſſet JOH. DE LA CAILLE, non leviter porro inter eos, qui aut variantes editiones, aut eiusdem editionis paginas diverſas inſpexerant, andabatarum more diſputatum fuit, utrum mobilibus illud an vero fixis literis excuſum eſſet (*n*), donec exempla duplicis generis ſeſe Lu-

(*g*) *Diſſ. II. p.* 162.

(*h*) *Append. noſtr. N.* 2.

(*i*) *Derde Jubeljaer der drukkonſt p.* 55.

(*k*) *Lib. III. Commentar. rer. German. p.* 613.

(*l*) *Laure-crans p.* 102.

(*m*) Vid. ille in *Diſſ. de typogr. art. invent. p.* 42. hic in *Catal. bibliotb. Norimb. p.* 116.

(*n*) CAILLIUS enim ipſe in *Hiſt. de l'imprimer. p.* 8. poſtquam duo exemplaria memoraſſet, unum bibliothecae Coeleſtinorum, alterum Sorbonicae, ea ſolutilibus typis impreſſa dixit. ANDR. CHEVILLERIUS exemplum nactus e muſeo D. Ballesdens, quod nunc eſt bibliothecae regiae Pariſienſis, ipſe ſibi non conſtitit; nam *p.* 20. et 23. *de ſa Diſſert. ſur l'orig. de l'imprimer.* credidit, impreſſum id ligneis tabulis, at poſtquam illud cum libro Coeleſtinorum contuliſſet, peritisque monſtraſſet artificibus, *p.* 281. mobilibus typis (nollem addidiſſet, fuſis) excuſum agnovit. Imo, quod mirandum, rev. Abbas PLUCHE *dans le Spectacle de la nature Tom. VII. p.* 203. *ſeq.* exemplum Coeleſtinorum, ex quo ſpecimen figuratum produxit, tabellis ligneis im-

Lutetiae Pariſiorum FOURNIERIO (*o*) obtulerunt, quorum unum verſatili tantum, alterum partim mobili partim fixo typi genere deſcriptum erat. Ex hisce omnibus igitur in confeſſo jam eſt, duas exſtare Speculi Belgici, totidemque Latini editiones, temporis, loci, et typographi indicio deſtitutas; quibus accenſeri tandem poteſt ultima, eaque Belgica, characteribus Jo. Veldenarii a. 1483. Culenburgi impreſſa.

## §. III.

Ut igitur exactior, quam ab aliis factum, huius repetiti totiens Speculi deſcriptio a nobis detur, poſt praemiſſa quaedam de ipſo libro eiusque auctore, primum, quid memoratis quatuor editionibus commune, indeque, quid ſingulis proprium ſit, notatu utile erit.

Liber ipſe ſacri argumenti eſt, praeter praefationem XXIX. capitibus conſtans, et praecipuas veteris novique foederis hiſtorias, mutuo inter ſeſe et cum ethnicis comparatas, non oratione modo ſed iconibus quoque exprimens; quod eo factum conſilio, ut laicis clericisque prodeſſet, ex ipſo prooëmio verſionis Belgicae diſcimus (*p*), unde nonnunquam *Speculum figuratum* dictum eſt (*q*). Scriptum fuit Latino ſermone, et rhythmico quidem, ſe-

impreſſum ſcripſit. MAITTAIRIUS in *Annal. typogr. Tom. I. p.* 18. *edit.* 1. exemplar Pembrokiae Comitis deſcribens, verſatili typo hoc prodiiſſe ſtatuit, in quo tamen, alteroque Meadiano, rectiſſime SAM. PALMER *Hiſt. of print. p.* 52. *et* 55. *in fin.* in nonnullis foliis literas fixas, in pluribus mobiles obſervavit.

(*o*) Vid *Diſſ. II. p.* 160. *ſeq.* Et huic tamen ex inſpectione exemplarium mixtae impreſſionis nata errandi occaſio, uti §. II. oſtendam.

(*p*) Verba huc facientia ita ſonant: *Deſe verſtandeniſſe mogen die geleerde weten, ende nemen wten ſcriften ende die leken ſellen werden geleert wt die boeken der leken, dat is, in der malinge ende picturen. Waerom ic ter glorien Gods ende tot leringhe der engeleerder aengedacht heb mitter hulp Gods dit boec den leken te vergaderen, op datter den Clercken en de leken leringe geven mach.*

(*q*) Vid. BERN. DE MONTFAUCON in *Bibliotheca bibliothecarum Mſſ. p.* 1365.

ſeculo forte XIII. vel XIV. a quodam, ut videtur, JOANNE, ordinis S. Benedicti monacho (*r*), et barbara illa aetate magno fuiſſe oportet in pretio; uti non varii modo, qui etiamnum ſuperſunt, manuſcripti codices (*s*), ſed et translationes in Germanicam (*t*), Belgicam (*u*), Anglicam (*x*), et forte Gallicam (*y*) linguam teſtantur.

Sed ad quatuor illas editiones revertimur, quae in eo conveniunt omnes (*z*), quod forma minoris folii prodierint, unde ſciſſis aliquantulum a ſuprema vel ima parte marginibus (ut in meo contigit exemplo) quartae formae ſatis accedunt. Quinque abſolvuntur ſcapis; quorum prior, introductionem complectens, in

(*r*) Colligere hoc licet ex verſibus, qui in fine editionis cuiusdam vetuſtae Latino-Germanicae, in bibliotheca Rev. Epiſcopi Gurcenſis reperiundae, exſtant:

*Explicit humanae ſalutis ſummula plane*
*A me fratre Johanne, tui pater ordinis, alme*
*Vir Benedicte, puto, quaſi minimo monacho.*

Neſcio igitur, qui acciderit, ut in exemplo, quod bibliotheca Paulina aſſervat, adſcriptum fuerit nomen auctoris HENRICI DE LICHTENSTEIN, ſi fides JO. HENR. LEICHIO in *Supplem. ad lib. ſing. de orig. typogr. Lipſ. p.* 116. niſi tamen hic forſan incaute poſſeſſoris nomen pro auctore habuerit.

(*s*) Vid. MONTFAUCON *d. l.* et *p.* 744. *Catal. Cod. Mſſ. Angliae et Hiberniae p.* 135, 251. *n.* 31. *Catal. bibliothecae Hulſianae, Mſſ. in Fol. n.* 4842.

(*t*) Eius duae, quantum novi, exſtant editiones, altera Latino-Germanica modo indicata, absque anni et loci indicio, altera mere Germanica, excuſa Reutlingae per Michaelem Greiffen ....., memorata ampl. UFFENBACHIO apud SCHELHORNIUM *Tom. IX. Amoenit. literar. p.* 984.

(*u*) Belgica haec interpretatio, quae ſoluta oratione facta eſt, paraphraſis potius eſt Latini textus, quam nuda translatio, prout utriusque collatio me docuit.

(*x*) Codex mſ. Speculi rhythmis more Anglico occurrit in *Catalogo Mſſ. Angliae et Hiberniae p.* 132.

(*y*) In Indice bibliothecae Dom. DE SELLE, impreſſo Pariſ. a. 1761. *n.* 227. occurrit *Procès du miroir de l'humaine ſalvation, ou concordance de l'anchien teſtament ou nouvel, fait et translaté de Latin en Franchois, a Bruges l'an* 1455. *Mſ. ſur velin in fol. avec figures.*

(*z*) In hac Speculorum deſcriptione nihil profero, niſi quod propriis confirmaverim oculis; ſi excepero principem editionem Latinam, cuius exemplum quum videre nunquam mihi licuerit, magno mihi auxilio fuit FOURNIERII deſcriptio, unde intellexi, quid illi cum reliquis commune, quid proprium eſſet.

in Belgicis editionibus conſtat foliis duobus integris, at in Latinis dimidio folii ſuperatur; ſecundus, a quo ipſum opus incipit, duoque proximi (ſinguli ſcil.) ſeptena; quintus demum ultimusque octona folia continet. Belgica ergo exempla 31. foliis integris, id eſt 124. paginis, Latina 31½ foliis, ſive 126. paginis (*aa*) abſolvuntur. Chartae genus nonnihil fuſcum, inelegans, nec debitae firmitudinis, quod in omnibus editionibus quum ſibi admodum ſimile ſit, in eadem quoque regione, Belgio ſcilicet, confectum credi par eſt, licet ab ipſiſſimo ſemper chartario profectum temere affirmare non auſim (*ab*).

## §. IV.

At vero interior libri contemplatio propius ad inſtitutum noſtrum facit. Is ab una parte excuſus cernitur, et ita quidem, ut modo duae paginae impreſſae, modo duae vacuae ſimul ſeſe viſui

(*aa*) SEIZIUS, qui exempla Curiae Harlemenſis vidit, nimis feſtinanter ea ſeſe examinaſſe oſtendit, dum *p.* 54. Speculum Belgicum 54. foliis plicatis, id eſt 108. paginis modo conſtare, et *p.* 59. Latinum octo figuris auctius eſſe ſcripſit, quorum utrumque a vero alienum teſtari poſſum. Latina certe et Belgica exempla, ubi integra ſunt, 58. figuras continent, idque de Latino bene obſervavit ALB. HENR. DE SALLENGRE *Memoires de literature Tom. I. p.* 394. unde mutilum eſſe exemplar Pembrokiae Comitis, ubi 56. duntaxat reperiuntur, bene vidit SAM. PALMER *p.* 55.

(*ab*) In principe editione Belgica chartarii ſignum plerumque bubulum caput, uno loco roſam exprimit. In altera (meo certe exemplo) plerumque unicornu, ſemel bovinum caput, aliaque etiam duo ſigna, quae vix deſcribi poſſunt, in folio autem ſingulari, ac diverſi typi, figura anchorae conſpicitur. In priori editione Latina, FOURNIERIO *p.* 153. teſte, idem apparet caput; at in altera obſervavi plerumque anchoram, quandoque unicornu. Experientia vero edoctus ſum, veterum librorum pluribus inter ſe collatis exemplis diverſa nonnunquam in eodem libri folio prodire inſignia; ſive quod a diverſis chartariis papyrum emerit typographus, ſive quod pluribus ſignis idem quandoque uſus fuerit chartarius. Manca igitur ſunt omnia, quae ex ſignis chartaceis petuntur, argumenta, ut bene quoque cl. GROS DE BOZE *Tom. XIV. des Memoires de l'Acad. royale des inſcriptions p.* 266. DAV. CLEMENS *Bibl. curieuſe Tom. IV. p.* 72. *ſeq.* et FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 81. oſtenderunt.

viſui exponant. Impreſſio autem, quum partim figura, partim ſubjecta illi mobilibus typis deſcriptione conſtet, utrius gratia id factum fuerit, ſcire intereſt? Et recepta quidem apud noſtrates opinio eſt, incognitum fuiſſe primis temporibus imprimendi typis per reiterationem modum, quod etiam CAILLIO, ac MAITTAIRIO (*ac*) placuiſſe video. Verum hoc non gratis modo dici, ſed plane a veritate alienum eſſe evincunt utriusque *Donati* fragmenta, eaque opiſtographa, quum maior Donatus omnibus, minor trinis Speculi editionibus anteceſſerit, ut ſuo loco oſtendam. Imo quod proxime ad rem facit, exemplum primae editionis Belgicae exſtitit SCRIVERIO viſum (*ad*), in quo folium aliquod per errorem utrimque impreſſum erat, nec tamen addita in averſa parte figura. Ex quo autem attentis oculis librum perluſtravi, vera rei cauſa non diu me latuit; figuras quippe in tribus editionibus mihi viſis obſervavi plerisque in locis chartam tanta vi penetraſſe, ut haec in oppoſita parte aut impreſſioni illarum ſuſtinendae omnino fuiſſet impar, aut ſaltem imagines reddidiſſet utrobique confuſas; qua de cauſa etiam deſcriptio, ad icones ſemper reſpiciens, imprimi non niſi ſub illis, adeoque ab una folii parte debuit; imo praefatio, etſi ex ſolis characteribus conſtans, eadem ratione excuſa fuit, ut ubique liber ſibi eſſet ſimilis. At hiatui huic in eorum, quibus ille diſplicebat, gratiam ſuccurrere noverant maiores noſtri, nempe conglutinando vacuas duorum foliorum paginas (*ae*), quo pacto et charta reddita eſt firmior, longoque uſui accommodatior, et proviſum, ne veſtigia impreſſionis tabularum ab altera parte viſum offenderent; ſimili fere ratione, atque Sinenſes et Japo-

(*ac*) Vid. ille *Hiſt. de l'imprim. p.* 8. hic *Tom. I. Annal. typogr. p.* 17. *edit.* 1.

(*ad*) Exemplum illud fuit Joh. a Campen pictoris Harlemenſis, vid. SCRIVER. *p.* 102. *et* 105.

(*ae*) Eiusmodi fuit non ſolum memoratum Campii exemplum, vid. SCRIVER. *p.* 103. *et* 105. ſed etiam, quod HADR. JUNIUS olim inſpexit, vid. *Append. N.* 2. Quae autem FOURNIERIO mihique videre contigit exempla, conglutinata non ſunt.

ponenſes in charta ſerica tenuiſſima ab una parte imprimentes, curam gerunt, ut duae paginae impreſſae ſemper in extremitate cohaereant, ne interior paginae pars veſtigia preli ſiſtens delicatis obſtaret oculis.

## §. V.

Atramenti genus huic libro duplex inſerviit; pallidum, utque videtur aqua dilutum, ad figuras, nigrum vero oleoque tinctum ad orationem; et quemadmodum in poſterioribus Speculi editionibus atramentum figurarum magis ad fuſcum accedit, ita et deſcriptionis nigrius quoque, eadem fere proportione, deprehenditur. Qui ex hac re inferre voluerunt, figuras illas pallido atramento jam ante repertum typographicum impreſſas fuiſſe, et inferiorem paginae partem vacuam relictam, ut adderetur calamo deſcriptio, quae poſt introductam typographiam in exemplis ſuperſtitibus typo fuerit ſubjecta (*af*), hi a vero multum aberrarunt. Nec enim produci ullum hucusque exemplum potuit, ubi deſcriptio vel omnino abeſſet, vel calamo, non typis, addita foret. Imo in quatuor, quae exſtant, editionibus, quadru-

(*af*) Ita SAM. PALMER *Cap. VI. p.* 56. et FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 176. *ſeq.* Hic quidem Gutenbergium orationis ſuſpicatur impreſſorem, quem tamen in Hollandia unquam exercuiſſe artem alibi recte negat. Quum vero ipſe *p.* 253. *ſeq.* fateatur, ad editiones Latinas et Belgicas eundem adhibitum fuiſſe characterem, etſi diverſae aliquantulum magnitudinis, omnes illas Gutenbergio, adeoque Germaniae ſuperiori, tribuendas ex eius mente conſequens erit; cui conjecturae num vel umbra veroſimilitudinis inſit, ex toto hoc *Cap.* lector facile dijudicabit. Nihilo melior LEICHII opinio eſt in *Supplem.* ſupr. cit. *p.* 116. *ſeq.* qui Latinam editionem (unam enim talem modo noverat) paulo ante a. 1450. Moguntiae ex officina Fauſti prodiiſſe exiſtimat, indeque figuras Harlemum advectas ab ipſo forte Gutenbergio, qui illic interpretationem Belgicam excuderit. Certe primam editionem vernaculam Latinis anteriorem, et utrasque tum figuras tum mobiles literas Belgio originem debere, et Gutenbergium Harlemi nunquam impreſſiſſe ex hoc et ſequenti capite conſtabit.

duplex etiam non textus modò, ſed et iconum deprehenditur impreſſio, quae et ex diverſo atramenti genere et ex aliis obſervationibus cuivis paulo attentiori incurrat in oculos neceſſe eſt; manifeſtiſſimo indicio, impreſſionem figurarum et textus eodem tempore factam (*ag*), at quatuor diverſis vicibus repetitam fuiſſe. Ratio igitur, quare pallidum atramentum ab impreſſorio diverſum ad icones adhibitum fuerit, ſtatuenda mihi videtur duplex; prior, ut hoc pacto ornatiores redderentur, quod collatio primae cum maxime editionis cum Culenburgenſi a. 1483. me docuit, ubi eaedem figurae diſſectae, atramento impreſſorio per Veldenarium excuſae, longe minus apparent elegantes; altera, ut delineationes manu factas imitarentur, quarum plures ſimili atramenti genere ſeculo XIV. et XV. in Belgio confectas in libris mſſ. oſtendit mihi, cui hanc obſervationem acceptam refero, Enſchedius noſter. Hac itaque de cauſa primos libros, qui ex mera impreſſione tabellari in Belgio prodierunt, unico atramento cinereo; Specula, partim tabellis partim mobilibus typis excuſa, utroque et ſcriptorio et typographico; Donatos vero, ubi mera impreſſio mobilis, ſolo etiam impreſſorio excuſos cernimus.

## §. VI.

Verum ad iconum deſcriptionem progrediendum eſt. Eae in omnibus editionibus apparent ipſiſſimae, et manifeſte earundem ſemper tabellarum ope impreſſae (*ah*), ſuntque octo et quinquaginta numero, duabus ſcil. cuivis capiti deſtinatis. Sed ut totam hanc

---

(*ag*) Adde, quae ſupra ex ipſius libri praefatione adduximus nota *p*.

(*ah*) Ne circa hanc obſervationem, quae maximi profecto momenti eſt, meis oculis fidere teneatur lector, ſciendum et SALENGREUM lib. ſupr. cit. *Tom. I. p.* 394. et MAITTAIRIUM *Tom. I. Annal. p.* 19. et SAM. PALMERIUM *p.* 55. et FOURNIERIUM *Diſſ. II. p.* 153. *et* 252. collatis inter ſe diverſis editionibus easdem ſemper agnoviſſe icones.

hanc rem plenius cognoſcat lector curioſus, obſervari oportet, poſt praefationem in paginae cuiusque (vacuas ſemper excipio) parte ſuperiore figuram apparere quatuor pollices longitudine, ſeptem vero cum quatuor lineis latitudine adaequans. Combinata illa eſt ex duabus areis quadratis per columellam junctis, quarum quaelibet hiſtoriam continet ſubnexo argumento Latine ſcripto, et literis fixis ipſi areae incluſo (*ai*); unde Veldenarius hoc opus poſtmodum minori forma recudens easdem has tabellas, quarum evaſerat poſſeſſor, in media columna ſecuit, atque ita harum ope quatuor ſub ſingulis capitibus exhibuit figuras, quae tamen ex frequenti uſu tabularum illic aliquantulum apparent detritae (*ak*).

Ico-

(*ai*) Sic e. g. primae figurae combinatae ſubjiciuntur haec verba: *Caſus Luciferi.* Item: *Deus creavit hominem ad ymaginem et ſimilitudinem ſuam.*

Secundae: *De omni ligno paradiſi comedetis.* Item: *Nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut Dii ſcientes bonum et malum.*

Tertiae: *Mulier decepit virum, ut ſecum comederet.* Item: *Angelus expulit eos de paradiſo gladio ignito.*

Quartae: *Hic Adam operatur terram in ſudore voltus ſui.* Item: *Archa Noe.*

Penultimae: *Extremum judicium.* Item: *Nobilis reverſus ex longinquis fecit rationem.*

Ultimae: *Regnum coelorum ſimile decem virginibus.* Item: *Manus Domini ſcripſit in pariete.*

Notandum praeterea, *fig.* 13. a. et 40. b. in media icone ſententiolas occurrere, ſcutulis et apluſtribus dependentibus inſertas.

(*ak*) Ipſiſſimas hic tabellas recte obſervarunt MAITTAIRIUS *Tom. I. Annal. p.* 445. *edit.* 2. et SEIZIUS *p.* 49. quod etiam propriis confirmavi oculis. Ceterum duo diverſa hujus editionis vidi exempla. In uno enim, quod adſervatur in Curia Harlemenſi, tantum 29. capita, uti in anterioribus editionibus, inveniuntur, et priorum ordo eſt perturbatus, ſequens autem ſubſcriptio occurrit: *De ſpiegel onſer behoudenisſe: van Culenburch by my Johan Veldener, int jaer* M. CCCC. *ende* LXXXIII. *des Zaterdaghes poſt Mathei Apoſtoli*; unde neſcio, qua ratione SALENGREUS *Tom. I. p.* 394. ſcribere potuerit, eam anni et loci indicio deſtitui, ipſique forſan tribuendam Laurentio eſſe. In altero exemplo, quod eſt Jo. Enſchedii, adduntur tria capita, ordine 25. 28. et 29. ut adeo numerus ad 32. excreverit; duodecim novae figurae rudiori minerva ſculptae ſunt quam praecedentes: illius vero haec epigraphe. *Dit boeck is volmaect in die goede ſtede van Culenburch by my Johan Veldener int jaer ons Heren* M. CCCC. *ende* LXXXIII. *des Saterdaghes poſt Mathei Apoſtoli.*

ſcones ipſae, ut bene FOURNIERIUS (*al*) vidit, a perita manu profectae ſunt; in queis tamen maiorem adhuc delineatoris quam ſculptoris peritiam agnoſcere mihi videor, quod eo minus mirandum, quoniam pictores ſeculo XV. in Belgio, et praecipue Harlemi, reperiebantur artificioſiſſimi (*am*), ſculptura vero, etſi dudum nota eſſet, forte nunquam eo ſcopo, ut impreſſioni adaptaretur, exercita. Hae tabellae num ex ligno an vero ſtanno fabricatae fuerint, dubius haeſit SCRIVERIUS (*an*), in hanc tamen ſententiam deinde proclivior; ſed peritiſſimus FOURNIERIUS (*ao*), aliique, quos conſului, artifices, ligno duriori, v. c. buxeo, ſorbeo, vel piri eas inſculptas ex tenuibus figurarum ductibus intulerunt. Impreſſio, quae ſola Laurentio eiusque heredibus debetur (*ap*), a multis prelo facta fuiſſe creditur; at Fournierius (*aq*) illam ex alio quodam inſtrumento expolito repetiit, cuius ope charta, tabellae atramento illitae ſuperimpoſita, fuerit attrita; unde in Speculo ab averſa parte, quousque figurae veſtigium cernitur, eatenus charta fuſca et levigata apparet. Haec tamen conjectura laudatis artificibus diſplicuit; at, ſi vera foret, adſtrui erroneo argumento, quod prelum impreſſorium nondum repertum eſſet, haud debuit, quum aliud characterum impreſſio, eodem tempore preli certiſſime ope facta, evincat.

---

(*al*) *Diſſ. II. p.* 152. *et* 176.

(*am*) Vid. CAR. VAN MANDER *Schilderboeck fol.* 201. *ſeq.* SAM. AMPSING *beſchryving der Stadt Haerlem p.* 345. *ſeq.*

(*an*) *Laure-crans p.* 102. *et* 106. *ſeq.*

(*ao*) *Diſſ. II. p.* 154.

(*ap*) Neſcio enim, quo fundamento nonnulli exiſtimaverint, ipſum Laurentium figuras delineaſſe et ſculpſiſſe, quod merito diſplicuit FOURNIERIO *Diſſ. II. p.* 128. imo deſtrui ſatis videtur ex pluribus operibus xylographicis Harlemi impreſſis, et tamen a diverſa ſaepe manu profectis. vid. infr. *Cap. IX.* §. 4. *ſeq.*

(*aq*) *Diſſ. II. p.* 154.

## §. VII.

Ab iconibus ad typos tranſire licebit, qui tum ad praefationem, tum ad opus ipſum adhibiti. Prologus in Latino Speculo argumenta libri ſiſtit (*ar*), in Belgico vero introductionem, ſed alterius generis (*as*), cui hac de cauſa ſubjectus capitum index: lineae hic continuae, neque per columnam diviſae ſunt. At in ipſo opere textus figuris ſubjicitur duabus columnis, quarum unaquaeque, lineis plerumque 26. conſtans (*at*), in Belgicis exemplis incipit a verſione ſententiae Latinae typis fixis iconi incluſae, (cui una lineola proxime ſupponitur) in utrisque vero tum Belgicis tum Latinis clauditur indicio loci ex ſcriptore ſacro vel profano, unde deſumta hiſtoria. Hanc deſcriptionem diverſa operatione a figuris impreſſam et aliud genus atramenti et inaequalis paſſim ab his diſtantia evincit (*au*). Typus forma diſſimilis, at elegantior illo eſt, qui figurae partem conſtituit. Hicce Gothicae ſpeciei eſt, in Belgio, ut mox patebit, uſitatae, ductus habens quadratos et angulares. In omnibus vero quatuor editionibus

---

(*ar*) Illius hoc initium eſt:

*Probemium cujusdam incipit novae compilationis,*
*Cujus nomen et titulus eſt ſpeculum humanae ſalvationis* &c.

Vid. *Specim.* noſtr. *figur. N.* v.

(*as*) Ea hoc modo incipit.

*Dit is die prologhe van der Spieghel onſer behoudeniſſe.*

*So wie ter rechtvaerdichet vele menſchen lèren, ſellen blencken alſe ſterren in die ewighe ewicheden. Hierom ist, dat ic totter leringe vele menſchen dit boeck heb aengedacht te vergaderen. In de welke die gene, diet leſen, leringhe gheven en ontfangen ſellen. Ic vermoedt, dat gheen dinc de menſchen nutter is, in deſen tegenwoerdigen leven, dan te bekennen ſyn ſcepper, ſyn conditie, en eigen weſen.* Deinde ſequuntur verba, quae not. *p.* jam adſcripſimus.

(*at*) Quandoque enim pauciores numero ſunt, raro autem ad 27. lineas adſcendunt in Belgicis exemplis, inque Latinis ad 28.

(*au*) Id SCRIVERIO bene jam obſervatum *p.* 102. et nuper quoque FOURNIERIO *Diſſ. II. p.* 155.

bus (ſi quaedam folia principis Latinae, fixo charactere excuſa, excepero) unius eiusdemque ſemper figurae eſt, neque niſi magnitudine et nitore aliquantulum diſpar, imo in poſtrema tum Belgica tum Latina editione mihi videtur ipſiſſimus (*ax*). Multae literae, inprimis tenuiores, cum aliis connexae, ad evitandam earum, quod ligneae eſſent, fracturam. Compendia bene multa, maxime in prima, tam Belgica quam Latina, editione, queis in altera quandoque ſublatis nova alibi ſubſtituta ſunt: ad illa vero exprimenda ſuperimpoſitae literis lineolae, quae ſaepe his adhaerere deprehenduntur. Notae diſtinctionis nullae, excepto puncto, quod tamen ſaepiſſime locis neceſſariis neglectum eſt (*ay*). Litera *i* plerumque accentu, ſed et puncto interdum, nonnunquam ſemicirculo notata. Lineae paſſim inflexae curvaeque, neque in Belgicis editionibus (nam de Latinis, quae rhythmicae, res ipſa loquitur) ſemper ſibi aequales longitudine. Imo latuiſſe typographum dixeris eas longiores vel breviores, prout res poſtulabat, reddendi artem; quod ſaepius voces, quarum partem ad proximam lineam rejici oportebat, in ipſo ſyllabae medio ſeparaverit (*az*): nullae vero adſunt initiales literae maiores; unde tum in praefatione tum initio operis vacuum relictum eſt ſpatium (ut eae minio apponi poſſent) quod plerumque alibi neglectum. Paginarum

(*ax*) Ita et SEIZIO viſum *p.* 48.

(*ay*) FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 259. ſcripſit, in Latinis editionibus nulla reperiri puncta, quod uti circa primam editionem, quam non vidi, verum eſſe poteſt, ita circa alteram lapſus fuit vir cl. vid. infr. §. 14. not. *cz*. At in Belgicis editionibus puncta multo frequentius occurrunt, quae, utpote ſculpta, diſſimilis admodum figurae ſunt, eorumque loco in principe editione Belgica quandoque cruciculas adhibitas perſpexi.

(*az*) Sic in prima editione Belgica ſub *fig.* 1. *column.* 1. *lin.* 3. *col.* 2. *lin.* 3. 10. 12. 13. 14. (vid. *Specimen figuratum* III.) et alibi per totum opus. Item in altera editione ſub *fig.* 1. *col.* 1. *lin.* 3. 13. *col.* 2. *lin.* 9. 17. 22. vid. *Specimen VI.* et paſſim in ipſo libro. Ita etiam ſub *fig.* 6. *col.* 1. linea 17. ſecundae editionis incipit a puncto, quod ad finem praecedentis lineae pertinebat.

rum numeri, ſignaturae, et cuſtodes aeque hic abſunt, atque anni, loci, vel typographi indicium.

## §. VIII.

Propius vero jam inquirendum eſt in ipſam horum characterum naturam. Eos etſi quidam imperite fixos arbitrati fuerint, attamen mobiles eſſe bene animadverterunt, qui accuratiore oculo hos libros luſtrarunt (*ba*), exceptis tantummodo quibusdam primae editionis Latinae foliis (*bb*). Et mobilitas quidem ex oppoſitione typi, qui tabellis fixis incluſus tum in Speculo tum in diverſis operibus xylographicis cernitur, elucet. Illic litera ſaepe in quadratum proximae tum eadem tum ſequenti linea tranſiit, quod uti in mobilibus characteribus locum per rerum naturam habere non poteſt, ita nusquam quoque hic offenditur (*bc*). In extremitate linearum non modo, ſed et parte ima paginarum, ubi replendae haud eſſent, loco ſpatiorum ſive quadratorum adhibiti typi, at ne atramento illiti exprimerentur in ipſo libro, lamella chartacea tecti, per quam tamen manifeſta, praeſertim in prima editione Belgica, preſſurae veſtigia in paginas impreſſionis transierunt (*bd*). Imo quum impoſitione preli locum ea quandoque mutaverit, duplici defectui anſam ſubinde praebuit, ut vel typi ſupervacui atramentum receperint (*be*), vel ut e contrario literae

(*ba*) Vid. J. VLAMING in Annot. ad H. SPIEGELS *Hartſpiegel p.* 362. SAM. PALMER *p.* 55. SEIZ *p.* 57. *ſeq.* FOURNIER *Diſſ. II. p.* 158. *ſeq.*

(*bb*) Vid. infr. §. 13.

(*bc*) Conferantur *Tabellae* noſtrae *figuratae num.* III. V. *part.* 1. et VI. cum *Tab. V. part.* 2. et IX. *part.* 1.

(*bd*) Exempla videre eſt tum paſſim, tum in deſcriptione ſub *Fig.* 1. quam *Tab.* III. aeri accurate inciſam exhibui; ubi ductus literarum, tum in ſpatio literae capitalis, tum ſub *col.* 2. repraeſentati, preſſurae veſtigia exprimunt.

(*be*) Exempla reperiuntur in priore Belgica editione ſub *fig.* 32. (quae incipit *Judei manducaverunt*) ad calcem prioris columnae; ſub *fig.* 36. (*Rex Saul* &c.) in fine *col.* 1. item ſub *fig.* 39. (*Jheſus ad columpnam*) *col.* 2. in fin.

rae imprimendae, ſive totae ſive ex parte, coecae remanſerint (*bf*). Mitto alia indicia ſoli principi editioni Belgicae propria, ſuoque mox enarranda loco.

Circa hos praeterea characteres obſervandum, eos ſculptos fuiſſe, non fuſos. Hoc certe triplici argumento, quidquid obloquantur nonnulli Harlemenſes, extra omnem controverſiam collocari poſſe exiſtimo. Primum, quod plurium linearum aggregatarum menſura non ſemper exacte ſibi reſpondeat (*bg*). Deinde, quod ipſiſſima vox, (ſive integre exhibita, ſive eadem ratione abbreviata) longitudine hic illic variet (*bg**). Denique quod eadem litera vel punctura in unaquaque pagina occurrens modo magnitudine, modo figura, modo utraque nonnihil diſcrepet (*bh*). Ea vero omnia hic adeſſe indicia ſcrupuloſiſſimum pluribus in locis examen, plus ſimplici vice a me inſtitutum (praeſentibus quandoque viris literatis, quandoque peritis artificibus,

(*bf*) Ita in prima editione ſub dict. *fig.* 36. *col.* 2. ima pars verborum finalium *Geneſis IIII. capittel* atramento non fuit expreſſa, quod ſub chartula ſurſum tendente latuerit. Idem obſervare licet in ſecunda editione ſub. *fig.* 42. (*Semey maledixit David*) *col.* 2. circa verba poſtrema, *Die tweeſte coninghē boec.*

(*bg*) Exempla hujus rei e ſingulis editionibus multa proferre poſſem. At ſuffecerit adduxiſſe ex altera Belgica, utpote omnium poſtrema, in qua menſuravi viginti priores lineas ſub *fig.* 1. *col.* 2. ac totidem ſub *fig.* 2. *col.* 2. et inveni differentiam ſenſibilem; atque ita paſſim alibi.

(*bg**) Sic e. g. in ſecunda editione Belgica ſub *fig.* 27. *col.* 1. vox *ontfermh̄ticheit* bis occurrens non aeque longa, et ſub *fig.* 32. *col.* 2. nomen *Melchiſedech* inaequale longitudine eſt.

(*bh*) Ejus rei fidem ſpecimina noſtra *Tab. III. V. VI.* paſſim faciunt; quod ſi quis forte ſculptori noſtro imputaverit, (qui etſi peritia nemini hac in parte cedens labi tamen in minutiis quibusdam potuit) ei regesſiſſe ſuffecerit, peritiſſimum FOURNIERIUM, qui bina Specula Latina et poſterius Belgicum cum cura examinavit, exempla diſſimilitudinis obſervaſſe innumera, et talia attuliſſe *Diſſ. II. p.* 167. *ſeq.* et *p.* 254. *ſeq.* quae etiam neminem oculatiorem fugere poterunt. Examinet e. g. quis, ut alia taceam, in utraque Belgica editione *fol.* 4. (ubi elenchus capitum exhibetur) toties recurrentem vocem *Dat*, et reperiet in quavis litera continuam differentiam. Idem de punctis frequenter illic obviis dictum velim.

bus, queis rei veritatem ſtatim perſuaſi) docuit, et FOURNIERII obſervata circa inaequalitatem characterum confirmant; quae quum locum habere in compoſitione ex literis fuſis per rerum naturam haud potuerint, ſculpturam earum probant manifeſtiſſime.

## §. IX.

Intereſt vero cum maxime, ut libris hisce veram jam aſſignemus patriam, quam Belgium noſtrum fuiſſe ſequentes nos movent rationes.

1. Editiones ambas, vernaculo ſermone emiſſas, noſtris in oris lucem adſpexiſſe nemo inficiabitur, qui Belgicae linguae uſum arctis circumſcribi Germaniae inferioris limitibus noverit. Dialectus autem, quae ad hunc librum adhibita, pura puta Belgica eſt, qualis ſeculo xv. recepta erat, atque in mſſ. primisque libris in Hollandia impreſſis occurrit (*bh**), quae quantum ab inferiori Saxonica, in ipſa Belgii vicinia Electoratu Colonienſi recepta, diſtiterit, docere poteſt collatio ſpeculi Belgici cum *Teutoniſta* ſive Gloſſario Germanico GERHARDI DE SCHUEREN, a. 1477. Coloniae edito, itemque *Bibliis* antiquiſſimis ſermone vulgari ibidem loci impreſſis (*bi*): unde fruſtra omnino eſſet, qui Speculi Belgici natales e vicina quadam regione repeteret (*bk*). Quum vero typi

(*bh**) Bene hoc jam obſervavit peritiſſimus VLAMINGIUS *loc. ſupr. laud.*

(*bi*) Eorum *Bibliorum* ſpecimina quaedam legi poſſunt in DAV. CLEMENTIS *Biblioth. curieuſe Tom. III. p.* 314. *ſeq.*

(*bk*) Exemplum quidem perquam ſingulare, et ni fallor, unicum ſeculo xv. mihi notum eſt libri, extra patriam noſtram Belgice excuſi, videl. BERNARDI DE BREYDENBACH *heylige bevaerden tot dat heylige graft in Jeruſalem*, Moguntiae per Gerardum Rewich de Trajecto a. 1488. At hoc opus plurimis ornatum iconibus, poſtquam Latina aliisque linguis ab hoc typographo, natu Batavo, excuſum eſſet, Belgiceque etiam deſideraretur, expenſis ſine dubio cujusdam ex noſtratibus librarii impresſum Moguntiae fuit; optimo ſane conſilio, ad evitandos ſcilicet novarum tabularum ſumtus, qui commiſſo typis in Belgio opere impendendi neceſſario fuiſſent. Eiusmo-

pi Latinarum editionum eiusdem ſint formae atque Belgicarum, neque niſi magnitudine aliquantulum diverſi ipſo agnoſcente peritiſſimo FOURNIERIO (*bl*), utrasque etiam in Belgio prodiiſſe conſequens eſt (*bm*).

2. Ipſe porro typus perito luſtratus oculo Belgicum ſeſe probat, formatus quippe ad characteres nitidiores, ſeculo XV. in Hollandia finitimisque provinciis uſitatos, qui etiam in nullo libro alibi locorum excuſo offenditur (*bn*). Comparavi certe hosce typos cum aliis antiquiſſimis Gothici generis, nempe Germanicis Jo. Fauſti et Petr. Schoefferi, Jo. Mentelii, Henr. Eggeſteinii, Ulr. Zellii, Jo. Bamleri, et Guntheri Zainer de Reutlingen, qui omnes anno 1470. jam praeceſſerunt; porro Italicis tum Monaſterii Sublacenſis, tum Nic. Jenſonis, aliorumque; Anglicis tam preli Oxonienſis, quam Guil. Caxtoni, ſed a quibus omnibus noſter diverſae plane ſpeciei eſt.

3. Figurae tandem ipſae, quas ſimul cum deſcriptione impreſſas jam probavimus, Belgio noſtro certiſſime debent originem. Id autem conſtat partim, quod Jo. Veldenarius, impreſſor Belga, harum tabellarum poſtea evaſerit poſſeſſor, iisque diſſectis a. 1483. uſus ſit, partim, quod characteres illi, ligno etſi ineleganter inciſi, reſpondeant vulgari ſcripturae apud Batavos tum uſitatae, qualem in exemplis mſſ. *Chronici Hollandiae* AEMILII STOKII, et *Bibliorum* rhythmo Belgico a JAC. MAERLANTIO conſcriptorum diligentiſſimus VLAMINGIUS obſervavit (*bo*).

---

modi vero ſuppoſitionem circa Specula Belgica fieri haud poſſe, ex iis, quae toto hoc §. trado, palam eſt.

(*bl*) *Diſſ. II. p.* 253. *et* 259.

(*bm*) Hinc SAM. PALMERIUS, etſi Batavorum cauſae infenſiſſimus, primam Latinam et ſecundam Belgicam editionem, quas in Pembrokiae Comitis bibliotheca inter ſe contulerat, ab eadem manu provenire ipſe agnovit *p.* 55.

(*bn*) Add. idem VLAMINGIUS *loc. cit.*

(*bo*) Confer infr. *Cap. IX.* §. 7. not. *bf.*

## §. X.

Parum vero Laurentianam cauſam juvabit, Belgium his editionibus vindicaſſe natale ſolum, niſi ſimul probetur, eas praeceſſiſſe epochae Martinianae, quae advecto ex peregrinis oris in noſtras typographiae genere elegantiori a. 1472. coepit (*bp*); adeoque foetus eſſe impreſſionis anterioris in Belgio, ibique originariae. Sane, ſi duntaxat ad numerum harum editionum reſpiciamus, eas omnes tempore demum ſecundae epochae natas ſtatui vix poteſt, quum parum veroſimile ſit, ab. a. 1472. ad 1483. quando Veldenarii impreſſio lucem jam vidit, id eſt, intra breve undecennii ſpatium, quinque huius operis prodiiſſe editiones, et quidem immutato aliquantulum inque melius formato tum charactere tum atramento. Accedit, quod ortographia in ſingulis editionibus Belgicis immutata deprehendatur, imo in Veldenariana ſaepiſſime alia conſtructio ſubſtituta ſit, juxta uſum, ut credi par eſt, ea aetate receptum (*bq*): quum vero huiusmodi variationem non niſi paulatim lingua noſtra ſubierit, inter unamquamque editionem aliquot luſtrorum ſpatium interceſſiſſe conſequens erit.

Ma-

(*bp*) Vid. ſupr. §. 1. not. *e*.

(*bq*) Scilicet plurimis vocabulis, quae in prima editione per ſimplex g ſcripta ſunt, in ſecunda *gh* ſubſtitutum videmus, ut in praefat. *leringhe* pro *leringe*, *ghene* pro *gene*, *ontfanghen* pro *ontfangen*, *moghen* pro *mogen*, et paſſim ſingulis fere lineis. Sub *fig.* 1. *col.* 1. in princ. pro verbis *die ſpieghel*, in prima editione occurrentibus, ſubſtitutum in altera *dat ſpeghel*, et mox *menſcheliker* pro *menſchliker*, *ewighen* pro *ewegen*, *van der hoechheit* loco *van den hoecheit*, multaque alia, quae recenſere longum eſt. Veldenarius poſtea ortographiam non tantum variavit, ſed etiam integras voces modo adjecit, modo ſuſtulit, modo permutavit. Ita ſtatim initio praefationis pro verbis *leringhe gheven en ontfangen ſellen* ſimpliciter ſubſtituit *ſelt leringe gheven*, pro *wilen eer* poſuit *wel eer*, pro *werde gheboert* ſcripſit *ſoe hoert*, pro *dat was* exaravit *het was*, et innumera huius generis per totum opus. In fine autem praefationis pro verbis O *goede Jheſu ghif mi welkin di behage. enen kerſten ſtichtige en mi die behaghel make*, ſubſtituit: O *goede Jheſu ghif ons di te behaghen, en mi even kerſtighen ſtichter di behaghel.*

Magis vero ſtringent, quae interior Speculorum contemplatio, et cum recentioribus libris collatio, nobis obtulit argumenta; ex praecedentibus ut magnam partem petita, ita in unum hic contrahenda.

1. Impreſſio huius libri ab una tantum folii parte facta eſt, quod figuris utrobique recipiendis aut methodus in earum impreſſione tum uſitata, aut charta debilior non eſſet accommodata. Huic autem malo ſuccurrere jam noverant proximae epochae impreſſores, qui chartam ſubſtituerunt firmiorem, modumque invenerunt tabellis ligneis ab utroque folii latere utendi, prout teſtantur non modo icones, quae in *Faſciculo temporum* Lovanienſi a. 1476. *Dialogo creaturarum* Goudae 1480. alibique viſuntur, ſed et ipſiſſimae hae figurae in Culenburgenſi editione a. 1483. adhibitae, ubi tabellae, licet aliquantulum jam detritae, impreſſione chartam plane non penetrarunt, iisque characterum impreſſio ab altera parte fuit oppoſita.

2. Aliud atramenti genus ad figuras quam ad textum in quatuor Speculis adhibitum: at ea diſtinctio exſulat ab omnibus epochae Martinianae libris, etiam Speculo Veldenarii.

3. Lineae multo magis hic inflexae, quam in libris ſecundae epochae (*br*); cuius rei cauſa in ruditate artis, characterumque inaequalitate quaerenda eſt; etſi magna hac in parte inter priores poſterioresque officinae Laurentianae productiones cernatur differentia.

4. Syllabae in medio ſeparatae haud rarum in Speculis Belgicis exemplum, ob rationem ſuperius redditam; quod in nullo poſthac libro invenire licuit. 5. Li-

(*br*) Inſpiciantur e. g. et cum Speculis conferantur JO. MILIS *Repertorium Juris Canonici*, Lovanii apud Jo. de Weſtphalia 1475. *Biblia Belgica*, Delphis apud Jacob. Jacobszoen et Maurit. Yemantszoen, 1477. *Fasciculus temporum* Belgicus, Ultrajecti apud Jo. Veldenarium 1480. *Dialogus creaturarum*, Goudae apud Gerardum Leeu 1480. quorum operum breve ſpecimen figuratum ſiſtimus *Tab.* VIII. ut differentia imprimendi generis Laurentiani et Martiniani cuivis in oculos incurrat.

5. Literae coecae in Speculo, ad replendam vacuam paginarum partem, adhibitae et lamella chartacea tectae; at harum loco in recentioribus libris ſpatia ſeu quadrata ſubſtituta.

6. Praeter punctum, quod in omnibus editionibus, excepta priore Latina, conſpicuum eſt, nulla occurrunt diſtinctionis ſigna; qualia ſunt virgula, ſemicolon, duo puncta, interrogationis, ac diviſionis in extremo cuiusque lineae. Ea vero omnia in pleriſque epochae Martinianae libris obſervare licet (*bs*).

7. Typi in omnibus editionibus hic ſculpti: at vero fuſos jam invexerunt Theod. Martini, et ſocii, iisque, ſi non ſemper, plerumque ſaltem uſi ſunt.

8. Plures hic characteres, imprimis exiles, combinati, quam in ſequentibus, ad evitandam eorum, quod ex ligno formati eſſent, fracturam; id vero rarius offenditur, ex quo metallici uſu invaluerunt. In impreſſionibus certe Jo. de Weſtphalia (*bs**), ac Bibliis Delphenſibus a. 1477. ne unam quidem literam combinatam reperire eſt.

Sic itaque Specula, in Belgio ante introductionem typographiae elegantioris atque exoticae fabricata (*bt*), mirifice confirmant, quod

(*bs*) In libro JO. MILIS occurrunt punctum et duo puncta. In *Bibliis Delphenſibus* ac *Dialogo creaturarum* punctum, duo puncta, ſignum interrogationis et diviſionis. In *Faſciculo Belgico* punctum et ſignum diviſionis. Quod autem memoratu dignum eſt, etſi Laurentius nunquam, eiuſque heredes ſero admodum (vid. *Cap. VI.* §. 7.) mobilia diſtinctionis ſigna praeter punctum adhibuerint, nihilominus artifices, qui tabellas fixas in uſum officinae Laurentianae ſculpſere, duo puncta quoque et ſignum diviſionis non neglexerunt, prout ex *Figuris veteris ac novi Teſtamenti*, *Hiſtoria B. Virginis ex Cantico Canticorum*, *Arte moriendi*, *et S. Johannis viſionibus Apocalypticis* mihi conſtitit.

(*bs**) Dixeris, in ſubſcriptione *Repertorii* JO. MILIS, per hunc typographum excuſi, quam exhibui *Tab. VIII. N.* 1. *lin.* 2. *et* 3. literas combinatas plus ſemel occurrere: verum coaluiſſe has oportet per atramentum rubrum, quo illa epigraphe impreſſa fuit; nam in toto, eoque ſat ſpiſſo, opere omnes literae ſeparatae ſunt.

(*bt*) Ex hisce omnibus patet, quantopere a vero aberraverit ill. SCHÖPFLINUS in *Vindic. Cap. VIII.* §. 9. dum Speculum Latinum (de antiquiore Belgico autem ſilet).

quod ex teſtibus fide dignis ſuperiori capite probavimus, primam illam et rudem imprimendi rationem a Batavis non aliunde mutuatam, ſed proprio repertam ingenio eſſe.

## §. XI.

Praemiſſis, quae Speculi editiones quatuor in genere conſideratas ſpectant, ut ſingulae ſeparatim nunc luſtrentur, ordo poſtulat. Et hic quidem examinanda ſtatim venit princeps editio Belgica, cuius tanta eſt raritas (*bu*), ut illius duo tantum exempla jam cognita ſint (*bx*), unum a poſteris Laurentii redemtum in Curia Harlemenſi (*by*), alterum, SCRIVERIO olim memoratum, in

let) a Veldenario excuſum conjecit. Certe omnes libros ab hoc impreſſore editos, et PROSP. MARCHANTIO *dans ſon Dictionaire Hiſtorique*, Artic. *Veldener*, etſi nonnihil confuſe, memoratos videre mihi contigit. Sed hujus characteres cum literis Speculi nihil quidquam commune habent. vid. ſpecimen typorum Veldenarii, e *Faſciculo temporum* petitum, *Tab. VIII. N.* 3.

(*bu*) Saepius mente agitavi, qui factum ſit, ut Speculum hoc ex officina Laurentiana quater emiſſum, ipſaque etiam Veldenarii editio, tam raro occurrat, dum nonnulli libri vetuſti in Belgio excuſi, v. g. *Faſciculus temporum* Ultraj. 1480. BARTHOL. DEN ENGELSCHMAN *van den eygenſchap der geſchapene dingen*, Harl. 1485. BOËTHIUS *van de vertrooſtinge der Philoſophie*, Ghendt 1485. pluresque alii, apud nos paſſim ſint obvii. Suſpicor autem, hujus rei cauſam eſſe, quod in figuris Speculi, iconoclaſtarum tempore, ſeculo XVI. varia invenerit, quae damnaret, idololatriaeque adſcriberet rabida plebs noſtra, atque ita quotquot offenderet dilaceraverit exempla; neque enim bibliothecis eam pepercíſſe eximius hiſtoriographus PETRUS HOOFDIUS *Lib. III. p.* 99. docuit. Eidemque porro origini tribuo eximiam raritatem ceterorum operum xylographicorum officinae Laurentianae.

(*bx*) Ea ambo mutila ſunt, ita tamen ut ex utroque perfectum exemplum primae editionis formari poſſet, quum illud Curiae Harlemenſis duobus foliis ſecundae editionis ſuppletum fuerit. Integrum quoque exemplum initio praecedentis ſeculi habuit J. van Campen, SCRIVERIO olim memoratum *p.* 105. *ſeq.* quod, quo pervenerit, ignoro; niſi tamen illud forte ſit, quod annotationibus Scriverianis inſtructum in Hollandia emiſſe dicitur PETRUS I. Ruſſorum Imperator, prout ex Diario Belgico quodam, inſcripto *de Boekſael*, ſed non addito anni indicio, refert SEIZIUS *p.* 54.

(*by*) Sciendum nempe eſt, medio fere ſeculo praeterito Hagae Comitum venum



num

in bibliotheca eiusdem urbis ſuperſtes (*bz*). Figurae hic pallidiore atramenti genere, quam in ſequentibus editionibus, impreſſae; quod aqua modo dilutum fuiſſe (*ca*) probat exemplum bibliothecae publicae, ubi in figuris quibusdam, quod materia liquida aſſuſa fuiſſet, omne atramentum evanuit, veſtigiis tamen preſſurae diſtinctiſſime relictis. In quarundam vero iconum exteriori margine hiatus deprehendi, etiam iis in locis, ubi illi abſunt ab altera editione; quod proinde adſcribi non poteſt triturae tabularum, nunquam profecto antea adhibitarum, verum, quod atramentum illic non bene fuerit applicitum. Quod autem textui inſerviit atramentum, nigrum quidem apparet reſpectu iconum, re ipſa tamen murini eſt coloris, ac inaequaliter admodum ſordideque adhibitum fuit. Oleoſum hoc plus juſto fuiſſe probat, quod chartam ab altera parte ſaepius flavam reddiderit. Typus paulo minutior eſt, quam qui ad reliquas editiones uſurpatus, ſed minori cura et fabricatus et ad impreſſionem adhibitus. Apertiſſi-

num expoſitam fuiſſe ciſtam, variis repletam libris, qui per longiſſimum tempus in familia Laurentiana cuſtoditi fuerant. In ea ſcilicet continebantur *Ars moriendi*, *Hiſtoria B. Virginis ex Cantico Canticorum*, ac *Speculum Latinum* ſecundae editionis, uno volumine compacta, item *Speculum Belgicum* ex principe editione, et *Figurae Apocalypſeos* S. JOHANNIS; omnes impreſſionis Belgicae originariae foetus. Praeterea *Chronicon Colonienſe* a. 1499. primam artis inventionem Hollandiae tribuens. Denique tres alii libri ſeculo XV. excuſi; nempe CICERONIS *Officia* ex editione Fauſti 1466. *Speculum Belgicum*, Veldenarii 1483. ac BARTH. ANGLICI opus modo laudatum ex Belgica verſione, Harl. 1485. eo certiſſime additi conſilio, ut ex mutua comparatione recentius impreſſionis genus, quod tum Moguntia tum ipſa tandem Hollandia ſubſtituit, inde eluceret, atque ita Laurentianae primogenitura in oculos incurreret. Hunc theſaurum Senatus Harlemenſis a. 1654. proxeneta quodam Matham, (ſculptore, ni fallor, Harlemenſi) trecentorum florenorum pretio emi, atque in Curia urbis, aeternae memoriae, aſſervari juſſit. Quae omnia diſcimus ex J. VLAMINGII annotationibus ad HENR. SPIEGELII *Hartſpiegel* p. 30. junct. p. 362. *ſeq.*

(*bz*) Illud exemplum, quod adjunctam habet *Hiſtoriam Alexandri Magni*, ſua aetate penes Wilhelmum Verwer Harlemi SCRIVERIUS inſpexit. vid. *Laure-crans* p. 105. Add. infr. *Cap. VI.* §. 7.

(*ca*) Ita eidem quoque SCRIVERIO viſum p. 103.

ſima vero, praeter ea, quae §. 8. indicavi, ſeſe hic produnt mobilium characterum indicia, a SEIZIO (*cb*) bene obſervata: neque enim literae modo ſingulares hic illic per incuriam inverſae conſpiciuntur, ſed et integrae lineae perverſo ordine impreſſae memorabile hic extat exemplum (*cc*). Spatia voces ſeparantia, quandoque nimis in compoſitione elevata, veſtigia ſui in charta atramento reliquerunt, dum e contrario literae nonnullae, quae exprimi debuerant, quod depreſſae nimium fuiſſent, aut plane non aut vix apparent. Literae coecae, quadratorum loco adhibitae, maiori longe vi hic chartam penetrarunt, quam in poſterioribus editionibus, et tum in indice capitum, tum in primo folio figurato, quod aeri inciſum exhibemus, tum alibi paſſim conſpicuae ſunt. Denique tot tantaque in hoc opere elucent antiquitatis veſtigia, ut bona fide pronunciare poſſim, nullum ſeſe mihi (qui principes Fauſti aliorumque editiones, partim in propria mea bibliotheca partim apud alios, cum cura examinavi bene multas) obtuliſſe unquam librum alibi terrarum excuſum, qui cum eo de primatu certare poſſit (*cd*). Ipſam

(*cb*) *Derde jubeljaer p. 56. ſeq.* ubi tamen male exinde infert, literas hasce fuſas eſſe.

(*cc*) Nempe ſub figura 38. (quae inſcribitur *Cain deriſit patrem ſuum*) *column.* I. *lin. ult.* in utroque huius editionis exemplari verba *Geneſis IX. capittel* inverſo ordine leguntur. Ex hoc vero, aliisque, quae partim §. 8. partim hic annotavi, indiciis elucet imperitia ZACH. CONR. AB UFFENBACH, qui hanc ipſam editionem, in Curia Harlemenſi a ſe viſam, ligneae tabulae inciſam pronunciavit, quod mox etiam de Speculo Latino ibidem aſſervato ſtatuit, argumento uſus ficulneo e veſtigiis atramentariis marginum paginae artificialis, qualia tamen ſpecimina librorum typographica quotidie produnt. vid. haec Uffenbachii relatio *Tom. IX. Amoenit. literar.* SCHELHORNII *p.* 973. *in fin.*

(*cd*) Ita etiam VLAMINGIO viſum *l. c.* cuius verba apponam: *Dus is van gelyke de Duytſche Spiegel onzer zaligheit in fol. met oogſienelyk loſſe letteren gedrukt, gelyk men heden doet, en na deſelve letter gevormt, treckende veel meer op ſynen eerſten oorſpronk ende ruwheit en onbeſchaefſtheit, die alle uitvindingen verzellen, dan de Bybel van Ments* (1462.) *behalven dat deſelve en verdere boeken, die allereerſt in Duitslant gedrukt zyn, eenigſins eenen anderen ſweem hebben van letter, die eygener aen Hoog-*

dŭits-

ſam igitur, licet leve illud *Horarii* ſpecimen, et prima *Donati* editio adhuc praeceſſerint, contemplari hic licet artis infantiam, ipſam ſuſpicari inventoris Laurentii manum; qua de re eo minus dubitandum eſt, quoniam HADR. JUNIUS, qui primi huius artificis reperta per eius famulum Cornelium (traducibus Galio Taleſioque) cognoverat, id opus absque ulla haeſitatione ei adſcripſit (*ce*).

## §. XII.

A principe hac editione diſtingui omnino debet altera Belgica, cuius exempla aliquot in curioſorum bibliothecis ſuperſunt (*cf*). Ea, licet ad priorem facta, varias tamen ſubiit immutationes, ex quibus viginti ad minimum vel viginti quinque annorum inter utriusque impreſſionem inferri debere exiſtimo lapſum. Figurarum color hic longe minus pallidus, magisque ad fuſcum accedens; textus vero tantae nigredinis, quantam in ullo libro ſive antiquo ſive recentiori me obſervaſſe memini (*cg*). Typi hic et melius formati, et impreſſi nitidius, paululum vero grandiores, quam in prima editione, ita ut 19. lineae huiusce idem plerum-
que

---

*duitsland is. Ook is de Spiegel onſer zaligheit, Hollantſch Duitſch, en wel zoodanig, als men omtrent den jaere* 1400. *ſprak en ſchreef, en zal by my vaſtſtaen, het eerſte boek te zyn dat gedrukt werdt, ten zy men het tegendeel koome met klaerder bewyzen, dan tot noch geſchiedt is, te ontzenuwen.*

(*ce*) Vid. *Append. N.* 2. Ceterum huius principis editionis primum ex ipſo opere folium aeri inciſum ſiſtimus inter *ſpecimina figurata* N. III.

(*cf*) Nempe Hagae Comitum penes Medicum eximium THOMAM SCHWENKE, Anatomiae Profeſſorem, Harlemi penes typographum JO. ENSCHEDIUM, quod antea Conſulis DE BRUYN, Amſtelodami penes vir. conſult. JOACH. RENDORP., Hornae in bibliotheca publica, Wiltoniae apud Anglos in Pembrokiana, denique in nostro etiam muſeo, jam breviter deſcriptum in de *vermiſchte Hamburgiſche Bibliotheek*, *a.* 1744. *Part.* 1. Mutilum quoque huius editionis exemplum Amſtelodami habuit v. cl. JACOBUS MARCUS.

(*cg*) Ita PALMERIO quoque viſum *p.* 55.

que chartae ſpatium occupent, atque 20. prioris (*cg**). Plura hic errata operarum, repetitis editionibus ſatis propria (*ch*). Abbreviationes ſaepius quidem ſublatae (*ci*), ſed et novae alibi quandoque ſurrogatae (*ck*). Orthographia quoque ad uſum illo tempore receptum immutata. Memorabile cumprimis in hac editione eſt, quod folium, figuras 45. et 56. repraeſentans, deſcriptionem, charactere a toto opere omnino diſſimili impreſſam, ſiſtat, cuius et diverſa figura et inelegantior fabrica ſtatim in oculos incurrit (*cl*). Quum vero altero minutior ſit, ita ut 27. lineae huius folii adaequentur 25. lineis reliquorum, eum data opera adhibitum colligo, quod paulo amplior hic deſcriptio in duabus illis paginis ſolito charactere contineri haud potuiſſet, atque ita pro parte ad vacuam folii partem rejicienda fuiſſet, quod aut obſtitiſſet viſui, aut conglutinatis paginis defectum in ipſo textu reliquiſſet. Imo multum torſiſſe ſeſe videtur typotheta circa ul-

(*cg**) Specimen huius editionis petitum ex primo folio figurato videre eſt *Tab. VI. n.* 2. quod cum *Tab. III.* conferri meretur.

(*ch*) Sic in ipſa ſtatim Praefatione *lin.* 8. bis leguntur verba *dat gheen*, lin. 11. exſtat *weſen* loco *weten*, lin. 17. *te vlichte* pro *dit verlichte*, lin. 24. *niet wtghefet* pro *wtgheſet*, pluraque alia, quae manifeſte typographorum incuriae adſcribenda eſſe, non modo collatio primae editionis, ſed et ipſe ſenſus docet. Huius obſervationis, ut et quam circa orthographiam per *gh* feci, indicium jam quadriennio abhinc, quando primam Speculi editionem nondum videram, mihi fecit cl. WAGENARIUS in literis ad me datis d. 11. Octob. 1757.

(*ci*) Sic in eiusdem Praefationis limine verba *leren*, *totter*, *leringhe*, *en*, *ontfanghē ſellen*, *nutter*, *moghen*, *dat is*, quae a *lin.* 1. ad 12. continentur, in ſecunda editione integre deſcripta ſunt, quae in principe abbreviata exſtant, *lerē*, *tott'*, *lerīge*, *ē*, *ōtfangē ſellē*, *nutt'*, *dȝ is*; ut alia multa praeteream.

(*ck*) Sic in eadem praefatione *lin.* 1. in prima editione exſtat *prologhe vāder*, in altera *ꝓloghe vand̄*, paulo poſt *eigen* in prima, in ſecunda *eyghē*, ibidemque *verſtādeniſſe* in principe, at in altera *v̄ſtādeniſſe*, et ſic per totum porro opus.

(*cl*) Vid. *Tab.* noſtr. *VI.* ubi *part.* 3. exhibetur typus, qui ſub *Fig.* 56. *col.* 2. Speculi Belgici occurrit in exemplo Enſchedii. Ubi obſervo lin. 1. legi *Dit*, quum in meo exſtet *dit*; lin. 2. *dat* in meo *dit*; lin. 3. *dick*, in meo *dich*; lin. 4. *vā die metſelaers*, in meo *van die maſelaers*; lin. 6. *eten hem mit namē*, in meo *etē hem mit namen*; lin. 7. *wolmaet*, in meo *wolmaect*.

ultimam huius folii columnam, praeſertim circa finem, quam plus ſimplici vice variavit; unde in exemplo Enſchediano alia illic compoſitio, quam in Schwenckeniano meoque, licet de cetero impreſſio huius folii ſit ipſiſſima. Cuinam vero cauſae adſcribendum ſit, atramentum typi minus hic nigrum, quam alibi, et puncta distinctionis hic occurrere nulla, dicere non auſim. Cl. FOURNIERIUS, cui exemplum meum transmiſi, conjecerat, folium hoc antiquioris continere fragmentum editionis, hoc characteris genere excuſae (*cm*); qualis tamen quum nuspiam detecta ſit, imo hoc folium in omnibus exemplis ſecundae editionis ſit ipſiſſimum, lapſum hac in parte v. cl. manifeſtum eſt.

## §. XIII.

Succedant editiones Latinae, quarum prima omnino ſingularis eſt, et duplici ratione, ſi deſcriptionem reſpicias, formata. Nam tertia fere operis pars fixo, reliqua mobili charactere impreſſa eſt (*cn*); quocirca in ipſiſſimis foliis non modo conveniunt tria, quae Lutetiae vidit FOURNIERIUS, exempla, ſcil. bibliothecae regiae, Collegii Sorbonici, et ill. Praeſidis de Côte, ſed et quartum bibliothecae Pembrokianae, quintumque nuper celeb. RICHARDI MEAD, a SAM. PALMERIO deſcripta (*co*). Illa vero omnia quum iisdem in locis caſu aliquo ſuppleta eſſe haud potuerint, manifeſtum eſt, reliqua etiam huius editionis, quotquot forte

(*cm*) *Diſſ. II. p.* 256.

(*cn*) Videlicet ex $31\frac{1}{2}$ foliis, quibus Speculum Latinum conſtat, (vid. ſupr. §. 3.) dantur decem fixo charactere impreſſa, quorum ſex occurrunt in ſecundo ſcapo, tria in tertio, unumque in quinto. Itaque praefatio, quae primum ſcapum abſolvit, verſatili deſcripta eſt typo; deinde fixi characteres occurrunt ſub figuris, ſi numeres, 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 14. 16. 17. 21. 22. 26. 27. 46. et 55. intermediis autem et ſubſequentibus paginis impreſſio mobilis conſpicitur. vid. FOURNIER *Diſſ. II. p.* 158.

(*co*) *Pag.* 55. *ſub N.* 5.

ſorte practerea exſtant vel exſtitere olim, exempla hoc habitu lucem adſpexiſſe, adeoque lapſum fuiſſe cl. Fournierium, qui in iis duas detexiſſe ſibi viſus eſt editiones, alteram ſcil. fixo charactere, alteram mobili, et tamen ab ea, quam proxime memorabimus, diverſam; quales profecto, in ſola v. cl. imaginatione deliteſcêntes, produci a nemine hucusque potuerunt (*cp*). Impreſſio igitur textus pro parte tabellaris, quae ſeparatis a figuris facta eſt pinacibus, ſed atramento quoque pallidiore, multis ſeſe prodit indiciis; quorum praecipua ſunt, literas praecedentis et inſequentis lineae quandoque cohaerere, unamque literam ſaepe in aream intraſſe alterius (*cq*), imo non deeſſe veſtigia filorum ligni, quae hic illic per integra vocabula tranſierunt (*cr*); unde Fournierius collegit, hanc deſcriptionem inciſam fuiſſe ligno querceo vel fagino, quod adſperſa ad lavandum aqua ſiderit. Sculptura horum characterum, uti recentior, ita ab alia quoque et dexteriore manu profecta, quam quae figuris hisque incluſis ſententiolis operam navavit; qui enim textui inſervierunt, magis accedunt ad figuram mobilium in reliquis foliis occurrentium, queis tamen modo maiores, modo minores ſunt, unde nec eadem ſemper in hisce foliis linearum a ſe invicem diſtantia eſt (*cs*). Mobiles typos quod attinet, hi ſatis nitide ſculpti et atramento impreſſi nigro, unde artis jam inferas adultam aetatem. Ceterum hic character

(*cp*) Provocat quidem FOURNIERIUS ibid. *p.* 159. ad exemplum tabulis fixis, quod BERTIUS SCRIVERII beneficio viderit; at quum Scriverius ei non Speculum Latinum, ſed *Figuras veteris ac novi Teſtamenti* oſtenderit, (vid. ſupr. §. 2.) omne corruit, quod inde elicitur, argumentum.

(*cq*) Ita in *ſpecimine*, quod a cl. FOURNIERIO ad originale delineatum in aere incidi curavi *Tab. V. part.* 2. initialis tum primae tum ſecundae lineae litera invicem cohaeret; quartae vero initialis in aream quintae tranſit.

(*cr*) Exemplum videre eſt circa poſtrema duo vocabula ultimae lineae in eodem ſpecimine. Alia occurrunt ſub *fig.* 4. *columm.* 1. *lin.* 20. item ſub *fig.* 10. *col.* 1. *lin.* 18. et ſaepe alibi. vid. FOURNIER *p.* 157.

(*cs*) Majores, ut ſub *fig* 1., minores, ut ſub *fig.* 16. add. FOURNIER *p.* 156.

racter paululum videtur maior illo, qui ceteris Speculi editionibus inſerviit; nulla vero hic conſpiciuntur diſtinctionis puncta (*ct*).

## §. XIV.

A priore hac Latina toto differt coelo altera, quae in Curia Harlemenſi, et bibliotheca Coeleſtinorum Lutetiae (*cu*) cuſtoditur. In hac etenim textus totus quantus mobili excuſus eſt charactere; ſed compoſitione diverſa a foliis typographicis editionis praecedentis, (et aliquantulum meliore) unde compendia literarum quandoque hic ſublata, quandoque nova alibi ſubſtituta deprehenduntur (*cx*). De cetero autem textus in utraque editione eius-

(*ct*) Vid. *dict. Tab. V. part.* 1.

(*cu*) Haec duo exempla eiusdem eſſe editionis patuit mihi ex indiciis, quae FOURNIERIUS *p.* 161. *ſeq.* e libro Coeleſtinorum collegit. Volumini autem Harlemenſi integra praefatio deeſt; verum ex illius laciniis nonnemo verba ſequentia priſtinae impreſſionis collegit, et inſtar tituli in fronte operis vacuo folio agglutinavit: *lib. cuj⁹ nomē et titul⁹ ē ſpeculi humane ſalvationis.* Praeterea affixus illi eſt praecedente ſeculo titulus ſequens impreſſus: *Liber, cujus nomen et titulus humanae ſalutis, Harlemi ex officina Laurentii Joannis Coſteri, Anno* 1440. cujus vero inſcriptionis a SCRIVERIO, ut videtur, fabricatae auctoritas hac in parte nauci eſt.

(*cx*) Non inutile erit, ex FOURNIERII opere *d. l.* hic apponere quasdam varias lectiones utriusque editionis, ut ſtatim dignoſcere poſſit, prior ſit, an poſterior, qui alterutram offenderit.

| | PRIMA EDITIO. | ALTERA. |
|---|---|---|
| Sub fig. 28. quae ſubſcribitur: *Paterfamilias filium prodigum ſuſcepit.* column. 1. | | |
| lin. 2. | *ſecūdū lucam* | *ſedm̄ lucā* |
| 16. | *replere* | *replē* |
| 17. | *agere* | *agē* |
| Sub fig. 30. *David ſuſceptus eſt cum laudibus*, col. 2. | | |
| lin. 2. | *uſuere* | *uſuē* |

Sub

eiusdem formae figuraeque eſt, eademque impreſſus nigredine, ita ut una editio alteri fuiſſe videatur exemplo (*cy*): puncta diſtinctionis hic ſubinde addita, quanquam pauciſſimis locis, unde cl. FOURNIERII oculos plane fugerunt (*cz*). Maximam vero, quod ad characterem, qui mihi videtur ipſiſſimus, totamque imprimendi rationem inter hancce et alteram Belgicam editionem obſervavi ſimilitudinem (*da*); etſi Latina ob typorum paulo minorem nigredinem praeceſſiſſe huic Belgicae videatur (*db*).

## §. XV.

Ex hiſce ergo editionibus, uti primam Belgicam, quae ipſa exhibet artis rudimenta, ipſi tribuendam Laurentio certum arbitror, ita reliquas tres, quae typographiam jam ad quendam perfectionis gradum elevatam produnt, eidem abjudicaverim, utpote quem rudi artis ratione inventa labori immortuum fuiſſe conſtat; unde haſce, utpote Laurentianae officinae tamen proprias, eius ſuc-

Sub fig. 32. *Judei manducaverunt* &c. col. 2.

| | | |
|---|---|---|
| lin. | 1. *ꝑꝑria* | *ꝑꝑa* |
| | 4. *ſac̄doe* | *ſac̄dos* |
| | 5. *gerebat* | *gēbat* |
| | 7. *ſac̄dos* | *ſacerdos* |
| | 13. *ſacerdotalꝭ* | *ſac̄dotalis* |

Sub. fig. penult. *Extremum judicium* col. 1.

| | | |
|---|---|---|
| lin. | 2. *iudicar̄* | *iudicare* |
| | 5. *noīe* | *boīe* |
| | 8. *redderētur* | *redderētꝰ* |

(*cy*) FOURNIER *p.* 163.

(*cz*) Exempla offendi in libro Harlemenſi ſub prima figura *col.* 2. *lin. ult. ad fin.* item ſub *fig.* 34. *col.* 2. *lin.* 22.

(*da*) Vid. *Specimen* noſtrum *Num. VI. part.* 1. junct. *part.* 2.

(*db*) Ita etiam FOURNIERIO viſum *p.* 253. *ſeq.*

ſucceſſoribus deberi conſequens eſt. MAITTAIRIUS quidem (*dc*) praeiviſſe Latinam editionem Belgicae eo fundamento conjecit, quod figurarum argumenta tabellis incluſa Latine ſint expreſſa. At generaliter hoc non ſtatuiſſet v. cl. ſi exemplar Latinum Pembrokianae bibliothecae cum principe editione Belgica (nam unica modo ſermonis vernaculi, eaque ſecunda, in eodem muſeo reperiunda, ipſi innotuerat) conferendi, et de huius primatu ex vetuſtatis notis judicandi fuiſſet ipſi occaſio. Dicendum potius eſt, bene omnino rebus ſuis conſuluiſſe prototypographum, dum a Belgica editione, quae magis per vulgus ſpargi poterat, artis ſuae facturus periculum (*dd*), Romano tamen ſermone argumenta includi tabellis voluit, (ſubjecta, ne quid deeſſet, Belgica interpretatione mobili charactere) ut hae ipſae inſervire poſtmodum Latinae editioni poſſent. Id vero quum morte praeventus ipſe haud praeſtitiſſet Laurentius, exſecuti deinceps huius heredes ſunt, edito Speculo Latino operis mixti, quod ordine proinde ſecundum eſt. Atque hoc ſuccedente tempore inſecutae ſunt repetitae Speculi tum Latini tum Belgici editiones, quarum illi tertium, huic quartum aſſignamus locum (*de*).

## §. XVI.

Et ita quidem celeberrimum hocce Speculum cum cura contemplati oſtendimus in officina originaria Harlemenſi fuiſſe formatum. Supereſt, de quo idem pronunciemus, *Donatus.* Et ULR. ZELLIUS quidem apud auctorem Colonienſis Chronici, itemque MA-

(*dc*) *Annal. typogr. Tom. I. p.* 22. *edit. prioris*, quem ſecutus eſt PALMER *p.* 55.

(*dd*) Ita etiam *Biblia*, pluresque alii libri ſacri argumenti ex Belgica verſione diu apud nos ante textum Latinum prodierunt, prout index librorum in Belgio ſec. XV. excuſorum, quem (tumultuaria licet opera) confeci, docere poſſet.

(*de*) Add. *Cap. VI.* §. 3.

MARIANG. ACCURSIUS (*df*) teſtes ſunt, Donatos in Hollandia excuſos ante epocham Moguntinenſem, imo ad horum normam libros Moguntiae coepiſſe imprimi; quae profecto teſtimonia uti ſine controverſia ad Harlemum reſtringi poſſunt, quum nulla alia Hollandiae urbs ſibi quidquam ex artis incunabulis adſcripſerit unquam, ita multum abeſt, ut mutuae cum Moguntinis liti de loco typographiae natali finem hucusque impoſuerint. Illa enim ut eluderent recentiores ſcriptores Germanici (*dg*), Donatum Hollandicum tabulae fixae inciſum ſtatuerunt; quod tuto ab iis fieri potuit, opere in obſcuro deliteſcente, cuius videndi deſiderio mirum in modum flagrabat Laurentianae cauſae vindex SCRIVERIUS (*dh*). At noſtro, ut e latebris prodiret, reſervari oportuit ſeculo; detectis tandem, rara hercle felicitate, duarum diverſarum editionum, et utriusque quidem Harlemenſis, fragmentis, ex quibus mobilitas typorum in aprico eſt.

Ceterum de ipſo hoc opuſculo quaeſtio fuit hactenus, librine an auctoris titulum gereret. Haec ſententia PROSP. MARCHANTIO placuit, qui agi hic exiſtimavit de AELII DONATI, veteris Grammatici, *prima*, *ſecundave*, ut appellatur, *editione*, Corpori Putſchiano inſerta (*di*). Sed multum id a veritate recedere docuerunt me ſuperſtites illae laciniae, harumque porro conſenſus cum recentiori editione, quae circa a. 1500. lucem in Belgio vidit (*dk*). Grammatica haec, media vel infima aetate per interrogationes ac reſponſiones in uſum ſcholarum concinnata, ex antiquo DONATI opere magnam partem excerpta fuit, unde et huic *Donati* nomen adhaeſit (*dl*). Ceterum frequentiſſimo uſu re-

(*df*) *Append. N.* 5. *et* 95.

(*dg*) Ita WILH. ERN. TENTZELIUS in *Diſſ. de invent. typogr. Tom. II. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 660. *et* 695. ill. SCHÖPFLINUS *Cap. VIII.* §. 5. aliique.

(*dh*) *Laure-crans p.* 104.

(*di*) *Hiſt. de l'imprimerie p.* 110.

(*dk*) De ea vid. infr. *Cap. IX.* §. 13.

(*dl*) Ita ad me ſcripſit, qui utrumque opus exacte contulit, atque editionis illius

recepta erat ſeculo xv. unde Conradus Sweynheym Arnoldusque Pannartz, principes typographi Romani, has laborum ſuorum voluerunt eſſe primitias (*dm*). Idemque ipſe liber eſt, prout ſpecimen tabellae ligneae Baſilea e bibliotheca Huberiana ad me transmiſſum docuit, qui ſub initium epochae Germanicae (a Gutenbergio ſine dubio Fauſtoque) fixo charactere excuſus eſt, ac poſtea quoque prela Jo. Schoefferi, Petri fil. Moguntiae exercuit (*dn*).

## §. XVII.

Fragmenta itaque duo *Donati*, in membrana (*do*) ab utroque latere et maiori aliquantulum charactere (*dp*) impreſſi, inventa ſunt a. 1740. a typographo Harlemenſi, Jo. Enſchedio, eaque agglutinata erant ligaturae originariae *Pſalterii Belgici*, Delphis excuſi

---

lius recentioris uſum e bibliotheca publica Daventrienſi mihi impertiit, v. cl. PETRUS BONDAM, anteceſſor juris Zutphaniae. Ceterum noſtri opuſculi hoc initium eſt: *Partes orationis quot ſunt? Octo* etc. quae deinde ſingulae pertractantur. Tum ſequuntur conjugationes verborum, *amo*, *doceo*, *lego*, *audio*, *fero*, *ſum*, et *volo*. Verba autem finalia opuſculi ſunt: *Unum participium habet, quod eſt volens. Explicit Donatus.*

(*dm*) Vid. praefatio *Bibliorum* edit. Romanae 1472. *Tom. I. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 861. et apud MAITTAIRE *Tom. I. Annal. p.* 14. *edit. ſecundae.*

(*dn*) Vid. JO. HENR. LEICHIUS in *Supplem. ad lib. ſing. de orig. typogr. Lipſ. p.* 120. FRID. GOTL. FREYTAG in *Analect. libr. rar.*

(*do*) Etſi Laurentius reliqua ſua opera chartae impreſſerit, ad hoc tamen opuſculum binis vicibus pergameno uti voluiſſe videtur; non ornatus gratia, verum ne tam facile dilacerari vel conteri poſſet, qui tyronum manibus quotidie verſabatur, libellus. Certe memorata jam editio recentior, de qua *Cap. IX.* §. 13. loquemur, in membrana quoque excuſa fuit, eodemque etiam habitu prodiit altera Norimbergae typis Hieronymi Holtzel de Traunſtein. vid. *Catalog. Biblioth. Hulſianae Tom. II.* inter *lib. in quarto N.* 8956.

(*dp*) Haec Donati editio, quantum ex diſpoſitione linearum in his fragmentis, collatis cum recentiore editione bibliothecae Daventrienſis, inferre potui, paginis octo et viginti conſtitiſſe videtur.

cuſi apud Henricum Eckert van Homberch a. 1498. in 8. (*dq*). Ea circumſtantia ſuſpicionem ſtatim movet, hunc Donatum lucem quoque vidiſſe in Hollandia. At multo certius circa locum auctoremque illius editionis Laurentium argumentum praebet exacta horum fragmentorum collatio, a me aliisque inſtituta cum principe Speculi Belgici editione. Literarum enim, cumprimis capitalium, ſimilitudo, abbreviationum notae literis connexae, aliaque indicia communia, totidem pro eodem utriusque operis artifice ſunt teſtes, quanquam grandior multum Donati typus eſt. Quin judicio peritorum Grammatica haec ante ipſum Speculum prela exercuit, idque maior characterum ruditas atque imperfectius atramenti genus, quod ob pinguedinem ductus plurium literarum conturbavit (*dr*), probat (*ds*).

## §. XVIII.

Maius adhuc Enſchedio donum fortuna largita eſt, reperto ſuperioribus annis folio membranaceo formae quartae, eoque opiſtographo (atque ita quatuor paginas impreſſas continente) alterius

(*dq*) Ita jam retulit SEIZIUS *p.* 117. Fragmenta haec, quae in Curia Harlemenſi e dono Enſchedii jam aſſervantur, aeri inciſa exhibemus *Tab. II.* ubi notandum, ambas priores lacinias, (ſive fragmentum primum) ob oculos ponere inferiorem folii ab utraque parte impreſſi partem, duas poſteriores (id eſt fragm. 2.) alterius folii principium, ſed cui cum interiori margine literae aliquot abſciſſae fuere. Lacunae porro, quales in utroque fragmento offenduntur, exprimunt foramina in archetypo a tineis exeſa. Denique per vetuſtatem uſumque frequentem accidit, ut literae quaedam in originali detritae fuerint, prouti *fragm.* 2. *part.* 1. *lin.* 4. 5. 6. videre eſt.

(*dr*) Exempla occurrunt tum alibi, tum imprimis *fragm.* 1. *part.* 2. *lin.* 3. in verbis *ſignificationem eius explanat.*

(*ds*) Veritatem horum omnium, quae diximus, probat collatio *Tab. II. et III.* at ea multo adhuc apertior illis erit, quibus Harlemum excurrendi ibique archetypa inſpiciendi copia eſt.

rius eiusdem *Donati* editionis, ſed minori charactere (*dt*). Inſerviebat hoc involucro *Privilegiis tractus Kennemerlandiae* (huius vero caput Harlemum) a. 1477. ſcriptis, qui liber olim pertinuerat ad Petrum Joh. fil. ab Ilpendam, Praetorem Montibus Kennemerlandiae, huius manu indice; ſed avulſit hoc inde Enſchedius, et tanquam pretioſiſſimum cimelium religioſe cuſtodit. Contuli totum illud folium diligentiſſime cum prima Speculi Belgici editione, ſtatimque mihi, ad literas cum maxime capitales omnes attendenti, patuit typi ſimilitudo. Si tamen dicendum, quod res eſt, melius nonnihil ille in Donato et formatus et diſpoſitus cernitur, quam in Speculo: imo paululum quoque, ut oculatiſſimi homines uno ore pronunciarunt, minutior eſt; quod vero compenſatur maiore aliquantulum linearum diſtantia; unde menſuram plurium linearum ſibimet aggregatarum eandem plerumque eſſe in ambobus operibus, mirandum non eſt (*du*).

## §. XIX.

Utrique *Donato* illud commune eſt, quod typo prodierit mobili, quemadmodum tota diſpoſitio oſtendit, et oppoſitio characteri fixo officinae Laurentianae confirmat (*dx*). Eum vero ſculp-

---

(*dt*) Quaelibet pagina triginta hic lineis conſtat. Ipſaque haec editio, ut ex collatione cum libro Daventrienſi intuli, paginis quatuor et viginti abſoluta fuiſſe videtur: qua in parte ſi calculum recte inivi, folium Enſchedii complecti oportet paginas 19. 20. 21. et 22. Huius vero primam paginam, adeoque ordine nonam decimam, aeri inciſam *Tab. IV.* exhibemus; ubi notandum, literas aliquot, praeſertim *lin. penult. et ult.* in originali detritas vetuſtate fuiſſe.

(*du*) Confer *Tab. III. et IV.*

(*dx*) Agnoverunt hoc ſtatim, me tacente, typographi duo, quibus reliquias originales luſtrandi occaſionem dedi; neque etiam, vel inſpectis ectypis *Tab. II. et IV.* in dubium vocabit paulo peritior quisquam. Certe quaelibet in utroque Donato litera ſuum occupat quadratum, quum in libris fixo charactere una ſaepius in quadratum alterius tranſierit, ut videre eſt *Tab. V. part.* 2. et *Tab. IX. part.* 1. Manifeſtum praeterea in Donato maiore mobilitatis indicium praebet literae *u* inverſio, quam in

ſculptum fuiſſe, earundem literarum inaequalitas extra controverſiam ponit. Nec raro typi conjuncti, etiam trini, qui ſaepius nempe occurrebant (*dy*). Compendii notae, ut et puncta, cum literis ipſis paſſim cohaerentia. Praeter punctum nulla diſtinctionis ſigna. Lineae paſſim inflexae curvaeque. Tanta denique utriusque operis ſimilitudo apparet, ut profectum certiſſime ab eadem manu fuerit (*dz*), quae tamen ad alteram editionem exercitata magis acceſſit, atque ita minutioribus typis ac meliore atramento uti potuit. Utrique igitur quum affinitas intercedat cum principe *Speculo Belgico*, concluſio ex antedictis legitima erit, ambos etiam Donatos in Hollandia excuſos, atque ex eadem Laurentiana prodiiſſe officina.

Ipſi autem Laurentio, non huius ſucceſſoribus, Donati editionem maiori charactere deberi perſpicuum eſt, quum ea primo anteceſſerit Speculo, hoc vero inventor artis emiſerit. Sed idem quoque de Donato minore, etiamſi Speculo nonnihil hic recentior ſit, ſtatuendum arbitror. Utramque enim editionem praeiviſſe epochae Moguntinae innuere ZELLIUS videtur, dum *Donatos* antea in Hollandia impreſſos, atque ex illis primordia typographiae Moguntinae deſumta tradit. Plurali vero dictione uſus non eſt ad certam exemplarium quantitatem deſignandam, maxime quum unum ſufficere debuerit Gensfleiſchio, tanquam novarum im-

in ipſo archetypo perſpicue obſervavi; nam *fragm.* 1. *part.* 2. *lin.* 1. illic legimus *minns* pro *minus*. Et in Donato minore *pag.* 21. (id eſt, *pag.* 3. in fol. Enſchedii) *lin.* 19. litera *n* inverſa eſt, ibique *ſiue* legitur pro *ſine*.

(*dy*) Tres literas connexas in Donato maiore offendi ſaepius, e. g. in voce *plr*, per compendium adhibita pro *pluraliter*, in voce *tpe*, id eſt, *tempore*, et alibi. In minore autem Donato nonnunquam in verbo vel ſyllaba *fui*.

(*dz*) Conferantur e. g. voces utrique Donato *Tab. II. et IV.* communes, imprimis vero periodus integra Donati maioris, *fragm.* 2. *part.* 1. *lin.* 1. *ad* 5. incipiens a verbis, *et pluraliter*, *cum auditi erimus* etc. cum Donato minore *lin.* 10. *in fin. ac quatuor ſequentibus*; maximaque invenietur affinitas in literis, pleriſque compendiis, ceteriſque notis.

impreſſionum norma, ipſeque etiam de *Bibliis* ſingulari mox numero loquatur, ſed potius ad binas indicandas, quae actis Moguntinorum praeceſſerant, editiones. Adde, quod characteres minores Donati minus adhuc perfecti ſint, quam qui primae Speculi Latini editioni inſervierunt, et ab heredibus Laurentii profecti fuere. Ut adeo altera haec Donati editio ultimus fuiſſe videatur liber, quem ipſe Laurentius foras emiſit, cuiusque typi ad Moguntinos eo mortuo fuere translati.

CAPUT VI.

# C A P U T VI.

## *Typographia a progenie Laurentii continuata Harlemi, usque ad adventum Theod. Martini ac ſociorum in Belgium, et translata interim per operarium ad Britannos.*

§. I.

Mortuo Laurentio, furtoque mox ablatis variis officinae impreſſoriae utenſilibus, ſaltem typis, illius heredes protinus deſpondiſſe animum, atque exercitio artis, quae inventori ſuo lucroſa fuerat, omnino renunciaſſe probabile non eſt. In vivis quippe adhuc erat, ut opinor, Laurentii gener, Thomas Petri fil., quem ſoceri ſui in opere adjutorem fuiſſe conſtat (*a*): aut eo forte defuncto, ſuperſtites erant certiſſime tres huius filii, Petrus, Andreas, Thomasque, quin ad eam a. 1441. jam aetatem pervenerant, ut opus ab avo coeptum non modo continuare, ſed et viribus conjunctis promovere poſſent (*b*). Certe hoſpites in hac arte fuiſſe non videntur, quibus exemplum typographiae dudum reliquerat Laurentius; neque ulla apparet ratio, quae eosdem ab hoc inſtituto avocaſſet. Gravibus quippe impenſis haud opus erat, ut in priſtinum ſtatum officina reduceretur, ſi reſpiciamus ad levem, qui ſurreptus fuerat, apparatum (*c*). Imo nec deerant poſt aufugum Gensfleiſchium idonei famuli, Cornelius, inquam, fideliſſimus ille ſuo quondam hero miniſter, pluresque etiam alii, quorum auxilio conſiliove uſus fuerat, dum rebus humanis intereſſet, Laurentius.

Prae-

(*a*) Vid. ſupr. *Cap. IV.* §. 6.
(*b*) Petrum Thomae circa a. 1418. lucem vidiſſe obſervavimus *Cap. IV.* §. 5.
(*c*) Vid. *dict. Cap. IV.* §. 10.

Praeter haſce vero rationes a veroſimili petitas argumenta ſuperſunt, quae id confirment, fortiora. Primum elicitur ex iis, quae ſuperiori capite evicimus, libros ſcil. in Belgio editos reperiri, qui ea vetuſtatis indicia non habent, ut ipſi poſſint tribui Laurentio, et tamen cum libris epochae Martinianae, circa a. 1472. exorſae, comparati his cernuntur eſſe antiquiores; intermedio proinde tempore impreſſi, quando nulla alia officina typographica per totam inferiorem Germaniam ſedem fixerat. Alterum ſuppeditat mox enarranda hiſtoria translati ad Britannos preli typographici per operarium officinae Harlemenſis, intra annos 1454. et 1459. quam ſubſtitiſſe tum temporis exinde manifeſtisſimum eſt.

Nollem itaque SCRIVERIO noſtro (*d*), nollem aliis excidiſſet, furtum officinae ſuae illatum tantum injeciſſe moerorem Laurentio, (quem ad plures tum jam abiiſſe oſtendimus) ut officinam ſuam mox habuerit pro derelicto. Nata enim hinc Moguntinae cauſae patronis (*e*) occaſio, Batavos non injuria ſciſcitandi, num damnum hoc irreparabile fuerit, ipſaque ars una cum utenſilibus ſurripi potuerit? Unde miſere ſeſe extricarunt hucusque noſtrates, dum BOXHORNIUS (*f*) in incerto reliquit, quid prelo Harlemenſi poſtea acciderit; SEIZIUS (*g*) vero, inſpectis Speculi repetitis editionibus, aliisque libris, qui adoleſcentiam magis, quam infantiam artis redolent, Laurentii vitam et impreſſiones ad annum fere 1467. protraxit. Id omne autem ex antedictis ſua ſponte corruit.

(*d*) In *introductione poëtica*, *Laureae* praemiſſa *pag.* 12.

(*e*) Vid. NAUDAEUS *addit. a l'Hiſt. de Louis XI. Cap. VII. p.* 116. MALLINKROT *Diſſ. de art. typogr. p.* 55. *ſeq.* aliique.

(*f*) *De typogr. invent. p.* 45.

(*g*) *Derde jubeljaer p.* 171.

§. II.

## §. II.

Quid ergo praeſtiterint Laurentii heredes, quaeve opera ſucceſſive emiſerint, utinam vetuſta monumenta vel teſtimonia nos docerent! At illi quum gloriae parum conſulentes libros ſuos, ad exemplum primi inventoris, absque ulla artificis, loci, temporisque nota ediderint, de ea nequaquam ſollicitos fuiſſe ſcriptores coaevos mirandum non eſt. Hunc tamen hiatum, partim ex iis, quae praecedenti capite adſtruximus, partim ex aliis obſervationibus ſupplere licebit. Officinam itaque typis orbatam novis fuiſſe inſtruendam res ipſa loquitur. Illi vero quum variis laboraſſent naevis, (indice *Speculo*, *Donatoque*) perfectiores ſubſtituendos eſſe, variaque inſuper, tum in atramenti compoſitione, tum in toto paſſim apparatu, emendanda conſtare novis typographis debuit. Id omne, dum multum laboris exigebat, ſatis diu etiam habuiſſe eos videtur occupatos. Retardante interea mobilium literarum ſculptura conſilium capiunt tabulis fixis ad impresſionem utendi, eaque ratione excudendi celebratiſſimum tunc temporis *Speculum humanae ſalvationis*, quod quum Laurentio fructuoſum lingua vernacula fuiſſet, ſuperſtitesque eſſent figurati pinaces omnes, felicem eventum ſpondere videbatur Latina. Hoc opus itaque poſtquam perito artifici commiſſum, eiusque tertia fere pars non inciſa modo tabulis, ſed et prelo ſubjecta fuiſſet, moram porro injecit ſive mors ſive nimia cunctatio ſculptoris, ſive alia denique cauſa. Mutato propterea conſilio ad mobiles typos, qui interea abſoluti erant, revertuntur typographi, horumque adminiculo reſiduam Speculi partem deſcribunt. Hac certe, nec alia, ut opinor, ratione originem explicare licebit ſingularis illius editionis Latini Speculi, cuius fere priora folia (demta praefatione, quam poſtremo loco imprimi moris eſt) fixis (*b*), reliqua

(*b*) Fateor, in tertio imo et quinto ſcapo pauca adhuc conſpici folia typis fixis, poſtquam varia mobili charactere praeceſſiſſent. vid. *Cap. V.* §. 13. At quum ſi-

qua ſolutilibus literis excuſa ſunt. Illam etenim ab heredibus Laurentii vulgatam ſuo loco obſervatum eſt (*i*), neque huic operi, ex impreſſione textus mixta, ullum crediderim dari ſimile.

## §. III.

Abſoluta hac editione non ſubſtitit illic impreſſorum Harlemenſium induſtria. Qui lucroſus iis fuerat, avideque expetitus liber, poſtulare videbatur, ut plus ſimplici vice prela exerceret, maxime quum pinaces lignei figurati pluribus adhuc impreſſionibus ſuſtinendis idonei eſſent. Itaque, poſt aliquot forte annorum intervallum, quod deficientibus veteribus monumentis determinari haud poteſt (*k*), novas editiones Speculi protrudunt, tum Latini, tum Belgici, easque charactere, qui ſemper hic mobilis, ceterisque imprimendi notis tantopere ſibi ſimiles, ut definire vix liceret, utra tempore praeceſſerit, niſi maior in Belgico opere atramenti nigredo hoc Latino poſtponendum ſuadere videretur. In Belgica vero hac editione conſpicuum eſt folium ſingulare, quod litera minutiore et a toto opere diverſa excuſum eſt (*l*); unde liquet, plura typorum genera ad manus habuiſſe hos impreſſores, imo quum probabile non ſit, minorem hunc typum unice ad illud folium ſculptum fuiſſe, conjicere licet, eundem alteri porro operi, quod hucusque in obſcuro latet, inſerviiſſe.

---

ſingula a nova ſemper deſcriptione incipiant, in iis ſculpendis ordini naturali adſtrictus haud erat artifex.

(*i*) *Dict. Cap. V.* §. 15.

(*k*) Si conjecturae tamen locus, crediderim, primam editionem Latinam intra annos 1442. et 1450., aſt repetitas, tum Latinam tum Belgicam, intra proximum decennium adſpexiſſe lucem.

(*l*) Vid. ſupr. *Cap. V.* §. 12.

§. IV.

## §. IV.

Dum haec peragebantur Harlemi, maius longe incrementum typographica ars Moguntiae acceperat, praecipue ob ſubſtitutionem literarum e metallo. In ea re priſtinus officinae Laurentianae famulus, Jo. Gensfleiſchius ſenior, primum ipſe occupatus, poſtea Gutenbergio, a. 1444. vel ſequente Argentina reduci, dux fuit, tandemque lampada tradidit. Gutenbergius, quo melius promovere artem poſſet, a pluribus interea adjutus, mox a. 1450. cum ſolo Fauſto ſocietatem inivit, qua a. 1455. ob mutuas contentiones diſſoluta, inſtrumentum Gutenbergii typographicum Fauſto ob non reſtitutos, quos hic largitus illi erat, nummos ceſſit (*m*). Ubinam vero deinceps fortunarum ſedem fixerit Gutenbergius, hodie diſputatur. Anonymus enim auctor mſ. Lambethani, cuius excerptum ATKINSIUS edidit (*n*), tradit, Gutenbergium artem Harlemi exercuiſſe, quo tempore officinae typographicae illic operarius pretio ab Anglis corruptus fuit; id eſt intra annos 1454. et 1459. At humani ſeſe aliquid paſſum hoc ipſo loco auctor oſtendit, dum exercitium non modo ſed et inventum artis Harlemi tribuit Gutenbergio, quem ſcribere debuerat, principiis artis in ea urbe inventrice olim imbutum, nova poſthac reperta Moguntiae ſuperaddidiſſe. Eodem vero reſpectu lapſus fuit NATALIS COMES (*o*), dum typographiae primum excogitatum in memorata Hollandiae urbe a. 1453. Gutenbergio tribuit, qui tamen hoc anno certiſſime adhuc degebat Moguntiae. Sed utrique ſcriptori errandi originem praebuit partim confuſio duplicis imprimendi rationis ligneo metallicoque charactere, quarum

(*m*) Vid. SCHWARZII *primar. docum. Part. I. p.* 18. *et* 28. KÖHLER *ehrenr. Gutenb. p.* 34.
(*n*) *Append. N.* 92.
(*o*) *Ibid. N.* 87.

rum illa Harlemenſibus, haec Moguntinis ipſique Gutenbergio debetur (*p*), partim ignorantia verae epochae, quando Harlemi commoratus eſt, ut artem addiſceret, Gutenbergius, ſcil. a. 1435. (*q*) Alterum vero ipſius iter in eam urbem poſt a. 1455. ad erigendam nempe illic officinam, ſuſpectum redditur epitaphio Theod. Martini, quod huic demum translationem impreſſoriae artis metallico charactere e Germania Galliaque ad Belgas (circa a. 1472.) tribuit (*r*): unde anteriora Gutenbergii apud Harlemenſes exercitia corruere manifeſtum eſt; idque non aeneis modo, ſed et ligneis literis, quum fingi vix poſſit, eum, qui metallicam artem Moguntiae jam compleverat, in Hollandia ligneos deinceps typos adhibuiſſe, atque ita fruge reperta ſuſtinuiſſe ſeſe glandibus. Neque magis vero eſt ſimile, Gutenbergium poſt diſſidia cum Fauſto Argentinae denuo in artem incubuiſſe, quum huius urbis tabularia poſt a. 1445. de illo ſileant (*s*), et qui hoc tradidere, ACH. PIRM. GASSARI et JO. FRID. FAUSTUS AB ASCHAFFENBURG, in errorem videantur inducti ex priſtinis Gutenbergii illic tentaminibus (*t*). Verius omnino eſt, eum in urbe ſua natali Moguntia domicilium conſtanter porro tenuiſſe, atque aliorum, praeſertim Conradi Humery, Syndici Moguntinenſis, ſum-

(*p*) Vid. *Cap. IV.* §. 3. *ſeqq. Cap. VII.* §. 2. *ſeqq.*

(*q*) Vid. infr. *Cap. VIII.* §. 8.

(*r*) Vid. ſupr. *Cap. V.* §. 1. not. *e.*

(*s*) Id teſtatur SCHÖPFLINUS *Cap. IX.* §. 3. cui nata inde occaſio, Gutenbergium per integrum plane decennium ab a. 1455. ad 1465. Harlemo aſſignandi, ubi quid rerum geſſerit ipſe neſcius, fruſtra quoque ex illius Hollandiae urbis tabulariis aliquid praeſidii exſpectavit.

(*t*) GASSARUS ſcil. male id intulit e verbis AVENTINI. vid. *Append. N.* 68. *in not.* FAUSTUS vero ASCHAFFENBURGIUS, in *Diſcurſu* apud KÖHLER *p.* 91., licet Gutenbergium recta Argentinam profectum tradat, (quo certe fieri poteſt, ut ob domeſtica quaedam negotia breve iter fecerit) dubitanter tamen addit, eum forſan illic officinam inſtruxiſſe. Sic igitur retracto, quae ſcripſeram in *Conſpectu* meo *p.* 29. *in not. et* 73.

ſumtibus adjutum nova illic erexiſſe prela (*u*); quandoquidem auctor fere coaevus JO. PHIL. DE LIGNAMINE ad a. 1458. Gutenbergii impreſſiones Moguntiae aſſignavit (*x*), alterque in opere mſ. ſeculi XV. ineuntis, eoque optimae fidei, *apologiam* Dieterici Iſenburgici, Archiep. Moguntini a. 1462. exinde prodiiſſe ſcribit (*y*), tandemque certum eſt, Gutenbergium a proximo Archiepiſcopo Adolpho literis d. 17. Januarii 1465. inter huius aulicos annuo cum ſtipendio receptum fuiſſe, eoque defuncto apparatum ipſius typographicum ad laudatum Humerium, cui forte oppignoratus fuerat, proprietatis jure perveniſſe, teſtibus huius literis, menſe Februario 1468. datis (*z*).

## §. V.

Ita vero ſenſim pervenimus ad eam epocham, quando typogra-

(*u*) Ita etiam cl. SCHWARZIO viſum eſt in *primar. docum. Part. I. p.* 27. *ſeq.*

(*x*) Vid. *Append. N.* 16.

(*y*) In libro ſcil. inedito *de diſſidio Moguntino*, unde excerptum ſequens ad me miſit illius poſſeſſor, vir humaniſſimus STEPH. ALEX. WÜRDTWEINIUS, Canonicus Moguntinus: *Er lies auch Dieterich von Iſenburg* (*Archiepiſcopus cedere nolens Adolpho*) *einen openen brief abgehn, darinnen er ſich ſeiner abſetzung halben, als unrechtmaſſig, verthädigt, und wurden vieln exemplaria gedruckt von dem erſten buchdrucker zu Mayntz, Johann Guttenberg, und hin und wieder in ſtadten angeſlagen, und iſt das brieffs inhalt, wie folgt: etc. Geben zu Hochſt Dinnſtag nach dem Sonntag laetare anno* 1462. Cui ſimilia, non memorato tamen primi impreſſoris nomine, tradidit CHRIST. LEHMANNUS in *Chronico Spirenſi Lib. VII. c.* 105. huiusque deductionis, duabus modo plagulis ſive quatuor foliis impreſſae absque anni, loci, vel typographi mentione, vidiſſe ſe exemplar teſtatur SCHWARZIUS *Part. II. p.* 13. *ſeq.* Ex hac ipſa Gutenbergii officina *Catholicon* a. 1460. prodiiſſe oſtendam in *Append. N.* 3*. Et forte eidem quoque prelo debentur *Statuta provincialia Moguntina antiqua et nova*, editionis antiquiſſimae, forma quarta maiore, ſine anno, loco, aut artificis nomine vulgatae, cuius exemplar aſſervatur in Coenobio Benedictinorum extra muros Moguntiae, prout idem cl. Würdtweinius mihi ſcripſit.

(*z*) Utramque chartam primus in lucem protulit GEORG. CHRIST. JOANNIS *Tom. III. Script. rer. Mogunt. p.* 424. qui etiam *Tom. II. p.* 156. *in not. ad* §. 5. quaedam de hoc Humerio notavit. add. KÖHLER *ehrenr. Guttenb. p.* 102.

graphia Harlemo ad Anglos devoluta eſt. Hiſtoriam ejus rei ſervavit nobis laudatus ſcriptor Britannus (z*), cuius haec ſumma. Thomas Bourcherius, Archiepiſcopus Cantuarienſis, poſtquam Henrico VI. Regi perſuaſiſſet introductionem preli in Angliam, bene vidit, eo perveniri non poſſe, niſi ſeducto opifice Harlemenſis officinae, quam artis olim genitricem fuiſſe, nunc alumnam, literatis conſtabat Britannis. Huic itaque negotio deſtinata fuit mille marcarum ſumma, ad quas ipſe Archiepiscopus obtulit trecentas. Ad exſecutionem rei electus Robertus Turnour, Regi perquam carus et a re veſtiaria, qui ſocium ſibi adſcivit Caxtonum. Ut occulte hoc omne perageretur, Turnourus, itineri ſeſe accingens, barbam crinesque miſit; Caxtonus vero ſub praetextu commercii, quod cum Batavis antea exercuerat, palam ſeſe coram iis producere non verebatur. Hollandiae igitur appulſi oris per ambages Amſtelodamum primo, moxque Leidam tendunt; Harlemum intrare non auſi, quod huius urbis magiſtratus plures alios, qui ſimili animo e regionibus exteris illuc advenerant, carceri incluſiſſet. Poſt varia obſtacula contractu cum duobus Belgis inito ſtipulantur, ut operarius quidam, totius artis probe gnarus, ſibi miniſtraretur; cuius rei Turnourus Regem literis certiorem fecit, alias inſimul quingentas marcas expetens, quod praecedens ſumma maxima ex parte muneribus jam abſumta eſſet. Iis autem nummis receptis negotium ex voto ſucceſſit, corrupto officinae Harlemenſis opifice, cui nomen Frederici Corſellis erat. Hic itaque clanculum ſeſe ſociis ſubduxit, ac mutatis veſtibus navim, quae praeſto erat, conſcendit, eaque Londinum recta translatus eſt. Quum vero conſultum haud videretur, ut in ipſa Angliae metropoli artem exerceret, hortatu Archiepiſcopi, Academiae Oxonienſis quondam Cancellarii, magna cuſtodia, ne forte aufugeret, deductus Oxoniam eſt, ut illic promiſſa adimpleret, artemque impreſſoriam alios doceret. His-

(z*) *Append. N.* 92.

Hiſtoria haec, quam peculiari diſſertatione adverſus impugnationes aliorum vindicabimus, contingere debuit intra annos 1454. et 1459. nam d. 22. Aprilis a. 1454. Thom. Bourcherius electus fuit Archiepiſcopus Cantuarienſis (*aa*), et a. 1460. d. 4. Martii Henrico VI. jam ſucceſſit Rex Eduardus IV. (*aa**).

## §. VI.

Examinare vero hac occaſione non inutile erit, anne etiam typi, quibus Harlemenſis officina tum utebatur, ab hoc opifice, Frid. Corſellis, ſurrepti, inque Angliam advecti fuerint; quemadmodum a. 1440. per Gensfleiſchium ſeniorem pervenerant ad Moguntinos. Disquiſitioni huic anſam praebet annotatio mſ. praemiſſa, ut SAM. PALMERIUS (*ab*) refert, libro *Miſcellaneorum* Anglico (*ab**), absque temporis quidem nota, attamen circa a. 1490. edito, qui in bibliotheca THOMAE HERBERT, Pembrokiae et Montis Gomerici Comitis, reperiebatur, jam vero penes huius nepotem delitescit (*ac*). Tradidit ſcil. illius auctor, hunc librum

(*aa*) Vid. *Canonici Lichfeldenſis indiculus de ſucceſſ. Archiepiſcopor. Cantuar. Tom. I. Angliae ſacrae* HENR. WHARTON *p.* 123. et FRANC. GODWINI *Commentar. de Praeſul. Angliae p.* 129. *ſeq.*

(*aa**) Hanc epocham ipſa ſtatuta regia illius temporis conſtituunt, licet CAXTONUS in *Chronico* initium regni Eduardi IV. ad a. 1459. SPEEDIUS aliique, imo ipſi etiam Monachi Benedictini *dans l'art de verifier les dates p.* 653., ad. a. 1461. referant. vid. JO. LEWIS *life of Wyl. Caxton p.* 31. *ſeq.*

(*ab*) *Hiſtory of printing Lib. III. Cap.* 3. *pag.* 135. quae numerari debuit 327.

(*ab**) Opus hoc, quod orditur a nominibus Baillivorum et Praetorum urbis Londinenſis, (*the Baylyſs, Cuſtoſe, Mayers and Sherifs of the city of London*) vulgo nuncupatur *the Cuſtoms of London and* ARNOLDS *Chronicle*, ab auctore RICHARDO ARNOLD: quia autem varia inſuper miſcellanea continet, eum Palmerius *Miſcellaneorum* librum vocavit. Conf. de hoc libro *Catal. Biblioth. Harleianae Tom. III. p.* 31.

(*ac*) Hanc bibliothecam in praedio Pembrokiano, Wiltoniae prope Sarisburiam ſito, a. 1756. quum lauto illic a Comite Henrico exciperer hoſpitio, videre licuit. Sed quum nullo ordine diſpoſiti eſſent libri, neque hoc opus, neque alia, quae examinandi miro flagrabam deſiderio, exhiberi mihi potuerunt.

brum excuſum eſſe S. Albani, et quidem ipſiſſimo *Speculi Belgici* charactere; utque nemini mirum hoc videretur de libro illic loci (non vero Oxoniae) impreſſo, addidit, legiſſe ſe, Corſellium imprimendi artem docuiſſe veterem illum, qui S. Albani tum libris compilandis, tum exercitio typographiae, inclaruit, ludimagiſtrum. In ea narratione videri prima fronte poſſet nihil veritati abſonum. *Speculum* certe *Belgicum* ſecundae editionis, quum intra annos 1450. et 1460. prodiiſſe videatur, huiusque characteres in nullo alio opere apud Belgas poſthac edito reperiantur, anne in dubium vocabimus, quod anonymus Anglus indicavit, typos *Speculi* per Corſellium in Britanniam translatos, indeque ad impreſſorem S. Albani devolutos, atque ab hoc circa a. 1490. ad librum *Miſcellaneorum* adhibitos; qua ratione etiam typos e metallo ſculptos, qui a. 1457. et 1459. *Pſalterio* in urbe Moguntia inſervierant, adhuc a. 1490. ad tertiam editionem uſurpatos fuiſſe novimus (*ac**)? At re penitius examinata varia ſunt, quae eandem narrationem plusquam ſuſpectam, imo falſam reddant. Primum eſt, quod ipſa annotatio evincat, eam non deberi peritisſimo Pembrokiae Comiti, ut perſuadere lectoribus Palmerius voluit (*ad*), ſed alii cuidam anonymo (*ad**), quem ego ipſum Palmerium, inſignem, dum viveret, impoſtorem, inque aedibus Pembrokianis familiarem, fuiſſe ſuſpicor. Alterum, quod circumſtantia, de edocto per Corſellium in arte impreſſoria ludimagiſtro Albanenſi, absque ullo teſtimonio illic legatur, quale profecto neque CON. MIDDLETONUS (*ae*), neque JO. LEWIS (*af*), neque

(*ac**) Vid. ſupr. *Cap. I.* §. *ult.*

(*ad*) *Dict. loc. pag.* 137.

(*ad**) Auctor quippe ſemper in tertia perſona de Pembrokiae Comite loquitur, v. g. *as may be ſeen in my Lord's books*, itemque *the which my Lord alſo has.*

(*ae*) *Diſſertation, concerning the origin of printing in England.* Cambridge 1735. in 4.

(*af*) *Life of Mr. Wyllyam Caxton.*

que JOS. AMES (*ag*), qui de originibus typographicis in Anglia data opera egere, ex ullo veteri libro produxerunt. Tertium, quod opera olim apud S. Albanum impreſſa, et hucusque cognita, qualia in variis Londini, Oxoniae, et Cantabrigiae bibliothecis diligenter luſtravi, diverſiſſimas a *Speculo* literas referant (*ah*). Quartum, quod nullum indicium anonymus proferat, unde ipſi conſtiterit, hanc editionem S. Albani prodiiſſe, (qualis profecto et laudatos bibliographos, et literatos, quos conſului, Anglos, omnino latuit) tres autem vetuſtae, cognitaeque hactenus, *Miſcellaneorum* editiones pariter characterem a *Speculo* diſſimilem teſtentur (*ai*). Denique totam hiſtoriam, de translatione typorum *Speculi Belgici* in Angliam, falſi convincit primus ſtatim liber illic editus, nempe S. HIERONYMI *expoſitio in Symbolum Apoſtolorum*, Oxoniae 1468. qui quum jam aliis plane literis, ipſo fatente anonymo (*ak*), deſcriptus fuerit, ſubvertendis omnibus hiſce figmentis par eſt.

---

(*ag*) *Typographical antiquities.*

(*ah*) Quales ſunt GUL. DE SAONA *Rhetorica*. 1480. *Chronicle of St. Albans, or fructus temporum*, circa a. 1483. *The booke of haukyng and huntyng*. 1486. Add. ſpecimen figuratum apud AMES *dict. lib. ad p.* 463.

(*ai*) Ita ad me ſcripſit v. cl. inque antiquitatibus Angliae typographicis verſatiſſimus, M. C. TUTET, qui trium harum editionum poſſeſſor eſt, et *Speculi* praeterea ſpecimen figuratum aſſervat. Duae vero priores Conſuetudinis Londinenſis editiones in fol. absque anno et loco prodiere, typis, ut creditur, Rich. Pinſon, earumque una pertingit ad ann. 18. regni Henrici VII. id eſt ann. a N. C. 1503. altera, (quam penes cl. JACOBUM WEST, literarum amantiſſimum, Londini etiam vidi) ad a. 12. Henr. VIII. ſive a. 1521. Tertia, figuris inſtructa, prodiit forma quarta. Eas omnes, neque ullam S. Albani, memoravit quoque diligentiſſimus AMES *dict. opere p.* 122. *ſeq.*

(*ak*) Ait enim: *the types at Oxford were like thoſe of Fauſt*; *the types of this at St. Albans are like the Dutch Spieghel* etc. Add. Specimen figuratum huius editionis Hieronymianae, apud AMES *dict. lib. ad p.* 437.

## §. VII.

Officina Laurentiana, rejecto typi genere, quod *Speculo* inſervierat, alio deinde ad varia opera uti coepit. Huic quippe adſcribenda editio eſt *Hiſtoriae Alexandri magni*, *Regis Macedoniae*, *de proeliis*, quae folio minori ſculptoque charactere (*al*) prodiit, absque ullis adhuc vel ſignaturis, vel cuſtodibus, vel numero paginarum, qui ad 92. adſcendit. Hic liber *Belgico Speculo* primae editionis adhaeret in bibliotheca publica Harlemenſi, inque eius limine manus, quam medii ſeculi XVI. eſſe ſcriptura docet, haec verba appoſuit: *Die my diet boeck geſchoncken heeft*, *heeft my gheſeyt*, *dat het binnen Haerlem gedruckt es; want dus plach men van outs te drucken* (*am*). Paulum vero recentior: *Hendrik Dirricx Mes heeft dit boeck Willem Jansz. Verwer ghegeve tot een memorie.* 1586$\frac{5}{4}$. *in dextera virtus* (*an*). Ex priore hoc teſtimonio de loco impreſſionis Harlemo conſtat. De tempore vero non multum laborandum videtur. Ipſi enim Laurentio tribui hunc librum non poſſe inde manifeſtum eſt, quod typi nitore atque elegantia longe praeſtent illis, qui in primo *Speculo* ac *Donatis* occurrunt, ut bene obſervavit, qui hoc ipſum exemplum penes Wilhelmi Verwer filium agnatumve, Nicolaum, manibus tractaverat, SCRIVERIUS (*ao*). Imo omnibus quatuor *Speculi* editionibus illud aetate

(*al*) Patet hoc ex earundem literarum inaequalitate, quam tum in hoc, tum in tribus operibus mox recenſendis obſervavi, poſt inſtitutum diligentiſſimum examen.

(*am*) Id eſt: *Qui hunc librum dono mihi dedit*, *affirmavit*, *eum Harlemi excuſum eſſe; hac enim ratione olim impreſſiones fiebant.*

(*an*) Latine: *Henricus Theodori fil. Mes hunc librum Wilhelmo Joh. fil. Verwer in perpetuam memoriam donavit.* 1586$\frac{5}{4}$. *In dextera virtus.*

(*ao*) *Laure-crans p.* 105. Longe igitur a vero aberravit CAR. ELLISIUS in *Transact. Philos.* N. 286. *p.* 1416. et in WOLFII *Monum. typogr. Tom. II. p.* 978. qui huic libro, Harlemi a ſe viſo, eandem antiquitatem atque primo *Speculo Belgico* tribuit, eumque jam ad a. 1430. accenſet.

tate poſtponendum ſuadent novi hic obvii artis progreſſus, videl. maior linearum rectitudo, porro adjectum, ubi oportebat, ſignum interrogandi, itemque debita vocum in extremo linearum per ſyllabas ſeparatio, quandoque etiam, non ſemper, diviſionis ſigno expreſſa; denique quadrata, loco coecarum literarum adhibita. Quum vero proficiſci hoc opus non potuerit a typographis, qui poſtea Harlemum advenere, jamque fuſilibus literis impreſſerunt, prout collatio cum libris ex eorum prelo vulgatis confeſtim me docuit, illius epocha intra annos 1460. et 1470. collocanda videtur.

Ipſiſſimo hoc charactere, ut ex utriusque operis comparatione certo certius eſt, prodiere tum FLAVII VEDATI (pro VEGETII) RENATI *epitoma de re militari*, tum B. HIERONYMI, *presbyteri*, *liber de viris illuſtribus*, quae opera in unum volumen folii minoris colligata aliquot abhinc annis nactus ſum. In his quum eadem porro indicia, et praeterea duo puncta, reperiantur, ex eadem officina, quanquam paulo ſerius, prodiiſſe illa oportet. In *Catalogo bibliothecae Uylenbroekianae* (*ap*), ubi haec ipſa VEGETII editio occurrebat (*aq*), obſervatum fuerat, eam judicio peritorum prodiiſſe circa a. 1468. quod ſatis mihi videtur probabile, idemque adeo de libro HIERONYMI dictum velim.

Iisdem denique typis prodierunt *Opera varia* THOMAE A KEMPIS, quae ſpiſſum volumen fol. min. conficientia ex principe hac editione in muſeo ſuo aſſervat JOH. ENSCHEDIUS (*ar*). Eius operis

(*ap*) *Part. I. p.* 167. edit. Amſtelod. 1729.

(*aq*) Eam in bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi quoque reperiri, cl. FOURNIERIUS, cui meum exemplum transmiſeram, ad me ſcripſit.

(*ar*) Praemiſſa huic libro eſt tabula, quae elenchum ſingulorum tractatuum continet. At praeter eos, qui illic recenſentur, additum in hoc exemplo reperitur iisdem ſemper typis *Soliloquium animae*, quod operum THOMAE agmen claudit. Abeſt vero ab hac ſylloge tractatus *de imitatione Chriſti*, qui num ſcriptori noſtro debeatur, ſeculo praecedente acriter diſputatum eſt. Caeterum huius editionis, ut et trium praecedentium librorum, ſpecimina figurata videre eſt *Tab. VII.*

ris fronti, literis miniatis, adſcriptum eſt: *Alberto Alberti pbrō ī Haerlem*, et quidem manu, quae ſeculi XV. ſcripturam exhibet, primumque, niſi me omnia fallant, libri poſſeſſorem indicat; quod belle quadrat cum teſtimonio *Hiſtoriae Alexandri M.* appoſito de impreſſione apud Harlemenſes, quum typus utriusque ſit ipſiſſimus. In hoc libro novos iterum progreſſus obſervavi in re typographica, quum praeter criteria memorata hic etiam ſemicolon occurrat, imo cuilibet maiori ſpatio, quod pingendis literis capitalibus (*as*) deſtinatum fuit, inſerta ſit parva literula impreſſa, ut pictori dux eſſet; quae vero in VEGETII ac HIERONYMI editionibus manu appoſita, atque a pictore, poſtquam uſui inſerviiſſet, eraſa cernitur. In fronte operis auctor THOMAS A KEMPIS jam dicitur defunctus, quumque conſtet, eum ſupremum diem obiiſſe d. 25. Julii a. 1471. (*at*), haec ſcripta mox a. 1472. vel inſequente lucem vidiſſe probabile eſt.

## §. VIII.

Poſt haec vero tempora haud diu ſubſtitiſſe arbitror officinam primigeniam. Non continuaſſe ſaltem Laurentii nepotes, Petrum Andreamque Thomae, operas usque ad mortem, quae a. 1492. (*au*) accidit, inde colligo, quod tabulae ligneae Speculi jam a. 1483.

(*as*) Hae literae initiales non quidem auro, attamen aliis coloribus, in exemplo Enſchediano inſignitae ſunt, et nitore atque elegantia multum praeſtant illis, quas in variis exemplis *Bibliorum* Fauſti 1462. *Officiorum* CICERONIS 1465. aliisque libris in Germania ſuperiore editis obſervavi. Omnibus vero antecellunt illuminationes Italicae, quales exſtant perpulchrae in meo exemplo LACTANTII, monaſterii Sublacenſis 1465. variisque editionibus primaevis penes cl. ASKEW M. D. Londini, et JOS. SMITH Venetiis, quaeque magnam partem Andr. Mantegnae, pictori celeberrimo, tribuuntur.

(*at*) Vid. HERIB. ROSWEYDI *notae ad vitam* TH. A KEMPIS, ſubjectam *libris* huius *de imitatione Chriſti*, ex edit. Antverp. 1617. *p.* 515.

(*au*) Vid. ſupr. *Cap. II.* §. *ult.*

1483. alium poſſeſſorem nactae fuerint, ſcil. Jo. Veldenarium, qui eas diſſectas novae tum editioni in quarto minore accommodavit (*ax*). Probabile igitur eſt, principis officinae dominos, qui ſculptis typis uti hucusque debuerant, poſt Martinianae ſcholae (in fundendis literis jam exercitatae) ad Belgas adventum, labores ſuos animadvertiſſe difficiles nimis et ſumtuoſos, atque ita jam inutiles; conſtituere vero penes ſe haud potuiſſe, ſive ob vergentem aetatem, ſive quod in re lauta conſtituti eſſent, novae ut arti fuſoriae operam impenderent. Inde ergo evenit, ut officina, quae per quadraginta fere annorum curriculum ſubſtiterat, tandem collapſa, praecipuus illius apparatus aliis typographis divenditus, caetera vero, quae detrita vel exoleta evaſerant, in alium uſum converſa fuerint; quemadmodum typi, quos e metallo ſculptos adhibuiſſe poſtremis temporibus (adeoque diu poſt Moguntinos) videntur, oenophoris conficiendis inſervierunt (*ay*). Priſtini itaque famuli, poſtquam fuſoria arte innutriti eſſent, domicilium ſuum alio tranſtulerunt, partim ipſos Alpes transgreſſi. Certe Nicolaus Petri *de Harlem* impreſſor occurrit Vicentiae a. 1477. Henricus *de Harlem*, Bononiae a. 1482. ſeq. poſteaque Senis a. 1490. Gerardus *de Harlem* Florentiae a. 1498. (*az*) Novi autem impreſſores, quales a. 1472. in variis Belgii urbibus ſedem fixere, ſerius deſcenderunt Harlemum, unde impreſſiones anni nota inſignitas proveniſſe haud novimus ante a. 1484. a quo tempore nonnulli libri absque typographi indicio

(*ax*) Vid. *Cap. V.* §. 6.

(*ay*) Vid. ſupr. *Cap. IV.* §. 7.

(*az*) Vid. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 224. *et* 255. *edit. ſecundae.* Ridiculus vero eſt SEIZIUS, dum *Cap. VIII. p.* 173. *ſeq.* Nicolaum Jenſon, celebrem impreſſorem Venetum, Hollandum quoque ſtatuit, qui ſe ipſum vocavit Gallicum. Imo conſtat jam, cum directorem antea monetae Turonis fuiſſe, artemque imprimendi Moguntiae didiciſſe. vid. CL. DE BOZE *Memoires de l'Academie des inſcriptions Tom. XIV. p.* 236. *ſeq.*

dicio (*ba*), unicum vero BARTH. ANGLICI opus *de proprietatibus rerum* Belgice redditum a. 1485. adjecto impreſſoris, Jacobi Bellaert Zirizeani, nomine illic prodiere. At has quoque operas brevi ceſſaſſe oportet; neque enim poſt a. 1486. quantum conſtat, ullus liber ea in urbe poſthac excuſus fuit usque ad a. 1561. quando viri egregii JO. ZURENUS et THEOD. COORNHERTIUS conjunctis viribus novum prelum Harlemi erexere (*bb*), eoque nomine non minus quam ſcriptis ſuis bene de literis meriti ſunt. Nobis vero, in domo Laurentiana per longum tempus, nec tamen incaſſum, commoratis, Harlemo, quin et Belgio tantiſper valedicere animus eſt, et Germanorum acta in re typographica attentiori perluſtrare oculo.

---

(*ba*) v. c. *der Sondaren troeſt door* JAC. DE THERAMO, item *ſumme le Roy, of des Conincs ſumme;* porro OTT. VAN PASSAU *gulden throon of der* 24. *ouden*, omnes a. 1484. *Die epiſtelen ende evangelien*, nec non *Het boeck van den Pelgrim* a. 1486.

(*bb*) Primus quippe liber hoc anno ex eorum prelo exiit, (videl. *Ciceronis officia* ex Belgica COORNHERTII interpretatione) cui praemiſſum eſt in dedicatione teſtimonium de inventione artis apud Harlemenſes, ubi inter alia additur, typographiam ab ipſo et conſortibus Harlemi tum inſtauratam, ac velut ſurculum e radicibus antiquae arboris ſuboleſcentem; quod profecto recte dici a Coornhertio potuit ob magnum 75. annorum, quando nulla illic officina exſtiterat, intervallum, neque reprehendi idcirco a SCRIVERIO debuerat in *Laurea Cap. XX.*

CAPUT VII.

# C A P U T VII.

## *Nova Moguntinenſium inventa typographica.*

§. I.

Impreſſoriam artem in Germania repertam tot ſcriptores, non illius modo nationis, ſed et exteri, iique aut tempore inventionis jam nati, aut proxime ad hoc accedentes tradiderunt, ut huius rei veritatem in dubium vocare omnino temerarium ſit. Dixeris ſub Germaniae appellatione generali Belgium quoque comprehendi, adeoque ad inventa, quae Laurentio aſſeruimus, optime haec accommodari poſſe. At vero multi ex his ſcriptoribus loci etiam mentionem faciunt, eumque Moguntiam ſtatuunt unanimi fere ſuffragio (*a*). Neque ſic tamen verendum eſt, ut optima Batavorum cauſa aliquid inde patiatur detrimenti: qua de re ne ullum porro lectori ſuperſit dubium, in naturam artis apud Moguntinos repertae, illius auctores, veramque epocham inquirere utile erit; maxime quum totum hoc argumentum ab omnibus, qui origines typographicas perſcrutati ſunt, tum exteris, tum noſtratibus, mire perturbatum, erroribusque admixtum fuerit.

§. II.

Primus impreſſor Moguntinus, (Jo. Gensfleiſchius ſenior) poſtquam defectum obſervaſſet ligneorum typorum, quibus ALEX. DE VILLA-DEI et PETRI HISPANI opuſcula excuderat (*b*), neceſſitatem

(*a*) De Argentorato, ut inventrice artis, nemo verba fecit ante JAC. WIMPHELINGIUM in *Germania cis Rhenum*, impreſſa a. 1501. vid. *Append. N.* 44. ibique notata.

(*b*) Vid. ſupr. *Cap. IV.* §. *ult.*

tem iis metallicos ſubſtituendi (ut de emendatione totius apparatus typographici ſileam) facile perſpexit. At horum ſculptura multum temporis, laboris, ſumtuumque requirebat. Ne itaque, dum omnia haec praeparabantur, nihil interea ageret, recurrere ad ligneas tabulas e re ſua duxit, quae exiguis opuſculis (*c*), uſusque quotidiani, non male videbantur accommodatae. Iis certe inciſa fuiſſe *Tabulam alphabeticam*, *Catholicon*, *Donati Grammaticam*, et *Confeſſionalia* novimus, quibus accenſeri opuſcula quaedam figurata forte non injuria poſſent (*d*). Donec tandem a. 1450. poſt ſuperatas maximas difficultates *Biblia Latina* typo metallico eoque grandiori deſcripta ſunt (*e*), quae arte ſtudioſe oc-

(*c*) Huius fuiſſe naturae, qui fixis typis Moguntiae olim deſcribebantur, libros omnes et ſana ratio dictat, et FAUSTI ASCHAFFENBURGII *diſcurſus* e familiae documentis confectus, apud KÖHLER *Ehrenr. Guttenbergs p.* 90. *ſeq.* indicat. Unde mirari ſatis non poſſum, per *Catholicon* tabellis inciſum, de quo P. SCHOEFFERUS apud TRITHEM. *in Ann. Hirſaug. App. N.* 4. verba fecit, viros doctos hucusque intellexiſſe vaſtum illud JO. DE JANUA lexicon, cuius editio tabulis impreſſa neque reperta fuit hactenus neque reperietur unquam; quum accipi hoc debeat de perbrevi quodam vocabulario, ſcholis deſtinato, cui a communi uſu *catholici* nomen tribuebatur; uti rectiſſime jam obſervavit ill. SCHÖPFLINUS in literis ad me datis 4. Dec. 1759. Et huius etiam generis *Donatus* erat, cuius praeter Fauſtum Aſchaffenburgium *d. l.* etiam MARIANG. ACCURSIUS apud ROCHAM *App. N.* 95. meminit, cuiuſque libelli, grandiore, ut Rocha addit, typo inciſi, ſupereſt etiamnum tabula lignea in bibliotheca Huberiana Baſileae; huiuſque impreſſio me docuit, melius jam tum formatos characteres, et lineas aequalis magis diſtantiae fuiſſe, quam in operibus Harlemenſibus, tam mobilis quam fixae impreſſionis. Illius tabellae, quae promiſſa mihi, ſpecimen ornabit aliquando, volente Deo, *antiquitates* noſtras *Moguntinenſis typographiae*. Caeterum praeceſſiſſe *Catholicon* aliaque opuſcula xylographica impreſſionibus metallicis, et nominatim *Bibliis*, a. 1450. ut mox patebit, excuſis, ex eadem Petri Schoefferi relatione conſtat. Accurſius quidem *Donatum* a. 1450. prodiiſſe ſcribit; verum hic per Jo. Schoefferum Petri fil. in errorem inductus videtur, qui memorato anno prima inventa typographica attribuit, omnia anteacta aut ignorans aut diſſimulans. vid. *Append. N.* 47. Eademque de cauſa a vero noſtra aetate aberravit DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. IV. p.* 71. qui *Catholico a.* 1453. aſſignat.

(*d*) Vid. infr. *Cap. IX.* §. 12.

(*e*) *Biblia* haec, a. 1450. (ZELLIO teſte apud *Chronographum Colonienſem*) typis com-

commiſſa, de quibus multum hucuſque diſputatum, illius eſſe editionis, quae duobus voluminibus fol. maj. in membrana charactere majuſculo excuſa aſſervatur in coenobio Benedictinorum extra moenia urbis Moguntiae, ſatis probabile reddidiſſe me arbitror in *Conſpectu Orig. typogr. p.* 46. in eaque ſententia confirmatus ſum ulterius, poſtquam beneficio cl. PESTELII (qui penes ill. WARTENSLEBIAE Comitem, Ordinum noſtrorum ad varios S. R. I. Electores legatum, Secretarii munere fungitur) ſpecimen illius operis figuratum ſane accuratiſſimum recepi, eoque mox per cl. DUVIUM Hanoverae cum typis *Pſalterii* a. 1457. collato, utriusque libri characteres, ſi a ſola magnitudine receſſeris, eiusdem eſſe formae figuraeque conſtitit. Exemplum vero illud Moguntinenſe, (aeque ac Zelliana editio ſupr. *Cap. III.* not. *i* memorata, cujus tamen character longe minutior eſt) 42. lineis in ſingulis columnis excuſum, integrum ſiſtit codicem ſacrum; unde corriges, quae *loc. cit.*, male tunc a monacho eiuſdem coenobii inſtructus, ſcripſeram: neque hoc tamen unicum eſt, quod mihi innotuit, quum ipſa haec editio tum Berolini in regia bibliotheca duobus voluminibus membranaceis, tum Lutetiae in Collegio Card. Mazarini uno ſpiſſoque volumine chartaceo reperiatur, uti poſt collatum ad haec archetypa noſtrum Moguntinenſe ectypon docuerunt me cl. STOSCHIUS, Regis Boruſſiae bibliothecarius, ac GUIL. FRANC. DE BURE, mercator librarius Pariſienſis, homo peritus literatusque. Sed hujus quidem principis editionis et ſpecimen acri inciſum et pleniorem deſcriptionem alibi, Deo volente, daturus ſum, dum conſuli interea de ea poſſunt auctor Diarii Berolinenſis (*die Berliniſche Bibliothec*) *Vol. I. p.* 278. *ſeq.* et JO. CAR. CONR. OELRICH *beytrage ſur geſchichte und literatur*, *Berl.* 1760. *p.* 300. Graviter autem, me judice, errarunt, qui *Bibliorum* impreſſionem praecipuum conſtituiſſe obiectum ſocietatis inter Fauſtum et Gutenbergium initae exiſtimant. Obſervandum quippe, ſocietatem hanc, quam a. 1455. ruptam conſtat, poſt medium a. 1450. coepiſſe, quum ex lege contractus Fauſtus primam impendendae pecuniae ſummam Gutenbergio mutuo dederit d. 22. Aug. 1450. prout ex inſtrumento a. 1455. rectiſſime calculum inivit DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. IV. p.* 67. Omnes autem ſumtus a Fauſto intra hoc quinquennium ad opus typographicum collati non exceſſerunt 1600. florenos, (aureos hic ſemper intelligimus) neque de ſuo Gutenbergius, exhauſta jam Argentinae re familiari, contribuere quidquam potuit. At minime haec ſuffeciſſent *Bibliorum* editioni, in quam fuiſſe impenſos plusquam 4000. florenos ante completum tertium quaternionem ipſius Fauſti gener PETR. SCHOEFFERUS Trithemio retulit. vid. *Append. N.* 4. Adde, quod praeparationes neceſſariae ad ſculpendos *Bibliorum* characteres caeteraque inſtrumenta conficienda, quae tantam pecuniae ſummam abſumſiſſe videntur, plusquam unius anni ſpatium réquirerent, adeoque, quum jam a. 1450. prela exercuerit *Codex ſacer*, certiſſime ſocietati hoc ipſo anno contractae praeceſſerint. Nec eſt, quod fingamus, inſtrumenta haec jam ante confecta ad Fauſtum Gutenbergiumque ſolos pervenire potuiſſe, qui his inſtructi ſubſidiis ſtatim poſt initam communionem ipſo a. 1450. *Biblia* prelo tradiderint; quum ex documento a. 1455. pateat, eo adhuc tempore, quo Fauſtus alteros 800. florenos Gutenbergio porrexit, ſcil. die 6. Decemb. 1452. (ut rectiſſime computavit Dav. Clemens, perperam reprehenſus a FOURNIERIO *Diſſ. II. p.* 203.) nihil quid-

occultata (*e**) vendi pro manuſcriptis, adeoque magno aere, in proclivi fuit. Quum deinde contracta hoc ipſo anno inter Jo. Fuſt et Jo. Gutenbergium ſocietas typographica proximo luſtro ob mutuas contentiones diſſoluta eſſet, atque ita officina impreſſoria

---

quidquam a Gutenbergio imprimi coeptum, at elapſum a principio ſocietatis biennium in conficiendis inſtrumentis ad opera, quae meditabantur, deſtinatis fuiſſe transactum. Ex his omnibus itaque in confeſſo arbitror, *Codicis ſacri* a Zellio Schoefferoque memorati impreſſionem cum ſocietate Fauſti Gutenbergiique nihil omnino habuiſſe commune, jamque antea fuiſſe peractam, et ſumtibus quidem praecedentis ſocietatis, quae licet viros doctos hucusque fugerit, aliquamdiu tamen inter Gensfleiſchium ſeniorem, Gutenbergium, Meidenbachium, Fauſtum, et forte alios, ſubſtitit, ut poſtea §. 11. docebo. Jam vero, ſi Zellii teſtimonium, qui coeptam a. 1450. *Bibliorum* editionem tradidit, ſtricto ſenſu accipiendum foret, conſequens erit, hoc opus poſt omnes factas praeparationes initio memorati anni prelo (et quidni pluribus ſimul?) commiſſum, intra ſeptem fere menſes (nam d. 22. Aug. jam nova ſucceſſit ſocietas) abſolutum fuiſſe. Sed malim ita interpretari Zellii verba, quaſi a. 1450. coeptam primi libri impreſſi publicationem dixiſſet; queis poſitis jam a. 1449. vel praecedenti typis committi potuit *Bibliorum* opus, quod etiam ſtatuiſſe JO. CHRIST. SEIZIUM video, *derde jubeljaer der Drukkonſt p.* 141. Haec ſi in mentem veniſſent praecipuis in hac materia ſcriptoribus, neutiquam in graves, quos commiſere, prolapſi fuiſſent errores, neque vel FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 21. *ſeq.* Trithemium erroris circa 4000. florenos ad *Biblia* impenſos accuſaſſet, vel KÖHLERUS in *ehrenr. Gutenb. p.* 37. haec *Biblia* cum proximis a. 1462. confudiſſet, vel Dav. Clemens *loc. cit.* perfectionem illius editionis, a binis optimae notae teſtibus diſerte memoratae, vocaſſet in dubium.

(*e**) Poſtquam ſua inventa Harlemenſes, atque Argentinenſes tentamina in ſecreto retinuerant, (vid. *Cap. IV.* §. 8. et *Cap. VIII.* §. 3.) imitati illud ſunt primi impreſſores Moguntini, omnesque etiam miniſtros atque eorum familiares, ne artem quoquo modo manifeſtarent, jurejurando adſtrinxerunt, ſicut PETR. SCHOEFFERUS apud TRITHEM. in *Annal. Hirſaug.* et huius filius JOHANNES in *ſubſcriptione Compendii Trithemiani* 1515. *Append. N.* 4. *et* 47. nos docent. Addit HENR. PANTALEON, *App. N.* 83. eos literas in ſacculis clauſis ſecum in officinas tuliſſe, atque abeuntes abſtuliſſe: quod diſplicet MARCHANTIO *Hiſt. de l'imprim. p.* 26. et FOURNIERIO *Diſſ. II. p.* 39. Verum, uti vix probabile eſt, hoc eo factum tempore, quo in aedibus *zum Jungen* et exercebatur ars, et ipſi commorabantur impreſſores, teſte Schoeffero *d. l.* ita fieri poteſt, ut tranſlata deinceps aliorſum officina ſeorſum habitandum fuerit typographis, hique non auſi typos in ea relinquere domo, quam nemo ipſorum tota nocte occupabat, quotidie hos ad proprium domicilium tranſtulerint. Temerarium profecto eſt in dubium vocare, quaecunque veteres ſcripſerunt, niſi error eorum aut mala fides demonſtrari aliunde poſſit.

ſoria tranſiiſſet ad Fauſtum (*f*), hic artem, quam, ob rumores de ea ſparſos, arcanam in Germania retinere amplius haud poterat (*g*), primus in ſubſcriptione, *Pſalterio* a. 1457. adjecta, prodidit aperte (*g**), vocavitque *adinventionem artificioſam imprimendi ac caracterizandi*, tali ſimul tum in hac, tum in ceteris formulis (*h*), uſus verborum circumſcriptione, ex qua appareat, Fauſtum non de arte generatim, at in ſpecie de ea loqui, quae Moguntiae charactere aeneo inventa ſeſe commendabat ab elegantia (*i*), quamque tantopere extulit, ut exempla, quae pro mſſ.

(*f*) Vid. SCHWARZII *primar. docum. Part. I. p.* 18. *et* 28. KÖHLER *ehrenr. Gutenb. p.* 34.

(*g*) Vid. FAUSTUS ASCHAFFENBURGIUS in *diſcurſu*, apud KÖHLER *p.* 91.

(*g**) In inſtrumento quippe litis a. 1455. ſimpliciter vocatur *opus librorum* (*das werck der bucher*) ut bene obſervavit cl. SCHWARZIUS in *primar. docum. Part. I. p.* 10. *in not.*

(*h*) Vid. *Append. N.* 3.

(*i*) Omnes hucusque *Pſalterium* ob literarum inaequalitatem typis ligneis impreſſum crediderunt, quod ignorarent ex metallo ſculptos, ſub initium fere epochae Moguntinae, ut poſtea conſtabit, repertos, primumque ad *Biblia* a. 1450. adhibitos, quae ZELLIO inde dicuntur primus liber (nova ſcil. arte) Moguntiae excuſus. Sed omnem hac in parte dubitationem eximit SCHOEFFERI relatio apud TRITHEMIUM, qui ſculptas ex aere ſtannove literas fuſis praeceſſiſſe ſcribit. vid. ſupr. *Cap. I.* not. *bx.* DURANDI ergo *Rationale* quum a. 1459. primum fuſis characteribus prodierit, conſequens eſt, *Pſalterio*, quod proxime anteceſſit, ex metallo ſculptos inſerviiſſe. Hoc vero *Pſalterium* (praeter alia forte quaedam opuſcula absque anno et loco edita) praecipuus fuiſſe videtur liber, cui magnifico habitu excudendo durante ſocietate cum Fauſto operam dedit Gutenbergius, etſi octodecim demum poſt rupturam menſibus prodierit; quod ſuſpicatus jam fuit ill. SCHÖPFLINUS in *Diſſ. Gallica p.* 772., ego autem ut credam, ſequentibus inducor rationibus. 1.) Quoniam FAUSTUS ASCHAFFENBURGIUS in *Diſcurſu* ap. KÖHLER *p.* 91. indicat, ſplendidi in membrana operis imprimendi ideam habuiſſe Fauſtum, quando cum Gutenbergio contractum inivit (quod inverſa ratione intelligendum eſt). Hoc vero in *Pſalterium* optime quadrat, quo nullum in hoc genere opus unquam prodiit magnificentius, cuiusque omnia exemplaria hucusque cognita, videl. Bibliothecae Caeſareae, Fribergenſe, Bozeanum, (nunc Praeſidis de Côte) et Duveanum (antea monaſterii Urſelinarum Hildeshemiae) ſunt membranacea. 2.) Quia a menſe Auguſto 1450. ad 6. Decembr. 1452. et forte poſtea adhuc, occupatus fuit Gutenbergius apparandis inſtrumentis et praeparando operi; quod inutile fuiſſet circa alios quosvis libros, quum characteres a-

mſſ. obtrudere popularibus ſuis (*k*) jam non poterat, caro tamen ob

adeſſent ad *Bibliorum* editionem jam adhibiti: verum ad *Pſalterium*, quod choris eccleſiarum inſervire debebat, non modo typi majoris formae, iique nitidiſſimi, ſed et literae capitales plurimae, ſubinde trium quatuorve pollicum menſuram tum longitudine tum latitudine adaequantes, ac variis ornamentis inſignitae, quales illic occurrunt numero 188. ſculpendae erant; praeter ordinarium atramentum triplex aliud, videl. coeruleum, rubrum, et purpureum, et quidem impreſſorium, conficiendum, et forte alia, quae nos latent, praeparanda. 3.) Quoniam ex ſententia judiciaria 1455. patet, illud opus, de quo cum maxime agebatur, menſe Novembri illius anni nondum fuiſſe perfectum, prout etiam SCHELHORNIUS obſervavit *Diſſ. de antiquo Cod. Bibl. p.* 34. *Pſalterium* vero ex officina typographica, quae rupta ſocietate ad Fauſtum tranſiit, demum in vigilia adſumptionis 1457. lucem vidit, ideoque nullam amplius Gutenbergii, at ſolam Fauſti Schoefferique, qui id conſummaverant, mentionem protulit. Ita quadriennium fere prela exercuit opus, quod celeberrimos noſtra aetate artifices in admirationem rapuit, imitari potuit nemo. vid. CL. GROS DE BOZE *Hiſt. de l'Acad. des Inſcriptions Tom. XIV. p.* 254. *ſeq.* FOURNIER *Diſſ. I. p.* 45. *ſeq. et Diſſ. II. p.* 232. SCHÖPFLINI *Vindic. Cap. III.* §. 5. Haec, etſi loco fortaſſe alieno, notaſſe hic ea de cauſa viſum eſt, ne poſtquam *Biblia* ad primam ſocietatem Moguntinam ablegavi, ſcrupulus penes lectorem remaneret, quid durante altera Fauſti et Gutenbergii peragi potuerit; dum de hoc *Pſalterio*, cuius et ectypum et deſcriptionem cl. DUVIUS ad me miſit, plenius ſuo acturus ſum loco.

(*k*) Fauſtus principio nullum extra Germaniam habuiſſe videtur librorum commercium, unde in exteris regionibus ne unum quidem hucusque repertum eſt *Pſalterii* a. 1457. vel 1459. exemplum; quae enim CL. GROS DE BOZE in Gallia poſſedit, eorum prius ex eccleſia S. Victoris Moguntiae, poſterius ex abbatia de Ettenheim Munſter in tractu Brisgovienſi ipſi emtum fuit, prout bene mihi conſtat. Poſtea vero Fauſtus Lutetiae, ubi a. 1466. menſe Julio commoratus eſt, (teſte LUDOV. DE LA VERNADE in exemplo *Officiorum Ciceronis* 1466. quod ipſe ab impreſſore hoc receperat, jamque Genevenſi bibliothecae illatum eſt. vid. DAV. CLEMENS *Biblioth. cur. Tom. IV. p.* 87. SCHÖPFLIN. *Cap. V.* §. *ult.*) quo tempore impreſſoria ars illic nondum cognita erat, Biblia anni 1462. impreſſa pro mſſ. magno pretio vendidit, uſusque ad ea exemplaria eſt ſubſcriptione breviori ac peculiari, quae de arte characterizandi omnino ſilebat; ut probant novem illa membranacea, quae in bibliothecis Pariſienſibus vidiſſe ſe teſtatur JACOBUS LE LONG in *Biblioth. ſacr. Tom. I. cap.* 4. *ſect.* 3. (queis addere potuiſſet duo alia, ſcil. Monaſterii Carmelitarum, et S. Crucis de la Bretonnerie, ac forte plura) quum unum modo illic offendiſſet, idque chartaceum, cum pleniori ſubſcriptione, recentiori procul dubio aetate demum ad Gallos advectum: quae obſervatio fugit tum alios, tum noviſſime FOURNIERIUM *Diſſ. II. p.* 42. et Schöpflinum *d. l.* Pro hac vero fraude lis Fauſto coram judice mota adhuc pependit a. 1470. teſte NIC. CATHERINOTO in *art. imprim. Tom. II. Monum. typ.* WOLFII *p.* 938. eodemque fere tempore officina Fauſto-Schoefferiana inſtitorem Pariſiis conſtituit Hermanum de Stattern: qua de re ſuo loco plura.

ob inſignem, quo prodibant, nitorem venderet. Fauſtum a. 1460. non imitatus modo eſt, ſed jactantia plane ſuperavit, qui novam interea Moguntiae officinam inſtruxerat, Gutenbergius; dum in ſubſcriptione *Catholici* JO. DE JANUA typographiae praeſtantiam maiori verborum apparatu extulit, imprimis ob fuſiles a ſe adhibitos typos, etſi in horum fabrica Fauſto Schoefferoque multum cederet (*l*).

## §. III.

Hoc itaque impreſſionis genus metallicum usque adeo anteriori Belgico praeſtitit, ceu *Bibliorum Pſalteriique* cum primi *Speculi* et utriusque *Donati* editionibus collatio evincit, ut quaecunque inventa Moguntinis praeceſſerant, non ad artem ipſam ſpectare viſa ſint, ſed ad eius praeludia, indeque *artis impreſſoriae* nomine ſcriptores ſeculi XV. et inſequentis intellexerint eam, quae aeneis ſive ſtanneis typis fiebat, Moguntiaeque debebat originem. Aperte hoc teſtatur ULRICUS ZELLIUS (*l**), qui poſtquam artem impreſſoriam Moguntiae repertam, eaque *Biblia Latina* primum omnium prodiiſſe tradidit, mentem ſuam mox clarius exprimit, adjiciens, etiamſi ars Moguntiae reperta fuerit eo modo, quo uſu deinceps invaluit, (charactere ſcil. metallico) eius tamen praeludium in Hollandia repertum, teſtibus *Donatis* ante epocham Moguntinam illic impreſſis; verum multo praeſtantius atque ſubtilius fuiſſe poſterius Moguntinorum inventum anteriori Batavorum. Quam igitur Theodoricum Martini didiciſſe in Germania Galliaque, indeque ad Belgas tranſtuliſſe artem impreſſoriam legimus (*m*), non alia eſt, neque eſſe poteſt, niſi ars metallica, quam eius ſocius

(*l*) Vid. *Append. N.* 3*.
(*l**) Apud *Chronographum Colonienſem*, *ibid. N.* 5.
(*m*) Vid. ſupr. *Cap. V.* §. 1. not. *e*.

cius Joannes de Weſtphalia, impreſſor Lovanienſis, a. 1474. et ſeq. vocavit *induſtrioſum caracteriſandi ſtilum noviſſime adinventum*, itemque *artem caracteriſandi moderniſſimam* (*n*), ad oppoſitionem ſcil. rudioris et antiquioris imprimendi methodi a Laurentio repertae; qua de re nemo ulterius dubitabit, qui elegantes literas a Lovanienſi hoc typographo adhibitas inſpexerit (*n**).

## §. IV.

Ut autem conſtet apertiſſime, Moguntiam nihil hac in parte ſibi adſcripſiſſe, niſi quod ei ſummo jure debebatur, duo in promtu ſunt, quae rem conficiant, argumenta.

Primum eſt, quod nullus veterum ſcriptorum ligneos typos mobiles inventos dixerit Moguntiae; qua de cauſa PETR. SCHOEFFERUS, dum ortum et progreſſum typographices in ea urbe TRITHEMIO expoſuit, omnia anteacta Harlemi praetermittens, disjunctos e ligno characteres, (quos ex Hollandia translatos, ſtatimque ſub initium epochae Moguntinae adhibitos ignorare vix poterat) plane involvit ſilentio (*o*), quod et JO. ARN. BERGELLANUS (*p*), ACH. PIRM. GASSARI (*q*), caeterique (*r*) ſecuti ſunt; donec ſeculo demum XVII. ineunte JO. FRID. FAUSTUS AB ASCHAFFENBURG, ju-

(*n*) Vid. ſubſcriptiones PETRI DE CRESCENTIIS *operi ruralium commodorum*, JUSTINIANI *Inſtitutionibus*, ARISTOTELI *de moribus*, itemque JUVENALI adjectae, apud MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 338. 346. 347. *et* 350. *edit. ſecundae.*

(*n**) Specimen characterum Jo. de Weſtphalia videre eſt *Tab. VIII. in princ.*

(*o*) Vid. ſupr. *Cap. IV.* §. *ult.*

(*p*) *Append. N.* 74. *vers.* 117. *ſeq.*

(*q*) Ibid. *N.* 68.

(*r*) TH. BIBLIANDER quidem, qui a. 1548. ſcripſit, dum gradus artis impreſſoriae recenſet, tabellas primum ligneas, mox typos e ligno ſeparatos, tandemque fuſos characteres memorat. vid. *Append. N.* 79. Sed hic auctor, dum inventionem Argentorato, perfectionem Moguntiae adſcribit, ſolos typos fuſos aſſignare Moguntiae videtur.

junior (*s*), originem Moguntinenſis typographiae a characteribus ligneis, primum fixis, indeque ſolutilibus repetiit, ut omnia hac ratione tribuere poſſet et Moguntiae et atavi ſui fratri Jo. Fauſto, quaſi primo, ut perſuadere aliis voluit, inventori; quorum utrumque optimis repugnare teſtimoniis mox patebit.

Alterum, idque multo fortius, argumentum praebent nobis auctores vetuſtiſſimi, imo et coaetanei ipſi, qui de typi genere Moguntiae invento loquentes unanimi conſenſu teſtantur, illud ſtanneum ſive aeneum, adeoque metallicum fuiſſe (*t*). Ita ex Germanis JO. NAUCLERUS, qui circa a. 1430. lucem adſpexit, JAC. WIMPHELINGIUS a. 1450. natus; PETRUS GUNTHERUS ſcriptor ſeculi XV. vergentis; ex Italis NICOL. GUPALATINUS, qui a. 1471. ſcripſit, HIER. BONONIUS a. 1477. QUINTIUS AEMILIANUS, a. 1483. FRANC. MAR. GRAPALDUS a. 1494. (*u*). Teſtimonia ſcriptorum ſeculi XVI. idem confirmantia, quae magna copia adferre in proclivi eſſet (*x*), data opera praetermitto; ad ſolum hic provocaſſe contentus JOANNEM SCHOEFFERUM, qui etſi gloriae patris ſui avique materni plus juſto tribuerit, ut proxime conſtabit, in ſubſcriptionibus tamen librorum, quos a. 1503. et 1517. emiſit (*y*), id omne inventum ad chalcographiam, quae appellatio ab aeneis ſignis impreſſionis generi Moguntinenſi indita eſt (*z*), et ſtanneis typis excudendi artem reſtrinxit, ut bene jam vidit ill. SCHÖPFLINUS (*z**).

---

(*s*) In *Diſcurſu* apud KÖHLER *p.* 90.

(*t*) Dudum hoc SCRIVERIO noſtro obſervatum. vid. *Laure-crans p.* 114. At ille dum fuſas literas jam Harlemi antea repertas, *Speculoque* Belgico inſerviiſſe perperam ſtatuit, conciliare haec per rerum naturam non potuit.

(*u*) Vid. *Append. N.* 12. 21. 27. 37. 44. 45. *et* 91.

(*x*) Vide e. g. teſtimonia CONR. CELTIS, RAPH. VOLATERRANI, IVONIS WITIGISIS, *Append. N.* 46. 53. 54. aliorumque.

(*y*) *Append. N.* 47.

(*z*) Vid. ſupr. *Cap. I.* §. 14.

(*z**) In *Vindic. Cap. VII.* §. 2.

## §. V.

Cognito itaque typi genere apud Germanos reperto, ſcil. metallico, ut porro verum illius auctorem indagemus, ordo poſtulat. Sed hic quidem duplex ſeſe offert ſpecies, quam in uſu fuiſſe *Cap. I.* probavimus, ſculpta et fuſilis. A ſculptis ex metallo literis uti initium ceperunt reperta Moguntina, ita circa earum auctorem, utpote inventorem chalcographiae, prima ac praecipua vertitur quaeſtio. Hunc Joannem Fauſtum multi ſtatuerunt; at quo jure, examinandum eſt. Et ill. quidem SCHÖPFLINUS credidit (*aa*), FAUSTUM in formulis, quas libris a ſe editis ſubjecit, adſcribere ſibi ipſi hanc gloriam voluiſſe, idque callido praeſtitiſſe artificio, dum vivo Gutenbergio (cui prima reperta, et quidem in urbe Argentina, tribuit v. cl.) aperte ſe inventorem jactare non auſus Moguntiam inventricem jactavit, ut ita incautos lectores deciperet (*aa**). At ſi quid video, omni fundamento deſtituta haec ſuſpicio eſt, quum neque ex actione forenſi Fauſti contra Gutenbergium a. 1455. (*ab*) neque aliunde appareat, ſimile quid illi in mentem veniſſe unquam; ipſae vero formulae, nationem Germanicam artis excuſoriae inventricem jactantes, artis inquam elegantioris, quae ſummis inſimul laudibus extollitur, animum typographi prodant non gloriae ſed lucro intentum, ut emtores ad novam mercem alliceret (*ac*); quod et alii

(*aa*) In *Diſſ. Gallica p.* 779. et imprimis in *Vindiciis Cap. VI.* cui titulum dedit: *Fallaces Fauſti inſcriptiones.*

(*aa**) Ipſiſſima haec ſuſpicio ſeculo abhinc in mentem quoque venit JACOBO MENTELIO, ita tamen ut agnati quondam ſui Jo. Mentelii cauſam agere contra Fauſtum voluerit, non Gutenbergii. Verba ejus occurrunt in *additionibus poſthumis* ad *Paraeneſin de orig. typogr.* apud WOLF. *Tom. II. Monum. typ. p.* 326. *ſeq.* et, quae hanc in rem inſpiciantur, digna ſunt. add. KÖHLER *ehrenr. Gutenb. p.* 96.

(*ab*) Id ipſe SCHÖPFLINUS agnovit *Cap. VI.* §. 11.

(*ac*) Mirari igitur non debuerat SCHÖPFLINUS, Gutenbergium debitam ſibi chalco-

lii deinde impreſſores, maxime, qui primi in aliqua urbe officinam erexere, in libris ſuis imitati ſunt (*ad*), quos tamen inventionem artis tribuere ſibi voluiſſe nemo ſanus dixerit (*ae*).

Mortuo deinde Jo. Fauſto huiusce gener PETR. SCHOEFFERUS in quorundam operum ſubſcriptionibus Moguntiam artis impreſſoriae inventricem elimatricemque primam ex vero appellavit, in omnibus de auctore ipſo altum ſiluit (*af*). At in relatione JO. TRITHEMIO circa a. 1484. ſuggerente eodem potiſſimum Schoeffero facta, primis inventoribus annumeratur Fauſtus una cum Jo. Gutenbergio et ipſo hoc Schoeffero, (ſive, ut Latine illic exprimitur, *Opilione*,) quod utrumque non impenſis modo ſed et conſilio juviſſet (*ag*). Ulterius autem proceſſit Petri filius JOANNES SCHOEF-

---

cographiae inventionem haud reclamaſſe, quum facere hoc potuiſſet tum alibi, tum praeſertim in *Catholico* a. 1460. Fruſtra enim Gutenbergius reclamaſſet gloriam a nemine ſibi diſputatam. Imo ne SCHELHORNIO quidem aſſentiri poſſum, qui *Obſerv. I. de art. typogr. p.* 11. ea ſaltem de cauſa culpandum Fauſtum exiſtimat, quod repertorem typographiae, Gutenbergium nempe, reticuerit. Nihil quippe ad Fauſti inſtitutum pertinebat, in his ſubſcriptionibus ipſum chalcographiae auctorem prodere, qui certe Germanos tum non latebat. Verus illius, ut mihi quidem videtur, ſcopus erat, popularibus ſuis, ad quos ſolos primi libri officinae Fauſtinae pervenere, eo praecipue nomine hos commendare, quod Germania et arti impreſſoriae (metallicis literis) natales dediſſet, et tam elegantia, atque ipſe venum exponebat, produxiſſet exempla.

(*ad*) Ita e. g. Nicolaus Bechtermuntze in ſubſcriptione *Vocabularii* a. 1469. Altavillae editi. vid. *Append. N.* 3*. *in not.* Henricus Eggeſtein in *Decreto* GRATIANI, Argentinae 1471. Ad. Rot in *Lectura* DOM. DE S. GEMINIANO, 1471. Udalr. Gallus in VIRGILIO, Romae 1473. Arn. Pannartz in PEROTTI *Grammatica*, ibid. 1474. aliique poſthac plurimi, quos inter ipſe typographus Moguntinus Jacobus Meydinbach in epigraphe *Horti ſanitatis* 1491. add. GABR. NAUDAEUS *addit. a l'Hiſt. de Louis XI. Cap.* 7. *p.* 131. *ſeq.* et CON. MIDDLETON *diſſertation, concerning the origin of printing in England p.* 16.

(*ae*) Ill. SCHÖPFLINUS quidem *Cap. VI.* §. 6. ſcribit, alii cuivis Moguntino typographo, ex artis inventione nihil ſibi arroganti, licuiſſe ambigua hac formula uti, non autem Fauſto, qui ſibi hanc gloriam adſcribere volebat. At multum vereor, ut haec ratiocinatio a principii petitione liberari poſſit.

(*af*) Vid. huius ſubſcriptiones in SCHWARZII *primar. docum. de orig. typogr. Diſſ. II. p.* 22. *ſeqq.*

(*ag*) Vid. *Append. noſtr. N.* 4. Hoc ſenſu jam antea Fauſtus a quibusdam inventor

SCHOEFFERUS, qui licet in *dedicatione* LIVII, Germanice editi, ad Imp. Maximilianum a. 1505. Gutenbergii haud oblitus fuerit, tamen in ſubſcriptionibus librorum, quos et ante et poſtea vulgavit, ſoli avo ſuo Jo. Fauſto prima chalcographices reperta, quaſi ex proprio eius ingenio procreata, aſſeruit (*ab*). Hoc vero etſi cunctis antiquioribus teſtimoniis refragetur, attamen plurimos poſteriori aetate invenit ſequaces, usque adeo, ut JO. FRID. FAUSTUS AB ASCHAFFENBURG junior omnia inventa typographica, ſi ſolos fuſiles typos excipias, Jo. Fauſto adſcripſerit, ipſi inſtrumento litis a. 1455. ſenſum plane tribuens inverſum (*ai*). Qua in parte ſincerior fuerat huius pater, Jo. Fridericus quoque dictus, atque a. 1619. fato functus, qui dum Jo. Fauſtum ſumtus in artem impreſſoriam contuliſſe tradit, eum licet invitum a nonnullis pro repertore habitum addit; quum inventores modo auxilio et conſilio ſuo juverit (*ak*). Hoc proinde teſtimonio quum ni-

tor habitus fuit, indice JAC. PHIL. BERGOMENSI in *Chronico. Append. N.* 28. Non male quoque potuit Fauſtus primus impreſſor dici, quatenus ſub ejus auſpiciis, ipſoque maximam partem ſumtus ſubminiſtrante, primi libri excuſi fuerint. Ita in ſubſcriptione *Confeſſionalis* ANTONINI, Archiep. Florentini, edit. Neap. 1478. impreſſio attribuitur Johanni Adamo de Polonia *cum litteris et inſtrumentis nobilis viri Nicolai Jacobi de Luciferis de Neapoli*, *ſumptibus vero utriusque mutuis*, vid. MAITTAIRE *Tom. I. Annal. typogr. p.* 385. *edit.* 2.

(*ab*) Vid. *Append. N.* 47. Bene igitur jam GABR. NAUDAEUS in *Addit. a l'Hiſt. de Louis XI. Chap.* 7. *p.* 127. ac JAC. MENTELIUS in *addit. poſth. ad Paraeneſin Tom. II. Monum. typogr. p.* 329. ſcripſerunt, Jo. Schoefferum primum fuiſſe, qui Fausto (hac ſcil. mente) typographiae inventum attribuit.

(*ai*) In *Diſcurſu*, apud KÖHLER *p.* 91. ex qua, inedita tum temporis, relatione ſua hauſit HENR. SALMUTH in *not. ad* GUID. PANCIROLI *res memorab. et deperditas Lib. II. tit.* 12. in editione a. 1629. ac deinceps. Unde, ſi unum excepero W. E. TENTZELIUM in *Diſſ. de typogr. Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 667. *ſeq.*, in errorem inducti fuere, quotquot de rei typographicae origine ſcripſerunt, donec ipſo inſtrumento ab ill. Barone SENCKENBERGIO a. 1734. producto verum huius ſenſum celeb. SCHWARZIUS in *primar. docum. Diſſ. I. p.* 18. *ſeq.* ac KÖHLERUS in *ehrenr. Gutenbergs* aperuerunt.

(*ak*) Apud ACH. AUG. VON LERSNER *Chronick von Franckfurth am Mayn p.* 437. WOLF *Tom. II. Monum. typogr. p.* 1150. KÖHLER *p.* 93.

nihil proferri candidius, nihil verius poſſit, Fauſtum dimittere bona gratia nobis licebit.

## §. VI.

Potiori igitur jure de inventionis gloria certantes proferre licebit alios duos Joannes, Gensfleiſchium dico, et Gutenbergium. Gensfleiſchium *artis impreſſoriae repertorem* declarat epitaphium ab ADAMO GELTHUS ei poſitum, atque *memoriae* MARSILII AB INGHEN, a. 1499. excuſae, ſubjectum, verum quod mortuo ſtatim Gensfleiſchio poſitum, adeoque luſtris aliquot remotius videtur (*al*); cum quo mirifice conſonat carmen JAC. WIMPHELINGII ibidem inſertum, qui eundem Latino vocabulo *Anſicarum* vocans *primum aere notas impreſſiſſe* tradidit (*am*). Clarius vero idem Wimphelingius mentem ſuam alibi (*an*) expoſuit, dum Jo. Gutenbergium, poſtquam Argentinae artem incomplete inveniſſet, deſcendentem Moguntiam ad alios quosdam, in hac arte inveſtiganda laborantes, ductu Jo. Gensfleiſchii, ex ſenio coeci, eam compleviſſe ſcripſit. Itaque juxta mentem Wimphelingii Gutenbergius artem ligneis typis Argentorati invenit, at metallicam didicit Moguntiae a Gensfleiſchio ſene, eodemque duce perfecit. Alia teſtimonia vetuſtiora, ut MATH. PALMERII, JAC. PHIL. BERGOMENSIS, DON. BOSSI, *Chronographi Norimbergenſis*, et BAPT. FULGOSI, artem impreſſoriam (ſcil. typis aeneis ſeu ſtanneis) ipſi Jo. Gutenbergio in urbe Moguntia adſcribunt (*ao*): imo invidus gloriae, Jo. Gensfleiſchio in inſcriptione ſepulcrali tributae, fuiſſe videtur IVO WITIGISIS, juris Anteceſſor Moguntiae, quippe qui circa

(*al*) Vid. *Append. N.* 89.
(*am*) Ibid. *N.* 44.
(*an*) In *Catal. Epiſc. Argentin.* juncta *Epitom. rer. German.* in *Append. dict. loc.*
(*ao*) *Append. N.* 23. 28. 33. 35. et 36.

circa a. 1507. Gutenbergio, pridem defuncto, epitaphium poſuit, in quo hunc *primum omnium literas aere imprimendas inveniſſe* teſtatus eſt (*ap*). Variavit hac in parte SEB. FRANCKIUS, ſiquidem in *Chronico Germaniae* ex edit. 1539. Gutenbergio in urbe Argentoratenſi inventionem, in Moguntina perfectionem adſcripſit, Jo. Gensfleiſchio autem haec abjudicavit; quae fere verba in *Chronographiam* ſuam a. 1550. editam tranſtulit VALENT. MUNTZERUS: at in altera editione a. 1555. contraria plane ſcripſit Franckius, dum Gensfleiſchium Moguntiae inventorem aſſeruit, at Gutenbergium, prout alii ſtatuebant, Argentorati negavit (*aq*). Tandem Chronographi Argentinenſes duo, DAN. SPECKLINUS, et *anonymus* (*ar*), verba fecerunt de Jo. Gensfleiſchio, tanquam Jo. Mentelii primi apud Argentinenſes inventoris famulo, qui artem magiſtro ſuffuratus, atque Jo. Gutenbergio prodens, cum eo migravit Moguntiam, hancque ibi perfecit.

## §. VII.

Quae in hisce teſtimoniis de inventione apud Argentinenſes, ſive per Gutenbergium ſive Mentelium, minus recte dicta occurrunt, non eſt, quod lectorem jam morentur, proximo capite diſcutienda ex profeſſo. At duo illi impreſſores in urbe Moguntia, Gensfleiſchius, Gutenbergiusque, digni ſunt, quos attentiori hic contemplemur oculo. Et Gutenbergius quidem ab aliquo retro tempore magis magisque innotuit. Conſtat enim e documentis noſtra aetate prolatis (*as*), eum Moguntiae nobili ſtirpe na-

(*ap*) Ibid. *N.* 54.
(*aq*) Ibid. *N.* 71.
(*ar*) Ibid. *N.* 85. *et* 86.
(*as*) Eorum documentorum indiculum lectori ob oculos hic ponere haud inutile erit, praeſertim ut acta Gutenbergii cuivis indagare in promtu ſit.

1.)

natum huic civitati jam ante a. 1430. valedixiſſe, Argentinae per mul-

1.) Diploma Conradi III. Archiep. Moguntini, dat. d. *letare Jheruſalem* 1430. apud GEORG. CHR. JOANNIS *ſcript. rer. Moguntin. Tom. III. p.* 460. *ſeq.* ſed accuratius apud KÖHLER *p.* 67. *ſeq.* unde conſtat, Henchin *zu Gudenberg* tum temporis Moguntia fuiſſe abſentem; quod bene in noſtrum Jo. Gutenbergium quadrat.

2.) Charta, qua Johannes Genſefleiſch, junior, dictus Gutemberg, declarat, ſe intercedente magiſtratu Argentinenſi D. Nicolaum ſcribam publicum Moguntiae, quem ob non ſolutos ab hac urbe annuos reditus ceperat, ex captivitate dimiſiſſe. Dat. (Argentorati) die Dom. poſt. feſtum S. Gregorii Papae 1434. apud SCHÖPFLIN. *in Docum. poſt Vindic. typogr. p.* 3.

3.) Annotatio de lite a nobili virgine Anna *zu der iſerin thüre* Argentorati a. 1437. Gutenbergio mota, promiſſi, ut videtur, matrimonii cauſa, citata a SCHÖPFLINO in *Diſſ. Gallica p.* 766. et in *Vindic. Cap. II.* §. 6. at hucusque inedita.

4.) Notitia ex cataſtro gabellae vini Argentoratenſi de ſoluto per Gutenbergium vectigali, d. Jovis ante S. Margaretae 1439. apud SCHÖPFLIN. in *Docum. poſt Vindic. p.* 40.

5.) Depoſitiones teſtium in cauſa Georg. Drizehenii contra Jo. Gutenbergium a. 1439. cum ſententia Senatus Argentinenſis 12. Decemb. 1439. apud SCHÖPFLIN. ibid. *p.* 5. *ſeqq.* et in *Append. noſtra N.* 1.

6.) Inſtrumentum emtionis redituum, ubi Johannes dictus Genſefleiſch, alias nuncupatus Gutenberg de Maguntia, Argentinae commorans condebitor eſt. Dat. Argentorati ſecundo Idus Januarii 1441. apud SCHÖPFLIN. *ibid. p.* 31. *ſeq.*

7.) Inſtrumentum venditionis annuorum redituum, ſuper civitatem Moguntinam per Johannem dictum Genſefleiſche, alias Guttenberg de Maguncia, Capitulo S. Thomae Argentinenſis factae, dat. 15. Kal. Decemb. 1442. Argentinae. Apud SCHÖPFLIN. *ibid. p.* 36. *ſeq.*

8.) Notitia, Jo. Gutenbergium vectigal Argentorati ſolviſſe die S. Matthiae (24. Febr.) 1443. et die S. Gregorii (12. Martii) 1444. item Annam Gutenbergiam hoc poſtea Argentorati ſolviſſe. Apud SCHÖPFLIN. *ibid. p.* 40.

9.) Laudum inter Jo. et Jac. Fauſtos ex una et Jo. Gutenberg ex altera parte, agens de pecunia in librorum impreſſionem inſumta. Dat. Moguntiae 6. Novemb. 1455. editum ab ill. SENCKENBERGIO *Tom. I. Select. Jur. et Hiſtor. p.* 269. *ſeq.* WOLF. *Tom. I. Monum. typogr. p.* 472. *ſeq.* et optime a KÖHLERO *p.* 54. *ſeq.* Gallice verſum id exhibuit FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 116. *ſeq.*

10.) Literae Adolphi II. Archiep. Moguntini, queis declarat, ſe Jo. Gutenberg inter aulicos ſuos annuo cum ſtipendio recepiſſe. Dat. in Eltvil d. Jovis S. Antonii 1465. Exſtat *Tom. III. ſcriptor. rer. Mogunt.* JOANNIS *p.* 424. et apud MARCHAND *Hiſt. de l'imprimerie Part. II. p.* 13. KÖHLER *p.* 100. *ſeq.*

11.) Literae Conradi Humery, quibus utenſilia typographica a defuncto Jo. Gutenbergio relicta et ad ipſum devoluta ſe non extra urbem Moguntiam venditurum Archiepiſcopo promittit. Dat. Moguntiae d. Veneris poſt S. Matthiae 1468. apud G. C. JOHANNIS, MARCHANTIUM, et KÖHLERUM *loc. cit.*

multos annos commoratum, a. 1436. et ſeq. praeter alias artes impreſſoriae cumprimis navaſſe operam, ea urbe a. 1444. vel ſequenti relicta in natalem mox reverſum eſſe, ubi typographiam mirifice excoluit, ſocietatemque cum Fauſto a. 1450. contraxit, qua a. 1455. ob mutuas altercationes diſſoluta novam officinam impreſſoriam ibidem erexit, poſtmodum a. 1465. inter aulicos Adolphi, Electoris Moguntini, annuo cum ſtipendio receptus, et proximo biennio trienniove defunctus (*at*). At crucem viris doctis alter ille Jo. Gensfleiſchius figit hucusque graviſſimam. Eum etenim, quod a WIMPHELINGIO (*au*) dicatur Gutenbergii adjutor, quod de Fauſto alio licet ſenſu TRITHEMIUS (*ax*) ſcripſerat, ill. LEIBNITIUS (*ay*), aliique (*az*), eundem cum Fauſto exiſtimarunt; quod multum a vero recedit. Fauſtus cognomen Gensfleiſchii nunquam geſſit, neque in eum quadrare oſtendimus, quod Gensfleiſchio in *inſcriptione ſepulcrali* alibique tribuitur, artis impreſſoriae inventum; imo hanc conjecturam evertit auctoritas CASP. HEDIONIS (*ba*), qui in *Chronico*, edit. 1543. Jo. Fauſtum et Jo. Gensfleiſchium ut adjutores Gutenbergii conjungit. At non minus gravi paſſimque jam recepto errori anſam dedere excerpta duo, non bene intellecta, e *libro Salico* Eccleſiae Thoma-

---

(*at*) Add. ſupr. *Cap. VI.* §. 4.

(*au*) In *Catal. Epiſc. Argent. Append. N.* 44.

(*ax*) In *Chronic. Spanhem. Append. N.* 30.

(*ay*) Apud GEORG. CHRIST. JOANNIS *Tom. III. Script. Mogunt. p.* 456. qui ſomniatus fuit, Fauſtum vero nomine dictum fuiſſe Gensfleiſchium, quumque hoc diſpliceret, alterum nomen ſibi adſciviſſe, ſumtum a felicitate. At ne dicam, notas jam eſſe diverſas familias Gensfleiſchii et Fauſti, ſciendum Germanice non *Fauſt* ſed *Fuſt* ſcribi, unde tota corruit Leibnitii conjectura.

(*az*) Scilicet WILH. ERN. TENTZELIUS in *Diſſ. de typogr.* apud WOLF *Tom. II. Monum. typogr. p.* 681. PAUL. PATER in *Diſſ. de Germaniae miraculo, Cap. I.* §. 12. *dict. Tom. II. p.* 717. SAM. PALMER *Hiſtory of printing p.* 17. et JO. CHR. SEIZ *derde jubeljaer der drukkonſt Cap. V. p.* 125. *ſeq.*

(*ba*) Vid. *Append. N.* 62.

manae Argentoratenſis, a JO. GEORG. SCHELHORNIO (*bb*) a. 1725. producta, in queis a. 1441. et ſequenti occurrit *Johannes dictus Gensfleiſch, alias nuncupatus Gutenberg de Maguntia, Argentinae commorans.* Nata enim hinc SCHWARZIO, KÖHLERO, SCHÖPFLINO (*bc*), aliisque pluribus occaſio carpendi veteres, quaſi Gutenbergium in duos homines diviſerint. Hic vero error neotericorum profligandus eſt, tum ne latius ſerpat, tum ut omnes tenebrae, quibus hiſtoria typographices tamdiu involuta fuit, tandem diſpellantur.

## §. VIII.

Obſervaſſe hunc in finem juvabit, illum, de quo antea ſermo fuit, Jo. Gensfleiſchium nimis aperte a Gutenbergio diſtingui, quam ut ea in re labi potuerit antiquitas. Utrique diverſum poſitum fuit epitaphium. Uterque eodem fere tempore, WIMPHELINGIO teſte, arti typographicae incubuit, Gensfleiſchius Moguntiae, Gutenbergius Argentinae, donec hic ſeſe illi in urbe natali comitem daret. Gensfleiſchius ab eodem auctore ſenex fuiſſe perhibetur, quo tempore Moguntiam ad eum deſcendebat Guten-

---

(*bb*) *Amoenit. literar. Tom. IV. p.* 304. Idemque a. 1727. confirmavit LUDOVICUS LA GUILLE *Hiſt. d'Alſace Part. I. Livr.* 29. *p.* 334. ad regiſtra publica a. 1442, 1443. et 1444. provocans. Miror vero, ill. SCHÖPFLINUM, qui ipſa haec duo inſtrumenta ex libro Salico integra *Vindiciis* ſuis ſubjecit, e regiſtris a. 1443. et 1444. a Guillio memoratis nihil produxiſſe.

(*bc*) Vid. iſte in *Ind. nov. libr. ſub incunab. typogr. impreſſ. p.* 25. et in *primar. docum. Diſſ. III. p.* 25. ille in *ehrenr. Gutenbergs p.* 2. hic in *Diſſ. Gallica p.* 773. *et* 776. ac in *Vindic. Cap. V.* §. 1. *ſeq.* Singularis vero error eſt FRID. CHR. LESSERI in *typogr. jubil. Cap. I.* §. 13. *in not.* dum Fauſtum et Gensfleiſchium eundem ſtatuens, adſciviſſe tamen Gutenbergium cognomen Gensfleiſchii, tanquam ſocii ſui, exiſtimavit: quae opinio quam abſurda ſit, nemo non animadvertit. Et certe vel ſolo everti illa poteſt documento Argentinenſi a. 1434. quod pluribus annis praeceſſit ſocietati Fauſtum inter ac Gutenbergium, et tamen idem Gensfleiſchii cognomen Gutenbergio tribuit.

tenbergius; at hic vegetae tum aetatis erat, viginti poſt annos, ipſo obſervante SCHÖPFLINO, inter aulicos Electoris receptus.

Novi, haec omnia erroris inſimulari, a quo ut tandem liberentur, apponam fortiora, quae totam rem extra omnem controverſiam ponant, argumenta. Producta ſunt a KÖHLERO a. 1741. ſed non bene hucusque examinata, quinque documenta, in quibus *Johannes Gensfleiſchius ſenior* occurrit Moguntiae annis 1441. 1443. 1445. 1450. 1456. (*bd*) Ex illis conſtat, eum nobilem

---

(*bd*) Ea documenta in illorum gratiam, ad quos Germanica KÖHLERI *Diſſertatio* haud pervenit, operae mihi viſum eſt pretium integra hic ſubjicere.

I. *Allermenlich ſal wiſſen, dos Rudiger, Rudolfs ſeligen Son zu Landecke qvam vor Richter Clauſz Schenckenberg, ein werntlicher Richter zu Maintze, und bait verieben, vnd bekant vor ſich und ſin Erben, das Ime Henne Genſefleiſche der alte ſin Vetter gütlichen und gentzlichen gereichet, gegeben, vnd ein gantze gut gennugen gethan habe, als van alles des gudes wegen, das ime van ſeine Vatter vnd van ſiner Mutter ſeligen anerſtorben, vnd anegevallen iſt etc.* Publicatum anno dn͠i. M CCCC XLI. feria quarta px͠ima poſt feſtum epiphaniae Domini. *Ex documento originali ſub Num.* 21. *inter documenta familiae* zum Jungen.

II. Item. *Jch baue Henne Geinsfleiſch deme Alten myn Hoff zum Jungen geluwen dry Jar nach eyn ander folgende, vnd ſal mir alle (Jabre) uſz dem hoff geben* X *gulden an Golde, vnd ging ſin Jar an vff Sant Symon vnd Judendag Jn dem* XLIII. *Jar, vnd ſal mir eyns iglichen Jars der Zinſz balbauve geben, vnd wie ir mir den Hoff die druwe Jar halten ſal, hat vns ir iglichir eyn Zedel vſzeyn geſchneden. Daby iſt geweſt Henne van Fürſtenberg genant Salmann myn ſwager.* Item *Henne Gensfleiſch hat mir geben* V. *gl. an golde von dem erſten halben Jar Zinſz, als er den hoff beſtant.* Aus Ortens zum Jungen, des alten, zu Franckfurth, Gültbuch ad a. 1443. pag. 231. *inter documenta ejusdem familiae.*

III. *Ich Henne zum Jungen zu Hattenheym han Henne Mulbaum geben* LXXXXVI. *gül. an golde, gab ich ime off mit mytwochen neſt vor dem helligen Oſter dag, und verleip Henne obgn͠t ſchuldig* jjjj *gül. in Golde, die warn nit gut, gab er mir wieder. Hie by waſz Henne Ginſzfleiſz der alte, Ort zum Jungen, myne Vetter, und Anne mynes Vetter obgn͠t Huſzfrauwe, des obgerorten Henne Sweſter, vnd gabe Sie Ime in mynes Vettern Orten Huſze of mytwochen vor dem hellgen Oſter dag* Anno XLV. *Jar* (Anno 1445.) Aus Hennens zum Jungen zu Haltenheim in Rhingau Gültbuch *in origin. ibid. p.* 111.

IV. *Ich Anthis Henne, vnd Elſe, ſin eliche Huſfrauwe van Hexheim, bekennen offintlichen mit dieſem brieffe vor vns vnd vnſzer erben, daz wir recht vnd redlichen verkaufft han vnd verkeuffen, auch in Crafft dieſes brieffs, dem erbarn Junckern Henne Gyn-*

bilem fuiſſe, uxorem habuiſſe Catharinam, eiusdemque nominis filiam, et, quod caput rei eſt, a. 1443. Moguntiae in tres annos conduxiſſe aedes *zum Jungen*, in queis impreſſoriam artem fuiſſe exercitam teſtis eſt TRITHEMIUS (*be*). De Gutenbergio autem jam a. 1741. in *Diſſertatione* ſua Gallica citavit, atque a. 1760. *Vindiciis* ſuis *typographicis* ſubjecit ill. Schöpflinus inſtrumentum Argentinenſe a. 1434. in quo is diſerte vocatur *Johannes Gensfleiſchius junior, dictus Gutenberg* (*bf*). Allegata ab eodem

---

*Gynſefleiſch dem Alten vnd Kettgin ſiner elichen Huffrauwen, anderhalbe Ame guts wiſzes Wins, off dieſen hernachgeſchrl. vnſzer Wingarten vnd gutern in Pubenheymer marck gelegen, die da ſten ſollen off Leptage der itzgñten Ketgins Juncker Henne Gynſefleiſch Huffrauwen, vnde Ketgins ir beyder Dochter, ye vam eynem off daz ander zu ſterben, vnd zu werden, vmb zehen gulden an Golde, guter Mentzer werunge etc. Auch hant vns die vorgeſchrl. elute, Juncker Henne Gynſefleiſch vnd Ketgin ſin elich Huffrauwe ſolich Fruntſchafft vnd Gnade getan, wan wir kommen vor den Ziel, mit namen, vor ſant Michels dag, vnd bitden ſie vmb Gotswillen, daz ſie vns ſolich Wingulte widder abe zu keuffen geben etc. Geben in dem Jar do man zalt nach* X*ḡi gepurt vnſers Hern duſent vierhundert vnd funffzig jar, off den neſten mandag nach dem achtzeheſten dag. (nehmlich nach den Chriſttag das iſt der* 12. Januarii. vid. HALTAUSII *Calend. medii aevi ſpec.* §. *II. p.* 41.) Ex original. inter document. famil. zum Jungen.

V. Item. *Ich Henne zum Jungen han Henne van Fürſtenberg genant Salman geben* X. *gulden van Orten wegen zum Jungen, gebe ich ime off vnſzer lieben Frauwe dag* nattifitas *des abents in dem* LVI. *Jar.* (1456) *daby was Henne Ginſzfleiſch der Alte, vnd Ort Gelthus van Oppenheim.* Aus Henn zum Jungen Gültbuch *in orig. ibid. p.* 113.

(*be*) *Append. N.* 4. *et* 30.

(*bf*) Ex ea charta, qualiter ab ill. SCHÖPFLINO edita eſt, leviſſima ope inſigne mendum tolli poteſt. Teſtatur illic Gutenbergius, Nicolaum, Secretarium Moguntinenſem, quem captivum detinuerat, jurejurando ſibi promiſiſſe 310. florenos Rhenenſes, *zu geben, zu weren, und zu antwurten gen Oppenheim in den hoff zum Lamparten miner vettern Artgeld huff binnen untz Pfingeſten ſchirrſt komen*; quae interpretatus eſt Schöpflinus, *Oppenhemii in curia ad Leopardum, cognatorum meorum Artgeld domo, ante proximum Pentecoſtes feſtum numerandos.* Ubi non refragor, quominus *den hoff zum Lamparten* per curiam vertatur, modo intelligamus aedes ejus nominis, uti *den hoff zum Jungen*, et centena id genus exempla. Dubito autem, an *zum Lamparten* hic ſignificet *ad Leopardum.* Certe vox *Lamparten* veteri lingua Alſatica deſignabat Longobardos, eaque ſaepius uſus eſt JAC. KÖNIGSHOVIUS, qui ſeculo XIV. exeunte floruit, in *Chronico* a JO. SCHILTERO edito. vid. *Cap. VI. p.* 399.

eodem (utinam producta) charta (*bg*), ex qua colligitur, hunc Argentinenſem typographum uxorem habuiſſe Annam *zu der iſerin thüre*, quae poſt annum 1444. Argentorati manſit, num vero liberos reliquerit, incertum mihi videtur (*bh*). Productum denique ex cataſtro gabellae vini teſtimonium, Gutenbergium a. 1443. et 1444. publica adhuc onera ſolviſſe Argentinae, adeoque tamdiu illic fuiſſe commoratum.

Ita vero quum aetatis, uxoris, ac domicilii eodem tempore con-

599. *etc.* atque hae forte aedes, cuius ipſiſſimi nominis etiam exſtitere Moguntiae (vid. GUDENUS *Tom. II. Cod. diplom. p.* 536.) appellationem dederunt familiae cognomini, ex qua occurrit Nicolaus Lamparter, typographus Baſileae a. 1507. in DAV. CLEMENTIS *Biblioth. cur. Tom. V. p.* 195. Aſt, utcunque ſit, quum aedes *zum Lamparten* locus fuerint ſolutionis, monſtroſum eſt, quod additur de cognatorum Artgeld domo, *miner vettern Artgeld huſſ.* Vehementer ſuſpicor, poſtrema duo vocabula male disjuncta eſſe, ac ſubſtituendum, *minen vettern Art* (id eſt *Ort*) *Geldhuſſ.* Et ita relegatis Artgeldiis, de quibus nihil uſpiam reperire licuit, verus prodit Gutenbergii cognatus Ortwinus Gelthus, quem Oppenhemii (ubi pecunia numeranda erat) habitaſſe, et ſeniori quoque Gensfleiſchio notum fuiſſe indicat charta Moguntina a. 1456. a nobis ex KÖHLERO modo prolata. Et hic ipſe etiam videtur, de quo inter varia epitaphia a cl. Gudeno edita *Tom. III. dict. op. p.* 991. annotatum legimus: *Anno* 1466. *die Sabbati* 27. *menſis Decembris* (obiit) *Ortwinus Gelthus von dem Jungen, Caſtrenſis in Oppenheim*; cuius etiam mentio in HUMBRACHTS *Stamtafeln der Rheiniſchen Ritterſchafft, Tab.* 46. Ex quibus patet, memoratae chartae verba ſic vertenda eſſe: *Oppenhemii in aedibus Longobardicis* (aut ſi malis *Lamparterianis*, vel *zum Lamparten*) *cognato meo Ortwino Geldhuſſ ante proximum Pentecoſtes feſtum numerandos.*

(*bg*) Huius jam meminerat vir ill. in *Diſſ.* Gallica *p.* 766. Et in *Vindic. Cap. II.* §. 6. diſerte ſcribit, huius litis exitum chartam non docere. Eam vero quum a v. cel. expetiiſſem, clarius mentem ſuam expreſſit in literis humaniſſimis ad me datis d. 20. Febr. 1761. ſcripſitque, eiusmodi chartam non exſtare, verum unice annotationem quandam; at vel ſic eam vellem produxiſſet.

(*bh*) Idem v. ill. in *Diſſ.* Gallica *p.* 766. Gutenbergium Argentorati occurrere a. 1444. liberos habentem ſcripſit, forte quod Annam Gutenbergiam tum exiſtimaverit huius fuiſſe filiam, quam recte deinceps illius uxorem vidit. In *Vindic. Cap. VII.* §. 9. eum nullam reliquiſſe prolem tradit; quod unde probari poſſit, ignoro. SCHELHORNIUS *Obſ. II. de art. typogr. p.* 17. ex charta Moguntina a. 1450. ei filiam tribuit Catharinam; ſed hic Gutenbergium cum Gensfleiſchio ſeniore illic confundit, ut mox patebit.

contracti ratione diſtinguantur in ipſis inſtrumentis authenticis hi duo homines, neminem porro mortalium fore confido, qui eos pro una eademque perſona habeat; mirandumque omnino eſt, ill. Schöpflinum, perſpicaciſſimi ingenii virum, qui a. 1741. (*bi*) bene jam obſervaverat, Jo. Gutenbergium dictum fuiſſe Gensfleiſchium *juniorem* ad oppoſitionem alterius ejusdem nominis, at aetate provectioris, eo ipſo tamen in loco Wimphelingium potuiſſe reprehendere, quod Jo. Gutenbergium (adeoque Gensfleiſchium juniorem) a Jo. Gensfleiſchio ſene diſtinxerit. At nimium tribuiſſe videtur vir cl. SCHWARZII (*bk*) KÖHLERIque auctoritati, qui dum inſtrumentum Argentinenſe a. 1434. nunquam viderant, neque de duobus typographis Gensfleiſchiis vel fando aliquid inaudiverant, Gutenbergium cum Gensfleiſchio ſene confuderunt, atque ita rejectis veterum auctoritatibus omnia conturbarunt miſerrime. Magis mirandum, noviſſime etiam SCHELHORNIUM, poſt examinatas collatasque chartas Köhlerianas Schöpflinianasque, eundem errorem ſequi, quaeque alterutri Gensfleiſchiorum debebantur, attribuere uni ſoli potuiſſe (*bl*).

§. IX.

---

(*bi*) In *Diſſ. Gallica p.* 766.

(*bk*) SCHWARZIUS in *Ind. nov. libr. p.* 25. et in *primar. docum. Diſſ. III. p.* 25. ſcripſit, nonnullos gravi errore duos viros, alium nempe Gensfleiſchium, alium Gutenbergium finxiſſe, ad fabulas originis typographiae magis ornandas. Ea accuſatio meliori jure in ipſum Schwarzium retundi poſſet, qui duos finxit Petros Schoefferos Gernshemienſes, alterum clericum dioeceſeos Moguntinae, alterum puerum Fauſti. vid. *Diſſ. II. p.* 52. merito hoc nomine reprehenſus a SCHÖPFLINO *Vindic. Cap. III.* §. 4. *in not.*

(*bl*) In *Obſerv. II. de orig. typogr.* Ut vero quod contrarii ineſſe videbatur tollat SCHELHORNIUS e diverſo domicilio, ſtatuit Gutenbergium jam a. 1443. revera ſeſe Moguntiam tranſtuliſſe, ibique menſe Octobri huius anni aedes *zum Jungen* conduxiſſe; attamen quum die S. Gregorii, ſcil. 12. Martii 1444. onera adhuc ſolverit Argentinae, fingit, eum principio ultro citroque commeaſſe, ut in hac urbe res domeſticas legitime componeret, inque illa ſtabiliret. Suppoſitio parum bene quadrans in hominem,

## §. IX.

Uterque Joannes Gensfleiſchius quum nobilis (*bm*) vocetur, ambos ex equeſtri apud Moguntinos Gensfleiſchiorum gente oriundos fuiſſe liquet, in qua plures Gutenbergii cognomen ſibi adſcivere, ſaepe etiam cum Gensfleiſchiano commiſcuerunt (*bn*). Et

nem, cui res anguſta domi erat, nec proinde ſpatio quinque menſium aut opus fuit ad transferendam curtam ſuam ſupellectilem, aut conſultum utroque in loco publicis ſeſe ſubjicere oneribus. Quid quod hac ratione fingendum quoque erit, eum triennio jam ante ultro citroque commeaſſe; nam feria quarta poſt feſtum epiphaniae Domini (id eſt 10. Januarii) 1441. Gensfleiſchius ſenior occurrit Moguntiae; et proximo ſtatim biduo, ſcil. 2. Idus Jan. 1441. Gutenbergius in inſtrumento emtionis redituum offenditur Argentinae. Ut porro diſſidium tollatur e diverſo conjugio, fatetur quidem Schelhornius, Gutenbergium uxorem habuiſſe Annam, quae poſt a. 1444. adhuc vixit, ſed ea mortua alteram ei tribuit conjugem Catharinam, et ex ea filiam cognominem, memoratas in charta Moguntina 12. Januar. 1450. At de diſſidio ratione aetatis altum ſiluit v. cl. neque nos docuit, qua de cauſa is ipſe, qui a. 1434. junior Gensfleiſchius dictus fuit, jam a. 1441. ſenior audierit. Profecto WIMPHELINGIUS, qui Gensfleiſchium ſeniorem a Gutenbergio diſtinguit, et utrumque ſimul vixiſſe indicat, veteribus adjutus chartis alia omnia docere Schelhornium debuiſſet.

(*bm*) De ſeniore hoc diſcimus ex producta a nobis charta Moguntina a. 1450. ubi *Juncker* appellatur. Juniorem, ſive Gutenbergium eodem titulo inſigniunt notiſſimum inſtrumentum litis a. 1455. atque auctor *Colonienſis Chronici*, eumque conſtat in *Conſtafleriorum*, id eſt civium nobilium, claſſem Argentinae fuiſſe relatum. vid. SCHÖPFLINI *Vindic. Cap. II.* §. 6. Recte igitur equitem illum vocavit MATTH. PALMERIUS, Piſanus, vid. *Append. N.* 23. atque hoc duce POLYD. VERGILIUS, SABELLICUS, pluresque deinceps alii.

(*bn*) Familia Gensfleiſchia appellationem ſine dubio acquiſivit a domo huius nominis in urbe Moguntia, (memorata GUDENO *Tom. II. Cod. Diplom. p.* 524.) atque ineunte ſeculo XIV. inter patricias primum mox et nobiles familias Moguntinas locum tenuit. vid. G. C. JOANNIS *de patricior. Mogunt. famil. Tom. III. Script. rer. Mogunt. p.* 456. et KÖHLER *Ehrenr. Gutenbergs p.* 15. Numeroſa quum eſſet, plures in ea diſtinctionis cauſa aliud ſibi cognomen adſcivere; qualia ſunt *zur Laden*, *Gutenberg*, et *Sorgenloh*. Priore appellatione uſi ſunt liberi Frielii Gensfleiſch, (Petermanni fil.) a matre Grede *zur Laden*, teſtibus chartis a. 1410. et 1419. apud Köhler *p.* 80. *n.* 12. *et p.* 81. *n.* 13. Gutenbergii agnomen num ex affinitate profluxerit cum nobiliſſima hac primique ordinis gente, de qua vid. Köhler *p.* 8. Gudenus

Et tamen Joannes ille Gensfleiſchius ſenior, de quo verba fecimus, nusquam ſub Gutenbergii nomine occurrit, quandoque autem

---

nus *Tom. II. p.* 469. *ſeq.* an ex aedibus huius nominis, per hereditatem forte ad Gensfleiſchios devolutis, non dixerim. Id certum, Nicolaum Genſefleiſch, Moguntiae aevo XIV. vergente clarum, promiſcue jam Gensfleiſchium et Gutenbergium nuncupatum fuiſſe, ut patet ex collatione chartarum a. 1401. et 1409. (ubi illius, tum defuncti, mentio) apud Köhler *p.* 74. *in fin. et* 84. *n.* 6. queis ſimilia exempla in aliis ex hac familia videre eſt in documentis a. 1434. et 1444. *ibid. p.* 14. *in fin. et* 82. *n.* 16. Sorgenloae ſeu Selgenloae nomen tantum abeſt, ut a prima origine Gensfleiſchia gens adoptaverit, quod Köhlerus *p.* 9. §. 5. voluit, ut e contrario primum illo uſi fuerint eiusdem Nicolai ex filio Joanne nepotes, Petrus et Georgius Gensfleiſchii a Selgenloh, teſte charta a. 1432. *ibid. p.* 76. forte quod Joanne a. 1411. ex urbe Moguntia cum liberis profecto (vid. *ib. p.* 85. *n.* 8.) hi in pagum deinceps huius Archiepiſcopatus, dictum Selgenloh, ſeſe contulerint, ibidemque bona acquiſiverint. Caeterum plures haec gens eodem tempore perſonas quum produxerit ſibi cognomines, nata Köhlero, familiae huius genealogiam ope veterum chartarum conficienti, plus ſemel eſt errandi occaſio. Nam praeter Joannem a Sorgenloh juniorem, dictum Gensfleiſch, Georgii filium (de quo vid. chartae a. 1442. et 1464. apud Köhler *p.* 86. *n.* 13.) intra annos 1430. et 1441. Moguntiae occurrunt Joannes Gensfleiſch ſenior, ac Joannes Gudenberg ſeu Gensfleiſch, Frielii filius; itemque Argentorati Joannes Gensfleiſch, dictus Gutenberg, de Moguntia, qui in urbem patriam deinde reverſus ſub nomine Jo. Gutenbergii inclaruit. Hos vero tres confudit Köhlerus, et pro eadem perſona habuit, patrem huic proteo aſſignans Frielium Gensfleiſchium, ab a. 1400. ad 1411. obvium, matrem Eliſabetham Wyrichin *zum Gudenberg*, a. 1386. Frielio nuptam; avum pariter Frielium dictum, qui a. 1359. vixit, aviam Grede *von dem jungen Abent zur Laden*; proavum Petermannum, qui floruit a. 1332. ad 1379. proaviam Agnetam *zum Jungen*; abavum Frielium Genſefleiſch, Conſiliarium Moguntiae a. 1332. At Joannem Gensfleiſch ſeniorem jam oſtendimus alium omnino hominem fuiſſe a Joanne Gensfleiſch, dicto Gutenbergio, Argentinenſi typographo. Et ab utroque differre etiam videtur Joannes Gutenbergius, Frielii filius, a. 1430. et 1434. in chartis apud Köhler *p.* 81. *n.* 14. *et p.* 82. *n.* 16. Moguntiae obvius, utpote cui *ſenioris* nota characteriſtica haud apponitur, et diverſum ab Argentinenſi eodem tempore diſtinguere videtur domicilium. Atque haec ſi conſideremus, alios omnino uterque typographus Gensfleiſchius (fratres enim hos fuiſſe mox conſtabit) majores, atque Köhlero viſum, habuit, quos tamen chartae hucusque vulgatae non exprimunt. Quum vero ſenior typographus proximo cognationis vinculo junctus fuerit cum Rudigero a Landeck, Rudolfi filio, eiusque etiam bona adminiſtraverit, teſte charta a. 1441. not. *bd.* a nobis producta, ſtatuere poſſumus, utrumque impreſſorem ex alio Frielii Gensfleiſch, Conſiliarii Moguntinenſis, filio Nicolao, a. 1358. memo-

tem Joannes Gensfleiſch κατ' ἐξοχὴν audit (*bo*). Junior autem Gutenbergii nomen vel gentilitio ſuo adjecit (*bp*), vel ſimpliciter uſurpavit (*bq*), quo ſeſe ab altero diſtingueret. Quo agnationis gradu ſibimet juncti fuerint, documenta et teſtimonia hucusque prolata etſi non exprimant aperte, collata tamen inter ſe haud obſcure indicare videntur, eos fuiſſe fratres; quemadmodum in familiis numeroſa prole beatis ea aetate uſu receptiſſimum erat, duos

---

morato, deſcendere. Nam Nicolaus hic filium habuit Joannem, a. 1390. obvium, atque ex eo nepotes Nicolaum Gensfleiſch ſive Gutenbergium, (a quo Sorgenloi originem trahunt) Joannem Gensfleiſch, Rudolfi patrem, et Gutham Gensfleiſchiam, nuptam Rudolfo a Landeck. conf. chartae apud Köhler *p.* 84. *ſeq.* Rudolfi Gensfleiſchii Jo. fil. mentio fit Moguntiae in chartis a. 1395. et 1427. *ibid. n.* 3. *et* 7. quem opinabor, (donec certiora me alii docebunt) utriusque typographi Jo. Gensfleiſchii fuiſſe patrem. Quod ſi verum, impreſſores noſtri praenomen ab avo, ut moris eſt, acceperunt, quintoque gradu Rudigero a Landeck, Rudolfi fil. juncti fuere. At de matre eorum non adeo multum laborandum videtur. Nam charta a. 1442. apud SCHÖPFLIN. in *Append. Vindic. p.* 36. probat, Jo. Gutenbergio, Argentinenſi typographo, avunculum fuiſſe Jo. Rihter, alias Leheymer, judicem ſecularem Moguntiae, imo huius etiam ſucceſſionem ad Gutenbergium devolutam; unde *avunculi* appellatio proprio illic ſenſu pro matris fratre, non autem materterae marito, ut quandoque fit, accipienda eſt, atque ita matrem Gutenbergii (et ſenioris proinde etiam Jo. Gensfleiſchii) eiusdem Rihterianae ſeu Leheymerianae fuiſſe gentis oportet; prout bene jam ſtatuerat ill. Schöpflinus in *Diſſ. Gallica. p.* 765. qui deinde in *Vindic. Cap. II.* §. 5. Köhleri auctoritate deceptus mutaſſe videtur ſententiam.

(*bo*) Ut in *inſcriptione* ſepulchrali, et in *Chronicis* CASP. HEDIONIS, SEB. FRANCKII, DAN. SPECKLINI, et *Anonymi*, *Append. N.* 69. 71. 85. 86. *et* 89. Saepe etiam obſervavi in familiis, ubi duo agnati eodem praenomine gaudent, ſolum juniorem diſtinctionis notam gerere; at Gensfleiſchius hic ſe ipſum ſemper *ſeniorem* vocavit, ut ex productis documentis conſtat: quod vero in charta a. 1448. apud KÖHLER *p.* 82. *in fin.* legimus, Joannem Gensfleiſch acquiſiviſſe domum Lauffenberg, ad noſtrum plane non ſpectat, verum ad Jo. a Sorgenloh, dictum Gensfleiſch, ceu patet ex collatione documenti *p.* 86. *n.* 14.

(*bp*) In chartis ſcil. Argentinenſibus a. 1434. 1441. 1442.

(*bq*) In urbe videl. Moguntia, (ubi notum erat eius gentilitium nomen) ut patet ex chartis a. 1455. 1465. 1468. Sed et in depoſitione teſtium ac ſententia Senatus Argentoratenſis 1439. itemque in cataſtro gabellae vini in hac urbe ſimpliciter Gutenbergius dicitur, quod vulgo ita appellaretur.

duos fratres ſororesve eodem praenomine, adjecta ſenioris junioriſque diſtinctione, inſignire (*br*). RAPHAEL certe VOLATERRANUS (*bs*), ſcriptor Italus ſeculi XVI. ineuntis, poſtquam de inventione typographiae locutus eſſet, ſubjicit *auctores* (i. e. ut intelligo, inventores) *duos e Germania fratres* fuiſſe; in eo vero errans maximopere, quod artem per hos ipſos Romam allatam exiſtimaverit, quod a Conrado Sweynheym et Arn. Pannartz factum conſtat (*bt*). Apertius BOHUSLAUS BALBINUS, ſcriptor quidem praecedentis modo aevi, at quem plurimas chartas veteres ad manus habuiſſe egregia eius *regni Bohemiae hiſtoria* evincit, duos fratres typographiae inventores in Germania ſcripſit (*bu*), quod eum in anecdoto quodam vel ſcriptore vel documento reperiſſe oportet. His accedat tandem auctoritas *Mſ. Lambethani*, de duobus fratribus ſermonem facientis, quorum unus prototypographi Harlemenſis famulus erat, alter ab hoc edoctus artem poſtea

---

(*br*) Sic in MAXIMIL. HUMBRACHT *Stamtafeln der Rheiniſche Ritterſchaft Tab.* 46. duo fratres Arnoldi Gelthus *von den jungen Abend* occurrunt, ſcil. *der alten* et *der jungen*. Similia exempla videre eſt in gentibus Eppenſteiniana, Marchionum Misniae, Winſpergica, et Iſenburgica, *Tom. I. Scriptor. rer. Moguntin.* GEORG. CHRIST. JOANNIS *in ſchem. ad p.* 625. *a. p.* 685. *p.* 704. *lit. t. et ad p.* 771. Ita tritavus meus Gerardus Franciſci fil. Meerman, Senator, Conſul, et Praetor Delphis Batavorum a. 1575. ſeqq. duas habuit ſorores, Mariam Franciſci Meerman, ſeniorem, nuptam Conſuli Delphenſi Nicolao Adrichomio, et Mariam juniorem, cui maritus obtigit Franciſcus Camerlingius. At hic mos ob nominum confuſionem ex uſu jam receſſit.

(*bs*) Vid. *Append. N.* 53. Non intellexit igitur hunc locum SCRIVERIUS *Laurecrans p.* 68.

(*bt*) Vid. praeter alios SCHELHORNIUS *Obſerv. VI. de orig. typogr.*

(*bu*) In *Exam. Meliſſaeo*, ex edit. quarta Colon. 1687. apud WOLF. *Tom. II. Monum. typogr. p.* 1217.

*Hoc concordia munus, hoc duorum*
*Orbi contulit officina fratrum!*
*O Germania muneris repertrix,*
*Quo nil nobilius, beatiusque eſt!*

addens in margine: *Duo fratres typographiae inventores.* Caeterum hic libellus jam antea prodierat Viennae Auſtr. a. 1670. in 12. an etiam prius, non dixerim.

ea exercebat Moguntiae (*bx*); quod ad ipſiſſimos hosce homines reſpicere *Chronographi Argentinenſes* (*by*) confirmant, dum Gensfleiſchium, famulum in officina primi inventoris, prodidiſſe arcana Gutenbergio, indeque ambos deſcendiſſe Moguntiam, ſcribunt.

Utrique porro Gensfleiſchio communis fuit patria, urbs ſcil. Moguntia (*bz*). Communis, etſi cum nobilitate conjuncta, paupertas, quae utrumque ad mechanicarum artium exercitium, vitae ſuſtentandae cauſa, adegit. Senior, poſtquam de typographeio

(*bx*) *Append. N.* 92.

(*by*) SPECKLINUS et *Anonymus*, *Append. N.* 85. *et* 86. quos male ad Mentelii officinam Argentinae applicuiſſe, quod in Laurentiana Harlemi contigit, oſtendi *Cap. IV.* §. 13.

(*bz*) De Jo. Gensfleiſchio (ſeniore) expreſſe hoc teſtatur *Chronographus Argentinenſis*, *Append. N.* 86. At de juniore, ſive Gutenbergio, res paululum controverſa eſt. Nam ULRICUS ZELLIUS apud *Chronogr. Colon.* JO. PHIL. DE LIGNAMINE, JAC. PHIL. BERGOMAS, BAPT. FULGOSUS, et JAC. WIMPHELINGIUS, qui omnes ſeculo XV. floruere, (ut recentiores ſileam) eum patria Argentinum declarant. vid. *Append. N.* 5. 16. 28. 36. *et* 44. Neque iis profecto teſtimoniis recte opponitur, quod apud Alſatos degens Gutenbergius ſeſe ipſum ſcripſerit *Joannem dictum Gensfleiſch*, *alias Gutenberg*, *de Maguntia*; quum reſpicere hoc poſſet aut ad familiae Gensfleiſchiae originem, aut forte ad jus civitatis Moguntiae ab ipſo quandoque acquiſitum: nam et hac ratione Udalricus Gallus, ſecundus typographus Romanus, ſaepe ſe *Hahn de Vienna* nuncupavit, alibi ſeſe civem Viennenſem, patria Ingolſtadienſem declarans. vid. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 243. *edit. ſec.* At ſcrupulum mihi eximit auctoritas poëtaſtri in carmine ad calcem *Inſtit. Juſtin.* 1468. ubi ambos prothocaragmaticos Joannes diſerte affirmat in urbe Moguntia genitos; quibus verbis qualemcunque ſenſum tribuas, (vid. §. *ſeq.*) alterum ex iis ambobus noſtrum fuiſſe Gutenbergium palam eſt: quis vero credat, Petr. Schoefferum, qui carmen hoc et ipſe impreſſit et ſua gratia confici voluit, ignoraſſe, ubinam loci Gutenbergius, cum quo ſimul arti typographicae manus admoverat, vidiſſet lucem? Dicamus ergo, quod res eſt, natum quidem fuiſſe Gutenbergium Moguntiae; verum, quum inde a pueritia commoratus fuerit Argentinae, (teſte BERGELLANO in *encom. chalcogr. vers.* 49. *ſeq. Append. N.* 74.) ibique et vitae ſociam elegerit, et per plura luſtra domicilium tenuerit, a plerisque communi errore Argentinenſem patria fuiſſe habitum. Atque ex his corriges, quae JO. CHR. SEIZIUS *derde jubeljaer der drukkonſt p.* 123. KÖHLERUS *ehrenr. Gutenb. p.* 8. et magno numero alii hanc in rem ſcripſere.

pheio Harlemenſi aliquid reſciviſſet, illi ſe ut miniſtrum tradidit, hoc animo, ut incognitam hucusque artem edoctus uberrimos exinde in patria fructus colligeret (*ca*). Junior interea, qui ſedem Argentorati fixerat, ſpecula conficiendi, lapidesque poliendi, et alias forte quasdam artes (*cb*) ea in urbe exercuit, moxque arcana quaedam typographiae a fratre edoctus eam primum Argentorati tentavit, donec Moguntiae, poſtquam ſenior illic ſeſe contuliſſet, ſub eius ductu rem perfecit (*cc*).

En igitur ambo Joannes Gensfleiſchii, ſenior, juniorque, aut ſicut veteres diſtinguebant, Gensfleiſchius Gutenbergiusque, e latebris clariſſimae luci expoſiti, non modo ut duae perſonae, ſed et ſeparatim arti impreſſoriae incumbentes, ille Moguntiae, hic Argentinae, donec ambo eadem in urbe Moguntina conjunctis viribus id opus aggreſſi mirifice poſthac promoverent; hoc proinde nomine, etſi caetera pravae fuiſſe videantur indolis (*cd*), laudandi

(*ca*) Vid. ſupr. *Cap. IV.* §. 13.

(*cb*) SETH. CALVISIUS in *Chronico* ad a. 1440. et HENR. SPONDANUS in *auctario ad annal.* BARONII ad a. 1440. ſcripſerunt, Gutenbergium aurifabrum fuiſſe, at ſine ullo auctore. MATH. JUDEX, qui duobus abhinc ſeculis floruit, in *libello de typogr. invent. p.* 14. *et* 29. id tradiderat de Jo. Fauſto, quem forte confudit cum huius fratre Jacobo Fuſt, Conſule Moguntino et aurifabro, de quo vid. KÖHLER *p.* 100.

(*cc*) Vid. infr. *Cap. VIII.* §. 8.

(*cd*) Senior quippe veritus non fuit officinam, in qua ſubminiſtri partes egerat, ſpoliare, ſeque ipſum ſacramenti fide liberare. Junior contentioſus admodum homo fuit; promiſſum quippe nobili virgini Annae *a porta ferrea* matrimonium praeſtare noluit, niſi demum a judice conſtrictus; de illa, poſtquam a. 1444. vel ſeq. Moguntiam ſeſe contuliſſet, parum deinde ſollicitus, eamque Argentinae relinquens ſolam: neque cum hac modo rixas habuit, ſed etiam cum ſociis typographiae utraque in urbe, quibus juſtam, ut in forum protraheretur, occaſionem praebuerat; tribus itaque ſua culpa involutus litibus. Minime proinde meritus fuit, ut eius cauſam tanto cum fervore ageret Köhlerus, Fauſtum injuria accuſans malae fidei et uſurariae pravitatis, quem credere vix potuit neceſſe habuiſſe pecuniam Gutenbergio largiendam a. 1450. mutuo ſumere; quod tamen facile mihi perſuadebitur, quum tam ingentem brevi antea ad *Biblia*, a prelo adhuc madida, impendiſſet ſummam.

dandi quam maxime! En ſtabilita fides auctoritasque WIMPHELINGII, qui natus utroque adhuc vivente Gensfleiſchio (*ce*) totius rei gnarus eſſe et potuit et debuit! En ſua ſponte corruens Moguntinae typographiae ex Argentinenſi derivatio, quae ill. SCHÖPFLINO placuit (*cf*), quum Gutenbergius poſt irrita Argentorati tentamina artem Moguntiae demum didicerit a Gensfleiſchio ſeniore; utriusque vero typographiae primordia ex una Harlemenſi repetita!

## §. X.

Ex praemiſſis lucem capiunt a nemine intellecta hactenus verba Poëtaſtri in carmine, quod ſubjectum principi *Inſtitutionum Juſtinianearum* editioni, a. 1468. Moguntiae typis Petri Schoefferi excuſae:

*Hos dedit eximios ſculpendi in arte magiſtros,*
*Cui placet en mactos arte ſagire viros,*
*Quos genuit ambos urbs Moguntina Johannes,*
*Librorum inſignes prothocaragmaticos,*
*Cum quibus optatum Petrus venit ad polyandrum,*
*Curſu poſterior, introëundo prior;*
*Quippe quibus praeſtat ſculpendi lege, ſagitus*
*A ſolo dante lumen et ingenium.*

Per ambos enim Johannes deſignari omnes (*cg*) hucusque voluerunt Gutenbergium Fauſtumque, non ſatis attendentes ad primum diſtichon a nobis productum, quod quum maxime ad rem fa-

(*ce*) WIMPHELINGIUS enim lucem vidit a. 1450. vid. *Append. N.* 44. *in not.* Gensfleiſchium ſeniorem vero adhuc a. 1456. juniorem a. 1465. ſuperfuiſſe ex documentis de utroque a nobis adductis liquet.

(*cf*) Vid. *Cap. VII. Vindic.*

(*cg*) Videl. SCHELHORNIUS, ISELIUS, SCHWARZIUS, MARCHANTIUS, SEIZIUS, KÖHLERUS, SCHÖPFLINUS, et forte alii.

faciat, omittere ill. SCHÖPFLINUS de hoc loco agens (*cb*) non debuerat. Fauſtum ſane, locupletiſſimum virum, manibus typographiam tractaſſe, characteresque ſculpſiſſe, nemo veterum eſt, qui ſcripſerit, nemo qui ſomniaverit, idque ipſi etiam negant, qui ita haec verba interpretantur, neoterici. Difficile igitur eſt, ut nobis perſuadeatur, Schoefferum, in cuius maxime honorem, quoque adeo aut inſtigante, aut ſaltem conſentiente, carmen hocce compoſitum fuit, permiſſurum fuiſſe, ut in re adhuc recenti, omnibusque tum nota, ſocero ſuo Fauſto adſcripta fuiſſet peritia artis, quam numquam aut profeſſus fuit aut exercuit. Si verum ergo amamus, duo illi Johannes non alii ſunt, quam Gensfleiſchius (ſenior) Gutenbergiusque, qui manibus ſuis typographiam tractarunt, primique metallicis impreſſerunt literis. Neque tamen vel ſic me iis oppono, qui Fauſti mentionem in iſthoc carmine fieri debuiſſe opinantur; at hunc latere ſuſpicor ab *polyandri* illius, ad quem uterque Gensfleiſchius Petrusque Schoefferus confugiebant, appellatione, ea ſcil. mente adhibita, quod omnibus ille impreſſoribus commune azylum eſſet, hosque et opibus juvaret et conſilio, quaſi Germanice *aller-man* exprimas (*ci*).

(*cb*) *Vindic. Cap. VI.* §. 8.

(*ci*) Jo. Fauſto certe tributum fuiſſe olim agnomen *Gutmanni*, id eſt boni viri, (haud dubie ex propenſo eius in alios adjuvandos animo) nos docet JO. CARION in *Chronico*, *Append. N.* 65. quam etiam mentem hic fuiſſe Poëtae ſuſpicor; et licet diffiteri non poſſim, inſolitam eſſe hanc τῦ *polyandri* ſignificationem, obſervandum eſt, alias quoque voces Graecas hunc fabricaſſe Poëtam, ut jam vidit cel. SCHWARZIUS in *primar. docum. Diſſ. III. p.* 11. *et* 22. Haec autem ſi forte diſpliceat interpretatio, non refragor, quominus per *polyandrum* hic intelligantur artis penetralia, alluſione facta ad ſepulchrum Chriſti, quod Petrus Apoſtolus primus intravit, etſi poſt Johannem advenerit; qua ratione hoc aenigma explicuerunt omnes, uno SCHELHORNIO, *Tom. IV. Amoenit. liter. p.* 301. qui ignotum quendam hominem latere hic ſuſpicabatur, excepto.

## §. XI.

Quis vero ex duobus hisce Gensfleiſchiis proprie typographiam charactere metallico adinvenerit, non ſatis diſtincte vetera explicant monumenta. Gutenbergius quum Argentina a. 1444. vel 1445. proficiſceretur Moguntiam (*ck*), jam alios, teſte WIMPHELINGIO, hic invenit in ea arte inveſtiganda laborantes, ac deinceps Gensfleiſchii (ſenioris) ductu rem perfecit. Cum quibus conveniunt, quae ſuo loco obſervavimus, Gensfleiſchium hunc jam a. 1442. *Grammaticam* ALEXANDRI et *Logicalia* PETRI typo ligneo excudiſſe (*cl*), atque a. 1443. domum *zum Jungen*, quae ob artem illic repertam *impreſſoria* dicta fuit, conduxiſſe (*cm*). Is

(*ck*) Ultima vice Gutenbergii apud Argentoratenſes mentio fit in cataſtro gabellae vini die S. Gregorii, i. e. 2. Martii 1444. WIMPHELINGIUS vero quum indicet, eum Argentorato recta deſcendiſſe Moguntiam, tumque ſe rei typographicae ſtudioſis adjunxiſſe, colligere licet, eum ipſo a. 1444. vel initio ſequentis mutaſſe ſolum.

(*cl*) Vid. *Cap. IV.* §. *ult.*

(*cm*) Ab affini ſcil. ſuo Ortwino *zum Jungen*, ſeniore, qui ſororem ſuam Annam Gensfleiſchiam duxerat uxorem. vid. documenta a. 1443. et 1445. ſupra not. *bd.* a nobis producta. Eas aedes deinde, finito a. 1446. locationis tempore, de novo a ſocietate typographorum in aliquot annos conductas fuiſſe veroſimile eſt, ſi hac in parte non erravit TRITHEMIUS in *Annal. Hirſaug.* qui tradidit, Fauſtum, Gutenbergium, et Schoefferum illic habitaſſe. Cette Gutenbergium eas occupaſſe idem auctor in *Chron. Spanheim.* aliusque ineditus *ſcriptor Moguntinus* teſtantur. vid. *Append. N.* 30. *et* 93. qua forte de cauſa Gutenbergio nomen *zum Jungen* tribuit MATH. PALMERIUS, Piſanus, *Append. N.* 23. WIMPHELINGIUS vero Gutenbergium artem ſub ductu Gensfleiſchii perfeciſſe ſcribit in domo *Gudenberg*; quae ita forte conciliari poterunt, ſi ſtatuamus, in aedibus *zum Jungen* artem typographicam literis metallicis a Gensfleiſchio indeque Gutenbergio inventam; at poſtquam Gensfleiſchius ob hebetatam oculorum aciem manibus opus non amplius tractavit, ſed Gutenbergio totum tradidit, eique modo dux fuit, tranſlatum fuiſſe prelum ab aedibus *zum Jungen* ad domum Gutenberg, in qua Gutenbergium deinceps habitaſſe eo magis veroſimile eſt, quod illic poſitum deinde ab IVONE WITIGISI fuerit in eius honorem epitaphium. vid. *Append. N.* 54. Erravit certe ill. SCHÖPFLINUS in *Gallica Diſſ. p.* 765. not. *f.* dum utrasque aedes pro iisdem habuit, quas diverſas eſſe ex indiculo apud GUDENUM *Tom. II. Cod. Diplom. p.* 524. *et* 526. conſtat.

Is ipſe ergo Gensfleiſchius circa haec tempora de ſubſtituendo meliori impreſſionis genere fuiſſe videtur ſollicitus, aliosque ad difficillimum opus quaeſivit adjutores, quos etſi haud nominaverit Wimphelingius, in eorum tamen numero Jo. Fauſtum et Jo. Meidenbachium fuiſſe ex aliis veterum locis inferre licet (*cn*). Oculorum vero hebetata acies obſtitit, quominus ipſe rei tam arduae ultimam imponere potuerit manum, in ea tamen jam adeo exercitatus, ut poſtquam Gutenbergius adveniſſet Moguntiam, dux ei fuerit ad tantum opus perficiendum, et typographiam literis metallicis abſolvendam, quae deinde, poſt impreſſa *Biblia* ruptamque primam ſocietatem, a Gutenbergio ſolo per quinquennium exercita huic tamen cum Fauſto communis fuit (*co*). Ita, quum ambo Gensfleiſchii a laudato poëtaſtro vocentur *proto-caragmatici*, i. e. primi typographi, tutiſſimum eſt, ut cum eodem Wimphelingio (*cp*) utrumque pro inventore novae artis habeamus, atque ita conciliemus aliorum ſcriptorum diſſidia; tametſi Gensflei-

(*cn*) TRITHEMIUS in *Chron. Spanh.* ait, Gutenbergium ad inventionem artis adjutum fuiſſe auxilio Jo. Fuſt et aliorum. Laudatus *Scriptor Moguntinus* et SEB. MUNSTERUS idem confirmant, ſed addunt praeterea Jo. Meidinbach. Denique CASP. HEDIO in *Chronico* adjutores Gutenbergii nominat Jo. Fauſtum, Jo. Gensfleiſchium, aliosque. Vid. *Append. N.* 30. 69. 76. *et* 93. Haec vero certiſſime non conveniunt novae ſocietati, menſe Auguſto 1450. contractae, utpote quae ſolos inter Fauſtum et Gutenbergium inita, neque inveniendae ſed excolendae arti, ante aliquot annos jam repertae, deſtinata erat. Probabile igitur eſt, Gensfleiſchium (ſeniorem), poſtquam Harlemo in urbem patriam adveniſſet, quum propriis ſumtibus parum ad opus typographicum promovendum contribuere poſſet, vel ſtatim vel ſaltem ab a. 1443. Fauſti pecunia fuiſſe adiutum, et ſub huius quaſi auſpiciis artem chalcographicam inveniſſe, quae hac forte de cauſa Fauſto a quibusdam tributa jam olim fuit. Acceſſit circa eadem fere tempora Jo. Meidinbachius, ac forte alii, quorum nomina interciderunt, et a. 1444. vel ſequenti his comitem ſeſe dedit Gutenbergius. Atque hanc ſocietatem poſt varia opuſcula xylographica tandem a. 1450. *Biblia* protuliſſe, eodemque anno ruptam fuiſſe ſuperius not. *e.* obſervavimus.

(*co*) Vid. *Sententia judiciaria* a. 1455. JOH. ARN. BERGELLANUS in *encom. chalcogr. vers.* 247. *ſeq. Append. N.* 74. add. SCHWARZ. *primar. docum. Diſſ. I. p.* 18. *ſeq.*

(*cp*) In *Gravaminibus contra Romanam curiam*, *App. N.* 44.

fleiſchio ſeniori, ut tempore priori, etiam primae aſſignandae videantur partes.

## §. XII.

Nihil jam facilius erit, quam tempus definire, quo typographia apud Moguntinenſes initium ſumſit. Eam enim ſi latiore ſenſu intelligas, origo jam repetenda eſt, a quo ſpolia typographica Harlemo Moguntiam tranſlata ſunt, id eſt, ab a. 1441. ineunte; aut ſi malis, quo primi libri, ALEXANDRI ſcil. et PETRI HISPANI tractatus, Batavis typis illic deſcripti ſunt, nempe a. 1442. Si vero *artem impreſſoriam* interpreteris, quae ſtanneis literis fiebat, illius inventio, vel prima ſaltem idea, quum praeceſſerit adventui Gutenbergii, certe antiquior etiam anno 1445. eſt. Imo vetuſtiſſimi teſtes, ULRICUS ZELLIUS apud *Chronographum Colonienſem* et JOH. NAUCLERUS, eam repertam aiunt circa a. 1440. *(cq)*, et hac etiam mente MATH. PALMERIUS, Piſanus, quem ſecuti ſunt HARTM. SCHEDELL, BAPT. FULGOSUS, aliique bene multi *(cr)* rotundo numero uti volentes, a. 1440. (id eſt circa hoc decennium) *librorum imprimendorum rationem* excogitatam ſcripſerunt. Quod ſi ſtandum POLYD. VERGILII, qui a. 1499. ſcripſit, teſtimonio *(cs)*, inventio haec a. 1442. nata eſt, id eſt ipſo illo anno, quo ineunte informes illos foetus protruderat, ſuaeque forte exſpectationi non ſatis reſpondere obſervaverat Jo. Gensfleiſchius (ſenior), quod admodum veroſimile eſt. Si autem non ad rationem, id eſt ideam, imprimendorum librorum, verum ad tempus, quo primum opus, *Biblia* nempe Latina, metallicis ty-

---

*(cq)* Vid. *App. N.* 5. *et* 45.

*(cr)* Ut ANDR. ALTHAMERUS, JO. CARIO, SEB. FRANCK, SEB. MUNSTERUS, HENR. PANTALEON. vid. *Append. N.* 23. 35. 36. 64. 65. 71. 76. *et* 83.

*(cs)* *App. N.* 43.

typis deſcripta fuerunt, reſpicias, id Zellio teſte accidit a. 1450. Profecto quum maximis difficultatibus novum hoc typographiae genus laboraret (*ct*), immenſique labores et ſumtus impendendi eſſent ſculpturae tot characterum metallicorum, quot vaſtum *Bibliorum* opus requirebat, emendandoque integro apparatui typographico, mirandum non eſt, inter primam ideam et ſplendidi operis impreſſionem, vel ſaltem abſolutionem, ſeptennii, octenniive ſpatium interceſſiſſe.

## §. XIII.

Ex his omnibus dijudicatu facile eſt, quo jure ill. SCHÖPFLINUS epocham Moguntinenſem a. 1450. conſtituerit, imo quod magis eſt, ipſos Moguntinos ante hunc annum ex primitiis artis nihil ſibi vindicare ſcripſerit (*cu*). Aliud certe tradidit ZELLIUS, teſtium hac in re princeps, ipſiusque Moguntinae dioeceſeos clericus, qui ab a. fere 1440. ad 1450. in emendatione artis impreſſoriae laboratum monuit diſtincte (*cx*). Hoc quidem teſtimonium poſtea reprehendit vir ill. (*cy*), ut typographiam Moguntinenſem, quam demum ab inita inter Fauſtum et Gutenbergium a. 1450. ſocietate repetit, ex Argentinenſi derivare poſſet; ſed hoc etiam WIMPHELINGII auctoritati repugnare, atque ex Gensfleiſchii ſenioris anteactis deſtrui jam obſervavimus. Ita, dum veteres multiplicis erroris injuria accuſat v. cl., a vero non una ratione ipſe deflectit. Non ignoro, quosdam dari auctores, qui a. 1450. repertam artem ſcribunt (*cz*); ſed hos non tam ad eius

(*ct*) Teſtis hac de re eſt TRITHEMIUS, ex ipſius Petri Schoefferi ore, in *Annal. Hirſaug. App. N.* 4.

(*cu*) *Diſſ. Gallica p.* 762. *ſeq.* et *Vindic. Cap. VII.* §. 1.

(*cx*) Hoc quoque SEB. MUNSTERUS in *Coſmographia* ſecutus eſt. vid. *App. N.* 76.

(*cy*) *Vindic. Cap. VII.* §. 7.

(*cz*) Ut JO. TRITHEMIUS, JO. AVENTINUS, ACH. GASSARUS, CASP. HEDIO, et auctor *Chronici Norimbergenſis mſ. App. N.* 30. 59. 68. 69. *et* 94.

eius initia, quam quidem tempus primae impreſſionis, *ſacri* ſcil. *Codicis*, reſpicere ex praecedentibus in confeſſo eſt (*da*). Non ignoro, reperiri alios, qui ad a. 1457. vel ſequentes ortum typographiae prorogant (*db*); at illos totius rei non ſatis gnaros fuiſſe, magnificentiſſima (ut de anterioribus *Bibliis* taceam) *Pſalterii* editio, a. 1457. abſoluta, et certiſſime antea prelo commiſſa, evincit. Sed quum aera haec fere conveniat propagationi artis, quae brevi poſt ruptam a. 1455. inter Fauſtum et Gutenbergium ſocietatem coepit (*dc*), illam cum epocha inventionis ab his ſcriptoribus perturbatam fuiſſe palam eſt; quod non eveniſſet, ſi conſuluiſſent MATH. PALMERII, Piſani, (anno iam 1423. nati) *Chronicon*, ubi ad a. 1457. legimus, typographiam, a. 1440. inventam, hoc tempore in omnes fere orbis partes propagari. Veterum autem teſtimonia perſcrutanti tandem fons huius erroris ſeſe mihi aperuit. WERNHERUS ſcilicet ROLEVINCK DE LAER in *Faſciculo temporum*, a. 1474. Coloniae primum edito, ad a. circiter 1457. recte ſcripſerat: *Artifices mira celeritate ſubtiliores ſolito fiunt, et impreſſores librorum multiplicantur in terra, ortum ſuae artis habentes in Maguntia;* quae verba ad perfectionem et propagationem artis reſpicere nemo non videt. Verum HENRICUS WIRZBURG DE VACH, qui *Chronicon* hoc, varie a ſe interpolatum et auctum, a. 1481. edidit, locum hunc contra mentem auctoris immutavit, ſub eadem epocha ſcribens: *Librorum impreſſionis ſcientia ſubtiliſſima, omnibus ſaeculis inaudita, cir-*

(*da*) Bene hoc iam obſervavit NIC. SERARIUS *Lib. I. rer. Mogunt. c.* 38. et poſt hunc alii.

(*db*) Scil. DON. BOSSUS a. 1457. JAC. PHIL. BERGOMAS a. 1458. FELIX FABER a. 1459. CHRISTOPH. SCHEURLUS a. 1460. *App. N.* 28. 31. 33. *et* 52.

(*dc*) Id teſtatur FAUSTUS ASCHAFFENBURGIUS in *Diſcurſu*, apud KÖHLER *p.* 91. *et ſeq.* ubi tamen additur, magis adhuc divulgatam fuiſſe artem poſt captam a. 1462. Moguntiam, de qua altera epocha ſolummodo mentionem facit JO. SCHOEFFERUS in *ſubſcript. Compend. Trith. App. N.* 47. ſed utramque retinendam bene vidit SCHELHORNIUS *Obſerv. III. de art. typogr. p.* 35.

*circa haec tempora reperitur in urbe Maguntina.* Quae verba in pleraſque, ſi non omnes, editiones poſteriores tranſlata multos in errorem induxerunt (*dd*). Hinc forte JO. SCHOEFFERUS, in epigraphe *Compendii Trithemiani de rebus geſtis Francorum*, ex edit. 1515. Fauſtum imprimendi artem proprio ingenio excogitare ſpeculariquе coepiſſe a. 1450. inque opus imprimendi a. 1452. deduxiſſe ſcripſit, in epocha aeque ac auctore errans (*de*); quem tamen JO. AVENTINUS aliique nonnulli deinde ſecuti ſunt.

## §. XIV.

Ita auctores epochamque literarum tam lignearum, quam e metallo ſculptarum, expoſuimus. Reſtant, qui ultimo loco ſubintrarunt, quorumque adminiculo completa ars fuit, typi fuſiles. Hosce non Harlemum at Moguntiam agnoſcere genitricem ſupra iam docuimus (*de**), quae hic repetere nihil attinet. De ipſo vero auctore atque invento nihil vel plenius vel accuratius alibi ſcriptum legimus, quam in *relatione* JO. FRID. FAUSTI ASCHAFFENBURGII, e familiae ſuae documentis concinnata, unde verba huc facientia transferre juvabit (*df*). *Petrus Schoefferus Gernsheimenſis, quum heri ſui Fauſti inſtitutum percepiſſet, et magno illius artis ſtudio arderet, ſingulari Dei inſtinctu rationem invenit, qua characteres matrici, ut vocant, inciderentur, et ex ea funderentur, atque adeo ſaepius iterati formarentur, non vero ſinguli ſigillatim exſculperentur. Hic clam matricem abecedariam incidit, et cum characteribus inde fuſis hero ſuo Johanni Fauſto oſtendit, qui huic*

(*dd*) Coecutiit itaque PETR. SCRIVERIUS, dum in *Laurea Cap. XI.* verba haec eundem atque praecedentia ſenſum habere ſcripſit.

(*de*) Vid. *Append. N.* 47. ibique notata.

(*de**) *Cap. IV.* §. 7.

(*df*) Locum, qui lingua originali exſtat apud KÖHLER *p.* 90. *ſeq.* appoſui ex WOLFII verſione *Tom. I. Monum. typogr. p.* 468. *ſeq.*

*huic adeo placuerunt, ut gaudiorum plenus ei protinus filiam unicam Chriſtinam deſponderet, ac paulo poſt in uxorem daret. Magna autem in hoc genere characterum, uti antea in ligneis, difficultas ſuborta eſt, propterea quod materia mollior eſſet, quam ut preſſurae reſiſtere poſſet, donec tandem eiusmodi mixtura inventa fuit, quae vim preli aliquamdiu ſuſtinere poſſet.* Circumſtantiis illis eo maior adhibenda eſt fides, quoniam nihil hac in parte, ut paſſim alibi, in honorem Fauſti vertitur, omnia autem Schoeffero tribuuntur ingenue. Apprime etiam haec conveniunt cum illis, quae JOANNES SCHOEFFERUS Petri fil. in laudata ſubſcriptione tradidit, Fauſtum Petro Schoeffero, miniſtro filioque ſuo adoptivo, Chriſtinam Fuſthin (*dg*) filiam ſuam *pro digna laborum multarumque adinventionum remuneratione* nuptui dediſſe. Aſſentiri itaque haud poſſum TENTZELIO, SCHWARZIO, KÖHLEROque (*dh*), qui ipſum Gutenbergium tempore ſocietatis cum Fauſto initae characteres fundendi artem excogitaſſe volunt, quam Schoefferus modo emendaverit; maxime quum biennio poſt ruptam hancce ſocietatem Fauſtus ex officina ſua *Pſalterium* ſculptis adhuc literis emiſerit. Novi quidem, anſam huic opinioni dediſſe verba TRITHEMII (*di*), qui poſtquam de ſumtibus ad *Bibliorum* editionem factis locutus eſſet, adjicit, *Petrum Opilionem* (i. e. Schoefferum) *faciliorem deinde modum fundendi caracteres excogitaſſe.* At, quum *Biblia* haec a. 1450. ſculptis certiſſime

(*dg*) Suſpicor, JOANNEM SCHOEFFERUM, dum matris ſuae praenomen per *Chriſtinam* expreſſit, lapſum fuiſſe; quandoquidem ipſe PETRUS SCHOEFFERUS in conventione cum affini ſuo Joanne Fuſt Jo. fil., ſuper reſiduis *libri Decretalium* edit. Mogunt. 1473. exemplis, anno 1477. Teutonico ſermone exarata, uxorem ſuam *Dynen*, i. e. Dinam, appellavit. Non me latet, cl. KÖHLERUM, qui inſtrumentum hoc edidit in Probat. ad *Ehrenr. Gutenb.* lit. *Vv. p.* 100. opinatum fuiſſe, *Dinae* nomen contracte illic ſcribi pro *Chriſtinae*; ſed quominus ei aſſentiar, facit quod *Dinae*, ſive *Deborae*, et *Chriſtinae* nomina ſint omnino diverſa.

(*dh*) Vid. iſte in *Diſcurſu*, apud WOLF. *Tom. II. Monum. typogr. p.* 661. *ſeq.* ille in *primar. docum. Diſſ. I. p.* 33. *et III. p.* 26. hic *Ehrenr. Gutenbergs p.* 16. *ſeq.*

(*di*) *Annal. Hirſaug. App. N.* 4.

me literis impreſſa fuerint (*dk*), quas antea memoraverat TRITHEMIUS, palam eſt, auctorem illis mox fuſas opponere voluiſſe; ut adeo breviloquae huius dictionis ſenſus ſit, Schoefferum faciliorem deinde modum excogitaſſe fabricandi characteres ope fuſoriae artis. Atque ita haec verba intellexit, qui ex eodem Trithemii loco et narrationibus civium Moguntinenſium *encomium* ſuum *chalcographiae* a. 1541. formavit JO. ARN. BERGELLANUS (*dl*). Petrus ergo Schoefferus, poſtquam ad a. 1449. clerici ſive ſcribae librarii partes egiſſet Lutetiae (*dm*), eodem forte vel inſequenti anno advenit Moguntiam, ubi iam antea aliquamdiu habitaverat, tum vero Trithemio teſte iam adfuit impreſſioni *Bibliorum*, adeoque officinae illic typographicae ſeſe dedidit, et transſcribendis ſine dubio libris prelo deſtinatis, impreſſis autem exemplis rubricas apponendo vacavit, *clericus* inde dictus *dioeceſeos Moguntinenſis* (*dn*). Interea tamen ſculpendi artem didicit, ab ambobus, ut puto, Gensfleiſchiis, et tanto quidem cum ſucceſſu, ut utrique, teſte laudato antea poëtaſtro, palmam praeripuerit, ſculptarumque literarum incommoda animadvertens fuſas tandem ſubſtituerit. Has vero, quum *Pſalterium* a. 1457. adhuc ſculptis,

(*dk*) Illud in controverſiam eo minus trahi poteſt, quoniam omnes vetuſtae *Bibliorum Latinorum* editiones, anni et loci indicio deſtitutae, quarum modo haec modo illa pro principe editione venditata fuit, typis inaequalibus excuſae deprehenduntur.

(*dl*) *Verſ.* 125. *ſeq.*

*Illis ſuccurrit Petrus, cognomine Schoeffer,*
*Quo vix caelando promptior alter erat.*
*Ille ſagax animi praeclara toreumata finxit,*
*Quae ſanxit matris nomine poſteritas,*
*Et primus vocum fundebat in aere figuras,*
*Innumeris cogi, quae potuere, modis.*

(*dm*) Ubi transſcripſit *Logicalia* ARISTOTELIS, in ſubſcriptione ſeſe a loco tum natali, tum domicilii vocans *Petrum de Gernsheym, alias de Maguncia.* vid. Specimen figuratum adjectum ill. SCHÖPFLINI *Vindiciis N. VII.*

(*dn*) Hoc titulo iam occurrit in inſtrumento litis a. 1455. De illa ſignificatione *clerici* diximus *Cap. III.* §. 3. ibique not *m.*

tis, DURANDI *Rationale* a. 1459. fuſilibus characteribus prodierint, a. demum 1458. perfectas, etſi aliquo forte tempore antea excogitatas, veroſimile eſt (*do*).

§. XV.

Ex his omnibus mira elicitur Batavos inter et Moguntinenſes concordia (*dp*). Illi typos Harlemo Moguntiam advectos teſtantur a. 1440. hi vero epocham ſuam circa hoc tempus conſtituunt. Illi non amplius, ut factum antea, fuſiles typos ſibi adſcribunt, ſed eos vero auctori Petro Schoeffero grato reſtituunt animo, quique his praeceſſerant, ſculptos ex metallo, Moguntiae quoque natos fatentur, atque inventori Gensfleiſchio utrique acceptos referunt; ſolos vero ſibi vindicant e ligno characteres, uti primo omnium adhibitos, ita uſu caeteris longe inferiores: Mo-

(*do*) Ita fere ſtatuunt FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 60. et SCHELHORNIUS *Obſerv. II. de art. typogr. p.* 17. SCHÖPFLINUS vero in *Diſſ. Gallica p.* 772. et *Vindic. Cap. III.* §. 6. 7. minus recte epocham intra annos 1450. et 1455. collocat. Neque quidquam eum iuvat JO. SCHOEFFERI teſtimonium, qui dum in *ſubſcriptione Trithemiana* 1515. *App. N.* 47. perfectionem artis a. 1452. (etſi perperam) aſſignat, non reſpicit ad matrices, verum, ut ipſa verba indicant, ad primam e prelo productionem, utique ſculptarum literarum, non fuſarum, ope factam. Quae vero in hanc rem protulit Schöpflini vindex in *Epiſt. Gallica p.* 10. *et* 11. ita comparata ſunt, ut oſtendant, Fournierium melius opinionem ſuam adſtruere debuiſſe, neutiquam vero, ut aliquid inde roboris Schöpflinianae ſententiae accedat.

(*dp*) Dixeris, M. Z. BOXHORNIUM in *Theatro Hollandiae p.* 137. iam eandem conciliationis viam reperiſſe, dum ſcribit: *Sed non difficile eſt, hanc tam gravem et tam nobilem controverſiam, et quae clariſſima noſtri aevi ingenia exercuit, componere; nempe, ſi vel id, quod res eſt, concedamus, typos quidem ligneos a Laurentio Harlemenſi primos fuiſſe inventos, typos vero ſtanneos, aereos, et plumbeos ad horum exemplar efformatos eſſe a Johanne Fauſt cive Moguntino* (vel ut ſcribere debuiſſet Jo. Gutenbergio.) At vero longe alia mente haec protuliſſe auctorem ex iis, quae mox ſubjungit, apparet, dum impreſſionem tabellarem Harlemo, typos vero e metallo (neque enim ligneos verſatiles noverat) Moguntiae tribuit. Poſtea vero ulterius proceſſit Boxhornius, et Laurentio fuſiles quoque typos praeeunte JUNIO adſcripſit in *Diſſ. de typogr. invent. p.* 37. 41.

Moguntini, contenti metallicis olim, ligneos, quos minus legitimo modo a nobis receperant, apud ſe inventos iactare nunquam in animum induxerunt, niſi poſtquam in iuſta metallicorum posſeſſione perturbari a Belgis coepiſſent, quos adeo prima contentionis ieciſſe fundamenta confiteor doleoque. Sed errore utrobique agnito finita erit omnis controverſia, et niſi in poſterum de verbo moveatur quaeſtio, inventum typographiae Harlemenſibus, chalcographiae Moguntinis deberi in confeſſo erit. Ita verendum non eſt Germanis, ut rei alienae, quam, convicto criminis Gensfleiſchio ſeniore, nobis reſtituent, contrectatio nationi ſuae unquam futura ſit vel dedecori vel opprobrio; quin potius debitas illis grates rependemus, quod artem, a ſordibus patriis repurgatam, paucos intra annos ad inſignem et fere ſtupendum perfectionis gradum extulerint, quae ſi intra privatos familiae Laurentianae parietes ſubſtitiſſet, neque aliter providiſſet ſupremus rerum arbiter, in ipſa forte, ut aliae artes, periiſſet infantia. Sic itaque, impoſita Laurentio, ut primo mobilium typorum repertori, laurea, Moguntinos tamen gloriae inventi participes, adeoque amicos fratresque Batavorum agnoſcimus; hisque proinde poſt ſociatas utrimque dextras hilari animo dimisſis ſubſiſtere liceret, niſi graviter ſeſe opponerent Argentinenſes, quorum, ne iniqui videamur, audienda eſt cauſa.

# CAPUT VIII.

## *Typographiae Argentinenſis origines.*

§. I.

Argentina nonnunquam Harlemi, nonnunquam Moguntiae aemulam ſeſe oſtendit, dum modo ligneorum, modo ſtanneorum typorum inventionem ſibi arrogavit. Duae quippe ſibi fere ſucceſſerunt illic opiniones, quarum prior Jo. Gutenbergium apud Argentinenſes impreſſoriae artis inventorem (licet incomplete) conſtituit, altera Jo. Mentelio chalcographiae prima reperta tribuit. Illa, ſeculo XVI. ineunte a JAC. WIMPHELINGIO primum ſtabilita, e detectis noviſſime actis judicialibus litis, Gutenbergio olim intentatae, editori eorum ill. SCHÖPFLINO pondus accepiſſe haud leve viſa eſt: unde haec, per duo ſuperiora poſtquam ſubſtitiſſet ſecula, rejecta tandem; quae tamen diverſum typographiae genus indigitans priori, cui ſurrogata fuit, non tam contraria erat, quam tacite potius derogaverat (*a*).

§. II.

Origo et hiſtoria exercitae a Gutenbergio Argentorati typographiae non melius cognoſci poteſt, quam ex actis ipſis, teſtium ſcil. depoſitione, et lata a Senatu illic ſententia, quorum aetas ad a. 1439. adſcendit (*b*).

Gu-

(*a*) LUDOVICUS LA GUILLE in *Hiſt. Alſatiae Part. I. Lib.* 29. *p.* 333. utrumque et Gutenbergium et Mentelium inventorem ſtatuit, quaſi prima ille tentamina, hic exercitia Argentorati fecerit.

(*b*) Deſcripta quidem illa ab ill. SCHÖPFLINO fuit in *Vindic. typogr. Cap. II.* §. 8. *ſeq.* repeti tamen hoc loco debuit, ut ei lucem in ſequentibus foenerari poſſemus. Caeterum acta ipſa documentis noſtris inſeruimus *N.* 1.

Gutenbergius ergo iam aliquot ante annos Andreae Drizehenio civi Argentinenſi, artibus quibusdam inſtrui cupienti, lapides poliendi rationem monſtravit, eo ſucceſſu, ut fuerit ipſi quaeſtuoſa. Diu poſtea cum Johanne Riff, Praefecto Lichtenavienſi, alias artes exercere coepit, easque inter ſpeculorum confectionem, qua in nundinis Aquisgranenſibus uterentur. Eas idem Drizehenius ſibi, moxque Antonius Heilmannus fratri ſuo Andreae explicari optarunt. Petitis horum annuit Gutenbergius, et ſtipulato ſibi a quovis 80. florenorum praemio utrumque in ſocietatem cum Riffio adſcivit. Quum vero novi ſocii Gutenbergium, ad S. Arbogaſtum extra moenia urbis habitantem, inviſerent, parum candide ſecum fuiſſe actum animadverterunt, quod et aliam eamque mirabilem artem illic tractaret, ſtudioſe ab ipſo occultatam hactenus. Omnia ergo arcana quum ſecum communicari ambo poſtularent, reſciſſae veteri nova ſucceſſit ſocietas, in quinquennium contracta; duabus praecipue conditionibus, quarum prior, ut ſolutis antea 80. florenis quilibet alios 125. ſuperadderet, quinquaginta illico, reliquos ſeptuaginta quinque certis numerandos temporibus; altera, ut uno ex contrahentibus intra hoc luſtrum mortuo reliqui huius heredibus centum florenos ſocietate finita reſtituerent, quidquid vero ad communionem pertineret, in eadem relinqueretur. Andr. Drizehenius ex 50. florenis decem adhuc debebat, 75. reliquorum dies ex parte modo venerat, quum extremo a. 1438. vitam cum morte commutaret; aſt quingentos fere florenos ad perficiendum opus impenderat, etſi vi conventionis nullo modo ad haec obligatus eſſet. Defuncti fratres, Georgius Nicolausque Drizehenii, a Gutenbergio ſaepius petierunt, ut Andreae ſurrogarentur ſocii, aut, ſi hoc diſpliceret, de collata in ſocietatem pecunia iniretur transactio; quod ſemper recuſavit Gutenbergius, pravae indolis homo (*b**), con-

(*b**) Vid. ſupr. *Cap. VII.* §. 9. not. *ed.*

conventioni ſtandum aſſerens. Hunc ergo Drizehenii in ius vocare tandem conſtituerunt. At quum ab eorum parte aequitas magis quam ius ſtaret, Senatus, qui haud aliter, atque iuxta conventionis tenorem, iudicare poterat, d. 12. Decemb. 1439. ſententiam tulit, qua Riffius, Heilmannus, et Gutenbergius fidem chartae ſupplere iureiurando iuſſi; huic vero aliud etiam iniunctum, reſiduos 85. florenos ſibi ab Andrea Drizehenio nondum fuiſſe numeratos. Id quum ſinguli praeſtitiſſent, reliquosque 15. florenos ad centum complendos Andreae heredibus ſolviſſet Gutenbergius, cauſa Drizehenius uterque cecidit.

## §. III.

Mirabilis haec ars quaenam fuerit, teſtimonia occaſione litis prolata latere nos haud ſinunt, quae apponere hoc loco e re erit.

Johannes Schultheiſſius eiusque uxor, §. 2. et 4. profeſſi ſunt ambo, mortuo Andr. Drizehenio, qui ſuis in aedibus artem exercuerat, Gutenbergium miſiſſe famulum ſuum Laur. Beildeck ad defuncti fratrem Nicolaum, cum mandatis, ut hic quatuor columellas in prelo iacentes inde eximeret, atque diſſolutas prelo iterum imponeret, ne quis myſterium artis detegeret.

Conradus Saſpachius, tornator, prelique confector, §. 5. teſtatus eſt, Andr. Heilmannum poſt obitum Drizehenii ad ſe veniſſe, et rogaſſe, ut quoniam totius rei pergnarus erat, ad aedes mortuarias adiret, paginasque in inferiori parte preli repoſitas inde auferret, moxque diſſolutas prelo imponeret, ut res maneret occulta. Id vero ubi Saſpachius exſequi voluit die S. Stephani, id eſt d. 26. Decembr. (1438.) iam ſublatum fuiſſe opus deprehendit.

Apertius adhuc rem expoſuit ipſe Beildeckius §. 10. videl. ſe heri ſui Gutenbergii iuſſu Nicolao Drizehenio iniunxiſſe, ne cuiquam preli inſpiciendi copiam faceret, cui etiam iuſſui ipſe paruerat.

ruerat. Addidit quoque, mandatum ſibi fuiſſe, ut confeſtim ſeſe ad prela conferret, illudque (*c*), quod duabus cochleis munitum eſſet, aperiret, ut paginae laberentur in partes, easque deinde partes intra ſuprave prelum reponeret, quo pacto res maneret occulta.

Ant. Heilmannus denique eadem fere §. 14. teſtatus eſt; narravitque inſuper, Gutenbergium iam antea famulum ſuum ad utrumque Andream, (Drizehenium et Heilmannum) miſiſſe ut omnes formas peteret, easque ſe praeſente ſeiunctas, quod in pluribus earum defectus ſuperfuiſſent.

## §. IV.

De impreſſoria arte in his teſtium effatis ſermonem eſſe nemo non videt. At cuius illa generis fuerit, in eo praecipuus vertitur quaeſtionis cardo: nam verſatilem, veramque adeo typographiam, deprehendiſſe hic ſibi viſus eſt ill. SCHÖPFLINUS (*c**), tabellarem modo agnovit FOURNIERIUS (*d*). Huius opinio Batavorum cauſae inſerviret quam maxime. Lite enim noſtra cum Moguntinis transacta, ſi Argentinenſes ſic ſtatim excludere ab inventione typographiae licet, huius gloriam diſputari non amplius Harlemenſibus poſſe conſequens erit. At bene eſt, quod huiusmodi effugiis non indigeat cauſa noſtra. Ill. Schöpflini ſententia et mihi, et aliis, quos hanc in rem conſului, viris expertis viſa eſt proba recta, duobusque argumentis extra omnem collocari poteſt controverſiam. Primum eſt, quod Gutenbergius formam duabus cochleis munitam eo aperiri animo iuſſit, ut columellae dilabe-

(*c*) *Preli* vocabulum hic improprie pro ipſa forma adhibitum iam obſervavimus *Cap. I.* §. 4. not. *ad.*

(*c**) *Vindic. typogr. Cap. II.* §. 12.

(*d*) *Diſſ. III. p.* 37. *ſeq.*

berentur in partes; quod dici profecto de tabellis impreſſoriis haud potuit. Hae quippe apertis clauſtris ſeparabantur tantum. Literae vero mobiles diſſolvebantur; imo has manu deſtruere ea aetate vix opus erat ad celandam artem, quod ſibi non cohaererent, niſi filo iunctae, quo etiam abſciſſo ſua ſponte ſubvertebantur. Alterum eſt, quod Gutenbergius paginas ſeparatas intra ſuprave prelum reponi iuſſit, ut res occulta maneret; quem ſane ſcopum non attigiſſet, ſi tabulas ligneas intellexeris. Hae etenim ſupra prelum repoſitae citius incurriſſent in oculos, quam ſi illi manſiſſent incluſae, quumque integras vel figuras vel ſententias vel utrasque continerent retrorſus ſculptas, unicuique ingenii non omnino hebetis uſum, cui inſerviebant, ſtatim prodidiſſent. Astutus itaque Gutenbergius famulo ſuo mandare hoc caſu non neglexiſſet, ut columellas vel in domo Drizeheniana alicubi abſconderet, vel ad ſuas transferret aedes. At typos ſolutiles prelo exemtos disjunctosque tutiſſime quovis loco reponere potuit; nemine ea aetate, qua typographia incognita erat, ſubodorante artis myſterium, quod in diſpoſitione artificiali et compoſitione in paginas maxime conſiſtebat, bene obſervante Schöpflino. Itaque diſſolutos hoſce typos occultari neceſſum profecto haud erat (*d**); ſuperabundantes vero, ſi vel maxime cum Fournierio fingamus, iam tum in ipſius laboratorii thecis, ut uſu nunc invaluit, naturali ordine locum tenuiſſe, arcanum rei prodituros parum timuit Gutenbergius (*e*).

§. V.

(*d**) Id tamen Moguntiae aliquando factum obſervavi *Cap. VII.* not. *e**.

(*e*) Haec ſcripſeram, antequam ad me perveniſſet anonymi epiſtola Gallica *de typographiae origine*, qui *p.* 39. iisdem fere argumentis ill. SCHÖPFLINI defenſionem ſuscepit. Sed et tertium ipſi ſubminiſtravit depoſitio Conr. Saſpachii, §. 5. confeſſi, Andr. Heilmannum ſibi iniunxiſſe, ut formas eximeret prelo ac ſeiungeret, ne revelaretur artis myſterium. Ex qua duplici operatione profluere anonymus exiſtimat typorum mobilitatem, quum alioquin tabularum e prelo exemtio ſuffeciſſet ſola. Vereor tamen, ut argumentum hoc omni maius ſit exceptione. Drizehenius etenim qua-

## §. V.

Ita vero typi quum a ſocietate adhibiti fuerint mobiles, fuſi-leſque adhuc incogniti eſſent; altera porro quaeſtio inde exoritur, ex lignea illine ſculpti fuerint, an metallica materie? Et certe li-gneos fuiſſe ſequentibus rationibus evinci poſſe exiſtimo.

1. Parum videtur probabile, prima artis exercitia a ſtanneis aeneisve literis, quarum ſculptura multum et temporis et laboris abſumebat, ſtatim incepiſſe.

2. JAC. WIMPHELINGIUS, natione Alſatus (*f*) ſcribit, impreſ-ſoriam artem apud Argentinenſes inventam *incomplete*, quod per-fectius imprimendi genus charactere metallico aperte excludit.

3. Metallici typi, vetuſtiſſimorum ſcriptorum, ipſiusque Wim-phelingii (*g*) teſtimonio, Moguntiae debent originem. Et licet HIER.

---

quatuor illas paginas artificiales, aggregatas, clauſtrisque conſtrictas, in inferiore parte preli, quod loculatum proinde fuiſſe oportet, repoſitas habuerat. (ut diſtincte indi-cant verba Schultheiſſii §. 4. *undenan in einer preſſen ligen*, quae tamen ambigue vertit Schöpflinus, *prelo ſubiecerat*, lectori inſinuans, paginas impreſſionem iam recepiſſe, v. *Vindic. Cap. II.* §. 12. quod a mente huius teſtis omnino alienum eſt.) Quis vero ne-gaverit, aeque illas inde auferri et mox disjungi potuiſſe, ſive e fixis ſive verſatilibus literis conſtarent? At magis placet, quod ex voce *zerlegen*, ad ſecundam operatio-nem adhibita, quae etiam §. 14. occurrit, petitur argumentum. Etſi enim Lexico-graphi illud vertant *exartuare*, quod utri impreſſionis generi magis conveniat, non definio, attamen ignorare nos haud ſinit anonymus, ipſum hoc vocabulum in typo-graphiis Germaniae perpetuo decompoſitioni typorum mobilium applicari, quum ſe-paratio melius reſpondeat verbo *trennen*. Per decompoſitionem vero palam eſt, hic ſolam deſtructionem characterum intelligendam, nam de diſtributione in claſſes, ut-pote a ſcopo ſuo tunc aliena, nihil mandaverat Heilmannus. Atque ex his omni-bus ſua ſponte corruunt, quae pro ſententia ſua noviſſime attulit FOURNIERIUS *Diſſ. IV. p. 66. ſeq.* ſimulque patet, lapſum jam olim fuiſſe J. ARN. BERGELLANUM, in *encom. chalcogr. verſ.* 117. *ſeq. Append. N.* 74. qui Gutenbergio artis inventionem Argentinae, perfectionem Moguntiae adſcribens, a tabulis ligneis initia repetit, moxque uno ſaltu ad fuſas literas tranſit; quod cl. Schöpflino iam obſervatum *Cap. I.* §. 11.

(*f*) In *Catal. Epiſc. Argentin. App. N.* 44.

(*g*) Patet hoc ex illius carmine in honorem Joannis Gensfleiſchii, quem primum *aere*

HIER. GEBUILERUS aliique nonnulli auctores Alſatici eos male Argentorato vindicaverint, hos tamen Jo. Mentelio tribuerunt (*h*), quod profecto non feciſſent, ſi illis iam antea uſus fuiſſet Gutenbergius.

4. Ligneos typos olim Argentorati adhibitos fuiſſe ex DAN. SPECKLINI *Chronico* diſcimus, qui eos ſua adhuc aetate, ſeculo ſcil. XVI. vidit. (*i*).

Apparet ex hisce, lapſum fuiſſe ill. SCHÖPFLINUM, quum literas ſculpſiſſe Gutenbergium non e ligno ſolum ſed etiam plumbo inde intulit, quod in ſententia inter impenſas a Drizehenio factas plumbum numeretur (*k*). Ea certe ſocietas quum plures artes praeter typographiam ſpectaverit, plumbum, ad characteres ſculpendos plane inutile (*k**), alio pertinere neceſſario debuit; qua in parte FOURNIERIUM mecum fere habeo conſentientem (*l*).

---

*aere* notas impreſſiſſe ſcribit, in urbe Moguntia. Plures auctoritates hanc in rem adduximus *Cap. VII.* §. 4.

(*h*) Vid. infr. §. 12.

(*i*) Vid. *Append. N.* 85. Hi typi ſub initium epochae Argentinenſis adhibiti, et Mentelio poſthac iniuria tributi, diu adhuc religioſe loco ſacro aſſervati ſunt, donec ab ancilla cuſtode ſubrepti fuerint, quae hac de cauſa capite plexa eſt. LA GUILLE *Hiſt. d'Alſace Part. I. Livr.* 29. *p.* 334.

(*k*) *Vindic. Cap. II.* §. 13. *n.* 5.

(*k**) Vid. ſupr. *Cap. I.* §. 11. not. *br.*

(*l*) *Diſſ. III. p.* 33. Fruſtra autem anonymus *p.* 13. Schopflinianae ſententiae praeſidium inde quaeſivit, quod neque ſpeculorum fabrica, neque lapidum politura plumbum deſideret. Quis enim intra tres modo artes recluſam fuiſſe ſociorum induſtriam anonymo retulit, quum plurimas calluiſſe, tandemque ſocios docuiſſe Gutenbergium ex ipſa ſententia liqueat? Nec quidquam huc facit, quam *p.* 14. *et* 42. tantopere urget, Jo. Dunnii aurifabri depoſitio, qui teſtatus erat §. 15. ſe ante tres vel circiter annos, id eſt. a. 1436. centum florenos pro rebus ad impreſſionem pertinentibus a Gutenbergio accepiſſe: ea etenim locutio, ſatis profecto generalis, ad varia inſtrumenta typographica, §. 14. iam indicata, ſeſe extendit, et ſi vel maxime ad ſolos characteres reſtringenda eſſet, aeque de ligneis, queis initio uſum fuiſſe Gutenbergium ipſe agnovit anonymus *p.* 14. atque metallicis intelligi poterit. Add. FOURNIER *Diſſ. IV. p.* 20.

§. VI.

## §. VI.

Tertia quaeſtio eſt, quando haec ars tentari coeperit Argentorati? Et hic quidem epocha initae novae ſocietatis a tempore, quo ſolus in hac re occupatus fuerat Gutenbergius, diſtinguenda eſt. Societas nova, quod non indicaſſe ill. SCHÖPFLINUM miror (*l**), vix anno ante mortem Drizehenii, adeoque ipſo a. 1438. videtur contracta; tum quod ea conventio, quae pluribus deliberationibus anſam dederat, praeſertim circa coöptationem Riffii, tandem admiſſi, formam publici inſtrumenti nondum accepiſſet ob praematuram Andr. Drizehenii mortem; tum etiam, quod in ſententia d. 12. Decemb. 1439. lata allegetur, diem ſolutionis centum florenorum heredibus Drizehenii, qui finita demum ſocietate et ita quinquennio a tempore initi contractus debebantur, non niſi *poſt aliquot annos* venturam fuiſſe. At ſocietati huic iam praeceſſerant exercitia Gutenbergii, qui, teſte Ant. Heilmanno, multas impenſas proprio nomine antea in hanc rem contulerat, adeoque manibus ſuis typographiam ipſe tum tractaſſe videtur. Quum ergo Joh. Dunnius aurifaber a. 1439. apud judices §. 15. profeſſus ſit, ſe iam ante tres vel circiter annos ad centum florenorum pretium pro rebus ad impreſſionem pertinentibus a Gutenbergio accepiſſe, primitias typographices Argentorati in a. 1436. incidere cum ill. Schöpflino (*m*) arbitror.

(*l**) Non celavit vero hoc lectores ſuos anonymus *p.* 41. cui tamen in *Conſpectu* meo *p.* 71. iam praeiveram.

(*m*) *Vindic. Cap. II.* §. 13. Neſcio igitur, quo colore anonymus *p.* 37. *in fin.* hoc triennium retrotrahat a morte Drizehenii, ut ſic typographiae natales Argentorati ad a. 1435. referre poſſit.

## §. VII.

Quarto loco disquirere iuvat, num Gutenbergius typographiae primus inventor exſtiterit, atque ita Argentoratum vindicare ſibi hanc gloriam iure poſſit. Et ſane, ſi ſoli hic ſeſe opponerent Moguntini, ego quidem a parte ſtarem Argentinenſium, quoniam hi, licet per integrum quinquennium, quo illis praeivere, artem ipſam exſequi non potuerint (ut mox conſtabit), ea tamen iam praeſtitere, nempe preli typorumque ſolutilium compoſitione, per quae facilior patebat aliis ad intima artis penetralia aditus (*m**). At litem hanc quum ſuam faciant quoque Harlemenſes, ab horum vel prioribus vel poſterioribus actis typographicis tota pendet quaeſtio. Et certe, ſi modo aetatem, qua uterque et Laurentius et Gutenbergius floruit, contemplemur, omnia pro Harlemenſibus militant. Laurentius enim natus eſt circa a. 1370. denatus a. 1440. vel forte antea (*n*). Gutenbergius circa a. 1400. lucem adſpexit, ac intra annos 1465. et 1468. e vivis exceſſit (*o*). Laurentium itaque, qui triginta fere annis remotior fuit, fingere haud licet, extremo demum vitae tempore detexiſſe artem, ut honori omnia cedant Gutenbergio. Sed rem conficiunt, quae ſuo loco animadvertimus, illius reperta ad annum fere 1430. adſcendere (*o**), quum huius tentamina a. 1436. non excedant.

---

(*m**) Aliud hac in parte viſum cl. SCHELHORNIO *Obſerv. I. de natal. typogr. p. 6. ſeq.*

(*n*) Vid. ſupr. *Cap. II.* §. 7. *et* 9.

(*o*) Ibid. *Cap. VI.* §. 4. *in fin.* SCHÖPFLINI *Vindic. Cap. IX.* §. 4.

(*o**) Supr. *Cap. IV.* §. 5.

## §. VIII.

Ita vero, ſi primae deferendae ſint Laurentio, haud multum intereſſe Batavorum dixeris, utrum Argentinenſia Gutenbergii tentamina propriae huius ſpeculationi debeantur, an e fonte Harlemenſi dimanaverint. Sed illius momenti haec quaeſtio eſt in hiſtoria typographices, ut negligi a nobis haud poſſit. Quatenus igitur e probabilitate ea pendet, dicendum, imitatoris potius quam inventoris appellationem convenire Gutenbergio. Ad artem quippe, per tot ſecula reconditam, et tantopere compoſitam (*p*), duos eadem fere aetate homines ſolius ingenii ductu perveniſſe vix credibile eſt, alterum vero ab altero eandem mutuatum ſuadere videtur ratio (*p**). Praeſumtio igitur, contra Argentinenſes militans, ex iuris principiis onus probandi inventionem in eos transfert, Harlemenſes a probatione plagii liberat. Quum vero amice hic litigemus, quidni liceat nobis, donec Gutenbergianae cauſae patroni ſuo defungantur officio, eorum argumentis tantiſper ire obviam? Si ergo recurramus ad inſtrumenta in hanc rem allata, profecto, qua ratione inventum Gutenbergii in Alſatia (nam de repertis eius apud Moguntinos hic non agimus) elici inde poſſit, nobis haud liquet? Neque enim ex occultatione artis, de qua perquam is ſollicitus erat, illud profluit, quum eadem cautela diu poſtea uſi fuerint Fauſtus Moguntiae, Mentelius et Eggeſteinius Argentinae, ut ſibi ſolis reſervarent artis nondum ſatis cognitae emolumentum (*q*), quos propter-

(*p*) Quantus qualisque apparatus inveniendus fuerit ad introductionem artis impreſſoriae, expoſui *Cap. I.* §. 4.

(*p**) Eodem argumento jam uſus eſt ALB. HENR. DE SALLENCRE *Memoires de literature Tom. I. p.* 397. male tamen Moguntinis illud opponens, utpote quorum inventa ab Harlemenſibus differre oſtendimus.

(*q*) Add. ſupr. *Cap. I.* §. 3. not. *q*.

propterea inventores fuiſſe nemo eſt, qui dixerit. Imo ubi Gutenbergii acta penitius introſpicio, vix aliud inde inferre poſſum, quam eum mechanicis artibus victum quaeſiviſſe, hasque peregrinis in locis edoctum Argentinae fuiſſe profeſſum. Lapides certe poliendi, ſpeculaque conficiendi exercebat artes, quarum inventionem nullus ei vindicavit. Cur itaque ligneos typos eius ingenio deberi contendemus? Hos certe non Moguntia ſolum, ſed et univerſa Germania, nunquam ſibi primis vindicavit temporibus, utpote quos ſoli Hollandiae debere originem conſtabat (q*). Sed quod proxime ad rem facit, Chronographi duo Argentinenſes, alter SPECKLINUS, alter anonymus (r), iter nobis ad fontes Gutenbergii proclive reddunt; ſcribentes, eum artem percepiſſe a Jo. Gensfleiſchio, primi inventoris famulo: hic vero, ut ſuperius oſtendimus, operarius fuit in officina non Jo. Mentelii Argentorati, verum Laurentii Jo. fil. Harlemi. Iisdem ſcriptoribus ſuffragatur auctor Britannus in fragmento apud ATKINSIUM (s), atque conſtare ait, Moguntiam artem recepiſſe per fratrem operarii Harlemenſis, poſtquam a fratre edoctus illic officinam typographicam erexit; quod (etiamſi primitiarum Argentinenſium nulla hic mentio fiat, utpote quae in ſolis tentaminibus conſiſtebant) applicari non niſi ad utrumque Gensfleiſchium poteſt. Veroſimile ergo eſt, Jo. Gensfleiſchium iuniorem, ſive Gutenbergium, qui nundinas Aquisgranenſes quaeſtus gratia frequentare erat ſolitus (t), non longe diſſitum ab hac urbe Belgium circa a. 1435. adiiſſe, fratremque ſuum Laurentii miniſtrum cominus ſalutaſſe, a quo ex artis ſecretis nonnulla hauſit, atque Argentorati in uſus con-

(q*) Vid. ſupr. *Cap. VII.* §. 4. SPECKLINUS quidem, qui ligneos typos Argentorati olim adhibitos ſeculo XVI. vidit, eos hac quoque in urbe inventos credidit; verum eos non Gutenbergio vindicavit, at Mentelio.

(r) *Append. N.* 85. *et* 86.

(s) Ibid. *N.* 92.

(t) Vid. depoſit. teſt. §. 14. et ſentent. Senatus.

convertere ſtuduit ſuos. Certe Gutenbergium Harlemi aliquando fuiſſe idem auctor Britannus et NATALIS COMES indicant, in epocha tamen illius itineris haud parum errantes (*t**). Quum ergo WIMPHELINGIUS, isque ex antiquis ſcriptoribus unicus (*u*), Gutenbergium Argentinae tradidit inventorem, (qui inventor dici debuerat Moguntiae, artis ſcil. metallicae) aut plane ignoravit anteacta Harlemi, aut reſtringere hoc voluit ad Germaniam, innuens Argentinenſem aeram Moguntinae iam praeceſſiſſe, aut denique impropria loquendi ratione ſignificavit, occultam artem primum Argentinae ab hoc fuiſſe tentatam, quo ſenſu etiam Balth. Azzoguidi *primus Bononiae artis impreſſoriae inventor*, id eſt, primus illic impreſſor, appellatus fuit (*x*). Quidquid eſt, duo ſeculi XVI. ſcriptores, CASPAR HEDIO, et SEBAST. FRANCKIUS, et ille quidem Argentorati per plures annos commoratus, poſtquam Wimphelingio duce metropoli Alſatiae tribuiſſent artis primordia, mox mutarunt ſententiam, et chalcographiae natales ex vero adſcripſerunt Moguntiae; de anteactis charactere ligneo, quae Hollandiae deberi interea cognoverant, omnino tum ſilentes (*x**).

## §. IX.

Supereſt alia, neque minoris momenti, quaeſtio circa Argentinenſia Gutenbergii exercitia; num ſcilicet artem ipſam exſequi po-

(*t**) Vid. ſupr. *Cap. VI.* §. 4.

(*u*) J. ARN. BERGELLANUS quidem in *encom. chalcogr. Append. N.* 74. Gutenbergio primas ſpeculationes typographicas Argentinae in mentem veniſſe ex intuitu annuli ſignatorii tradidit; verum hic auctor, praeterquam quod a. 1541. demum ſcripſerit, adeoque a tempore inventionis nimis fuerit remotus, indeque in ortu et progreſſu artis multum a vero aberraverit, varias fictiones luſu poëtico carmini huic immiſcuit, uti PROSP. MARCHANTIO iam obſervatum *Hiſt. de l'imprim. p. 6.*

(*x*) In ſubſcriptione *Metamorphoſeos* OVIDII Bonon. 1471. vid. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 307. *edit ſec.*

(*x**) Vid. *Append. N. 69. et 71.*

potuerit, id eſt, ad propoſitum perducere finem, ut libros e prelo ſuo emiſerit? Hoc autem et ex ipſis inſtrumentis iudicialibus et aliunde refelli poſſe arbitror. Eocirca vero non opus erit, ut adſcendamus ad ſolius Gutenbergii acta a. 1436. et ſequenti, de quibus documenta ſilent; quum id ne tempore quidem initae a. 1438. cum aliis ſocietatis praeſtari potuerit. Andr. Drizehenius certe, in cuius aedibus typographia exercebatur, quique multo plus ipſo Gutenbergio in arte laboravit, noctes quippe diesque illi incumbens, quingentos fere florenos operi impenderat, etſi vi contractae obligationis in centum et viginti quinque modo teneretur, eamque ſummam quum alia ratione conſequi haud poſſet, non praeſentia modo ſed et futura bona oppignoraverat, ſemper fore ſperans, ut feliciter conſummato opere largos inde denarios reciperet, quando et creditoribus ſatisfaceret, et animum poſt tot aerumnas relaxaret; quod omne ex ore Drizehenii tum alii, tum imprimis Reimboltus Ehenheimenſis §. 11. acceperunt, neque ipſe negare auſus eſt Gutenbergius. At ſcopum attingere non licuit infelici Drizehenio, qui iam moribundus tempore feriarum nativitatis Chriſti 1438. confeſſori ſuo Petro Eckharto conqueſtus erat, ſe omnem pecuniam erogaſſe, ac ne obolum quidem ſibi reſiduum eſſe: circa hoc vero tempus et forte poſtridie exſpiravit Drizehenius (*y*). Ea omnia profecto nihil minus quam exſecutionem artis demonſtrant; illa enim ſi libros excuſos iam tum protuliſſet, impenſa pecunia quotidie cum uberrimo quaeſtu rediiſſet ad ſocios, quod et ipſe hoc caſu eventurum bene praeviderat Drizehenius (*z*), et exercita dehinc maximo cum lucro a Jo. Men-

(*y*) Vid. depoſit. teſt. §. 5. et 10. uti bene etiam obſervatum FOURNIERIO *Diſſ. IV. p.* 76. *ſeq.* manifeſto tamen errore mortem Drizehenii ad initium a. 1440. referenti. Quod ergo in principio ſententiae a fratribus Drizeheniis allegatur de emolumento a ſocietate percepto, omnino ſpectat ad artes lapides poliendi ſpeculaque conficiendi, ut poſtea ex ipſius Gutenbergii declaratione liquet.

(*z*) Vid. teſtimonium Mideharti Stoker, ibid. §. 16.

Mentelio Argentorati typographia evincit (*aa*). Sed quid opus ratiociniis ulterioribus; quum praeſto ſit teſtis oculatus Ant. Heilmannus, Andreae (unius ex ſociis Gutenbergii) frater, §. 14. apud iudices profeſſus, Gutenbergium paulo ante idem nativitatis feſtum famulum ſuum ad utrumque Andream (Drizehenium et Heilmannum) miſiſſe, ut omnes formas peteret, easque in conſpectu ſuo diſſolutas, magnam vero partem imperfectas fuiſſe (*ab*). Defectus autem illos in ſculptura iuncturave typorum, alios etiam in atramenti compoſitione ſimilibusve rebus reſidere potuiſſe, eaque de cauſa impreſſioni obſtitiſſe, manifeſtum eſt (*ac*).

## §. X.

Mortuo Drizehenio quid peregerit ſocietas, documenta haud produnt. Subſtitit tamen illa toto adhuc anno 1439. in perſona Jo.

(*aa*) Vid. JAC. WIMPHELING in *epit. rer. German. Append. N.* 44.

(*ab*) Docent hoc verba: *und in jocb etteliche formen ruwete.* Haec vero ambigue verterat SCHÖPFLINUS, *quod nonnulla in illis emendanda reperiret*, lectori ſuo forſan perſuadere volens, erratis modo typographicis formas haſce liberandas fuiſſe. Quam interpretationem multum abeſt, ut noſtram faciamus. Ad corrigenda quippe ejusmodi ſphalmata quid opus erat extra urbem excurrere ad Gutenbergium, quum in ipſius artificis Drizehenii aedibus praeſtari hoc poſſet? At ſi ita viſum tamen fuerit Gutenbergio, an ſtolidum eo tempore fingemus hominem, cetera verſutiſſimum, qui ipſas formas loco ſpeciminis typographici deſideravit, hasque porro expetens de ſolutilibus literis, ſine quibus formae emendari haud poterant, non cogitavit? Dicamus ergo adfuiſſe hic defectus, impreſſioni obſtantes, queis mederi nullo modo quum poſſet Drizehenius, aequum erat, ut princeps ſocietatis formas introſpiceret, et quid rei eſſet, exploraret. Nec aliam profecto explicationem admittit obſoletum verbum *ruwen*, originem trahens ab adjectivo *ruw*, ſive *rauh*, (noſtri *rouw* olim ſcripſere) id eſt, *crudus*, *immaturus*. Forte ſubtiles nimium videbimur, ſi aliud imperfectionis veſtigium quaeramus in particula vetere *jocb*, a Schöpflino inſuper habita, quae reſpondet τῷ *etiam*, vid. SCHILTERUS in *Gloſſar. ad Cbronic. Alſat.* JAC. KONIGSHOVII. Heilmannus ſcilicet teſtatus, in compluribus *etiam* formis defectus ſupereſſe, eo ipſo indicare videtur, vitiis ceterum quoque laboraſſe apparatum.

(*ac*) Bene hoc etiam animadvertit SCHELHORNIUS *Obſerv. I. p.* 7. *in not.*

Jo. Riffii, Andr. Heilmanni, et Jo. Gutenbergii, prout ex ſententia d. 12. Decembr. 1439. liquet. Imo ſubſiſtere potuit per integrum luſtrum ei praeſcriptum, id eſt, usque ad a. 1443. At quam infelicem illa ſucceſſum habuerit, vel inde colligere licet, quod durante hoc tempore Gutenbergius, exemplo Drizehenii, debita contrahere ac bona ſua divendere coactus fuerit (ad ſumtus ſcil. in hanc artem impendendos); ut docent inſtrumenta duo Argentinenſia, quibus ipſe annuos reditus Capitulo Thomano conſtituit, dat. 2. Id. Januar. 1441. et 15. Kal. Dec. 1442. (*ac**). Imo praeſto etiam fortiora argumenta ſunt, quae probent, Gutenbergio huiusque ſociis Argentinenſibus praecluſum fuiſſe ad interiora artis penetralia aditum.

1. JAC. WIMPHELINGIUS, unicus hac in re ex antiquis ſcriptoribus teſtis, de inventis Gutenbergii a. 1440. Argentinae loquens in *epitome rerum Germanicarum* (*ad*), ne verbum quidem addit de libris ab eo excuſis; verum de Joanne Mentelio ſtatim ſubiungit, eum multa volumina caſtigate et polite Argentinae impreſſiſſe. Itaque tentaſſe quidem primum artem Gutenbergium, exercuiſſe Mentelium ea in urbe indicat; quomodo haec verba bene intellexit WILH. ERN. TENTZELIUS (*ae*).

2. Idem Wimphelingius in *Catalogo Epiſcoporum Argentoratenſium* (*af*) Gutenbergium artem impreſſoriam inveniſſe Argentinae, ſed *incomplete*, ſcripſit; quae verba, maxime ſi ex antedictis illuſtrentur, non incultum artis exercitium, quale fuit Laurentii repertum, ſed reapſe defectum, productioni librorum obſtantem, indicant.

3. Gutenbergius a. 1444. vel ſequenti Argentinae iam valedixit,

(*ac**) Id ipſe cl. SCHÖPFLINUS agnovit *Cap. II.* §. 14. *Vindic.* qui chartas haſce inter documenta ſua *Num. V. et VI.* produxit.

(*ad*) *Append. N.* 44.

(*ae*) In *Diſſ. de typogr. invent. Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 675.

(*af*) *Append. N.* 44.

xit, ſeſeque contulit Moguntiam, ubi eodem teſte auctore ductu Gensfleiſchii indigebat, ut artem compleret; quod iterum confirmat, anteacta in Alſatia omni ex parte ſucceſſu caruiſſe.

4. Mirifice haec confirmantur JO. TRITHEMII teſtimonio, qui binis in locis (*af**) ſcribit, Jo. Gutenbergium omnem pene ſubſtantiam ſuam pro inventione huius artis expoſuiſſe, et nimia difficultate laborantem iam in iſto iam in alio defeciſſe, iamque prope fuiſſe, ut deſperatus negotium intermitteret, donec conſilio et impenſis Jo. Fuſt aliorumque adiutus rem inceptam perfecit in urbe Moguntia.

5. ULRICUS ZELLIUS, Hanovienſis, Hollandicas impreſſiones praeceſſiſſe Moguntinis tradidit (*ag*). An vero illaudatos Germanus ipſe reliquiſſet Argentinenſes, ſi hi ante epocham Moguntinam libros emiſiſſent? Tentamina vero typographica absque ſucceſſu in cenſum venire nec poterant nec debebant (*ah*).

§. XI.

---

(*af**) Videl. in *Annalibus Hirſaugienſibus* et in *Chronico Spanhemienſi. Append. N.* 4. *et* 30.

(*ag*) Apud *Chronographum Colonienſem*, *Append. N.* 5.

(*ah*) Cl. SCHELHORNIUS in *Obſerv. I. de art. typogr. p. 6. ſeq.* etſi Gutenbergio prima typographiae reperta tribuat, eum tentamina quaedam et experimenta e proprio ingenio nata Argentorati feciſſe, artem vero Moguntiae demum perfeciſſe exiſtimavit; adeoque illam urbem inventricem artis dici poſſe adverſus ill. SCHÖPFLINUM negavit, hanc affirmavit. Ea ſententia partim vera, partim erronea, profecto rationibus non ſatis validis ab auctore adſtructa fuit. Societas quippe inter ſolos Fauſtum et Gutenbergium a. 1450. contracta, poſtquam hic integrum quinquennium Moguntiae jam tranſegiſſet, et ſub Gensfleiſchii ſenioris ductu artem compleviſſet, jamque etiam *Biblia* adſpexiſſent lucem, non exſequendae, verum promovendae et excolendae arti deſtinata fuit. vid. ſupr. *Cap. VII.* not. *e.* et *cn.* Itaque non hujus, ſed anterioris ſocietatis, cum Gensfleiſchio ſeniore, Meidenbachio, Fauſtoque initae, acta opponenda erant Schöpflinianae ſententiae. Fauſtus porro aliique plures Moguntiam inventricem artis impreſſoriae ex vero tradiderunt, intelligentes, ut *dict. Cap.* §. 3. *ſeq.* docuimus, artem metallico charactere; neque propterea excludentes inventiones ligneis typis antea factas, quae pro artis praeludiis ea aetate habebantur, quorumque proinde auctori (etſi hic Gutenbergius eſſet, non Laurentius) jus contradicendi Moguntinis erat omnino nullum. Argentinenſium itaque

## §. X I.

Difficile igitur eſt, ut ill. SCHÖPFLINO aſſentiar, qui principe ſocietatis Gutenbergio circa a. 1445. profecto Heilmannum ex reliquis reſiduum typographiam conſtanter et intrepide continuaſſe, atque Jo. Mentelium et Henr. Eggeſteinium in ſocietatem adſciviſſe coniecit (*ai*). Nulli certe libri hucusque producti vel alicubi memorati fuere, qui Argentorati, quocunque tandem charactere, impreſſi ſunt, niſi poſtquam urbs illa typographiam metallicis literis accepiſſet a Moguntinis, quando inclareſcere demum ut typographi coeperunt Mentelius, Eggeſteiniusque. Quod enim v. ill. omnes libros vetuſtos, loci atque artificis indicio carentes, in queis ruditas et inaequalitas characterum, linearum curvitas, aliaeque antiquitatis notae apparent, primae Argentinenſium typographiae vindicat, omni profecto deſtituitur fundamento, nemoque, qui bonum vetuſtarum editionum numerum manibus trivit, facile ipſi largietur. Harum etenim multae ſimiles ruditatis notas prae ſe ferunt, atque duo priora librorum ſpecimina a Schöpflino exhibita, tametſi alibi etiam quam Argentinae, partim-

que cauſa non recte impugnatur e *Faſciculo temporum*, in ipſa Alſatiae metropoli a. 1487. et 1488. edito, ubi *librorum impreſſionis ſcientia ſubtiliſſima reperta* ſcribitur *in urbe Moguntia*, etſi SCRIVERIUS noſter in *Laurea Cap. XI.* hoc argumento uſus iam fuerit, qui aeque ac Schelhornius ignoravit, eas editiones ad literam expreſſiſſe anteriorem, a. 1481. ſine urbis indicio, at certe alibi locorum, ab HENRICO WIRZBURG DE VACH curatam. vid. *Append. N.* 24. Ita etiam primus omnium liber a. 1450. (charactere ſcil. metallico) Moguntiae excuſus, *Codex* nempe *ſacer*, non excludit opera ligneis antea typis edita, ideoque nec infringit argumentum, quod ex nota anni 1448. LOTHARII libro appoſita Schöpflinus ducit; de quo §. *prox.* agemus. Num fortiora ſint, quae Argentinenſibus oppoſuimus, tela, penes lectorem benevolum eſto judicium.

(*ai*) *Vindic. typogr. Cap. IV.* §. 1. *ſeq.* Hunc etiam ſecutus Anonymus eſt p. 42. *ſeq.* cuius argumenta ſua ſponte iam corruunt. Utrique reſpondit etiam noviſſime FOURNIERIUS *Diſſ. IV. p.* 76. *ſeq.* ita tamen, ut non omnes eius ratiocinationes meas facere velim.

tim quoque poſt a. 1470. prodierint; cuius rei fidem faciunt complures libri ſculpto charactere excuſi (*ak*). Et ne hac in parte quiſpiam mihi ſine ſponſore credat, *relationes Germanicae Gottingenſes* (*al*) teſtes ſunt, a. 1472. excuſas fuiſſe *Contemplationes Cardinalis* JO. DE TURRECREMATA cum iisdem notis characteriſticis, quas Schöpflinus deſcripſit. Ad quem ergo idem vir ill. provocat, *liber*, titulum ferens, *de miſeria humane condicionis* LOTARII, *Dyaconi Sanctorum Sergi et Bachi Cardinalis*, *qui poſtea* INNOCENTIUS *tercius appellatus eſt. anno Domini* 1448., praeterquam quod Argentinam haud prodat impreſſionis locum, certe aut vitio in anni nota laborat, qualia exempla exſtant bene multa, aut quod magis veroſimile puto, annum exarati codicis, ad quem expreſſus fuit, retinuit, quod in antiquis editionibus faepius eveniſſe pridem SCRIVERIUS noſter obſervavit (*am*).

## §. XII.

Quandoquidem vero Mentelii iam facta eſt mentio, examinandum, unde et quo iure is chalcographiae inventor habitus fuerit. Architectus, ut puto (*an*), fabulae exſtitit ipſius ex filia ne-

(*ak*) Add. ſupr. *Cap. I.* §. *ult.* et ſpecimina a SCHELHORNIO producta *Obſerv. III. de art. typogr. Soliloquium* vero HUGONIS, a SCHÖPFLINO *Tab.* 2. productum, a Mentelio impreſſum eſſe ex collatione typorum *Speculi naturalis* VINCENTII obſervavit FOURNIER *Diſſ. III. p.* 14. *ſeq.*

(*al*) *Gottingſchen anzeigen von gelehrten ſachen A.* 1760. *p.* 266. ubi recenſio operis Schöpfliniani occurrit.

(*am*) *Laure-crans p.* 73. Idem SCHELHORNIO circa hunc librum in mentem venit *Obſ. I. p.* 9.

(*an*) Idem ante me obſervavit TENTZELIUS *dict. Diſſ. de typogr. p.* 686. *ſeq.* unde paucula huc transferenda fuere, ne quidquam in tota hac controverſia omitterem. Ill. SCHÖPFLINUS, in fallaciis Moguntinorum extendendis perquam liberalis, de Argentinenſium dolis omnino ſilet per totum *Caput V. Vindic.*, ubi tamen fabuloſam Argentinenſium de originibus typographicis traditionem ex profeſſo enarrat,

 GE-

nepos JOANNES SCHOTTUS (*ao*), Argentorati, poſtquam Friburgi ac Baſileae antea floruiſſet, ab a. 1510. typographus; nactus ad eam popularibus ſuis perſuadendam favorabiles circumſtantias. Origines quippe artis pauciſſimis tum exploratae erant, quod occultam hanc primi ſemper impreſſores tenuiſſent. Ipſi Moguntinenſis cauſae antiſtites diviſi erant Gutenbergium inter ac Fauſtum. Argentina ſibi ex inventione iam aliquid vindicaverat. Gutenbergii autem hic acta ſucceſſu caruerant, vixque in cenſum venire iudicabantur, Mentelium vero primum officinam impreſſoriam exercuiſſe librosque vulgaſſe conſtabat. En igitur nata Schotto idea, Mentelii, avi ſui materni, prima apud Argentinenſes exercitia ut reperta extollendi. Sed impellebat porro eum ſpecialis ratio. JOANNES nempe SCHOEFFERUS, Moguntinenſis impreſſor, in ſubſcriptionibus librorum avum ſuum maternum Jo. Fuſt chalcographiae primum inventorem, invita quamvis veritate, paſſim iactaverat (*ap*). His proinde excitata eſt Schotti invidia. Argentina Moguntiae aemula quum eſſet, cur Schoeffero ceſſiſſet hac in parte Schottus, cur Fauſto Mentelius? At ſi callido videri poteſt Schoefferus attigiſſe ſcopum ſuum artificio, hunc profecto ſuperavit aſtutia Schottus longiſſime. Illi nullum aliud praeſto erat adminiculum, niſi proprium in re domeſtica teſtimonium, magna cum fiducia verborumque circumſcriptione ſaepius prolatum, quo tamen plurimos, miſſo Gutenbergio, in Fauſti partes traxit, hosque

---

GEBUILERUM de inventis Mentelii primum locutum arbitratus; alibi autem, ſcil. *Cap. X. §. 5. in not.* verbulo ſcuti Menteliani, *Onomaſtico* BRUNSFELSII a. 1543. praemiſſi, meminit.

(*ao*) De eo vid. laud. SCHÖPFLIN. *Cap. X.* §. 10. ubi Schottum noſtrum filium ſtatuit Martini typographi, qui Mentelii filiam anonymam habuerit uxorem. Haec ſi vera, erravit omnino cauſae tritavi ſui, vel certe agnati, vindex acerrimus JACOBUS MENTELIUS in *brevi excurſu de inventione typographiae*, *Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 219. *in not.* qui patrem Joanni Schotto dat Petrum, Senatorem Argentinenſem, addens etiam matris praenomen, ſcil. Joannae Mentel.

(*ap*) Vid. *Append. N.* 47.

que inter ipſum Caeſarem Maximilianum, teſte privilegio a. 1518. Schoeffero. ad LIVII editionem conceſſo. Siluit vivente hoc Imp. Schottus. Verum eo vix exſtincto in id porro incubuit, ut ſucceſſori Carolo V. totique etiam, ſi fieri poſſet, orbi literato perſuaderet, Fauſtum e poſſeſſione deiiciendum, in eamque immittendum Mentelium. Uſus ergo ab a. 1520. (*aq*) hoc ſtrategemate eſt, ut libris a ſeſe excuſis praefigeret inſignia gentilitia, ab Imp. Friderico III. avo quondam ſuo et nepotibus donata; addita perigraphe, quae doceret, conceſſa haec fuiſſe *Joan. Mentelio, primo typographiae inventori* (*aq**). En igitur, ut innuere volebat Schottus, ipſius teſtimonium Caeſaris, qui Mentelio hanc gratiam indulſit ob redditum literis immortale hoc beneficium! En excluſi eo ipſo Moguntini! At nihil hac in parte veritati magis contrarium. Fridericus impreſſorum ac typothetarum coetui ob inventam artem inſignia largitus iam erat (*ar*); Mentelio vero dedit illa expetenti, tanquam privato, et ad nobilitatem adſpiranti. Diploma igitur Mentelio conceſſum ne verbum quidem de reperta typographia continuit aut continere potuit (*as*). Caute proinde Schottus domi illud reſcriptum preſſit, inſignia producens ſola; neque haec etiam aperte ſcribere au-

---

(*aq*) Expreſſe hoc MENTELIUS in *Paraeneſi p.* 360. ed. WOLF. teſtatur de PTOLOMAEI *Geographia* a. 1520. Schotti typis excuſa. Verum ill. SCHÖPFLINUS *d. l.* eam editionem memorans de hoc ſcuto ſilet. Forte periculum rei facturus Schottus aliquot modo huius libri exemplaribus inſignia illa praefixit, quemadmodum Fauſtus Schoefferusque nonnullis tantum *Pſalterii* a. 1457. et *Inſtitutionum* 1468. ſcuta ſua addidere, teſte cl. SCHWARZIO in *primar. docum. Part. II. p.* 8. *et* 25. Poſtquam vero GEBUILERI et SPIEGELII teſtimonia nactus fuit Schottus, eum omnibus porro reliquorum librorum exemplis ſcutum adjeciſſe veroſimile eſt.

(*aq**) Vid. *Append. N.* 59.*

(*ar*) Vid. ſupr. *Cap. II.* §. 5.

(*as*) Id teſtatur laudatus SCHÖPFLINUS *Cap. X.* §. 5. ubi de hoc inſtrumento loquitur, ac ſi illud mſ. vidiſſet. Lucem enim, quod ſciam, non adſpexit. Certe nunquam producere illud auſa eſt Mentelii familia, et ne quidem Jacobus aut in *Excurſu* aut in *Paraeneſi*, etſi literis hoc flagitaſſet ab eo BERN. MALLINKROTIUS. vid. *p.* 239. *Tom. II.* WOLFII.

auſus eſt, data Mentelio fuiſſe propter inventum artis, ne forte mendacii argueretur, contentus dubia locutione uti, ad fallendos lectores incautos.

## §. XIII.

Neque hic ſubſtitit vafrum illius hominis ingenium. Ambiguitatem enim e perigraphe tollere ipſe veritus, in partes ſuas traxit alios. Amicis utebatur HIER. GEBUILERO et JACOBO SPIEGELIO. His ergo mentem ſuam procul dubio SCHOTTUS aperuit, gratum ſibi fore teſtatus, ſi in libris ſuis primum chalcographiae inventorem pronunciarent Jo. Mentelium, omiſſa omni mentione Gutenbergii, ut de eius anteactis lector in incerto eſſet; non auſus forte illum omnino adhuc excludere, cui primas detulerat WIMPHELINGIUS, vir magnae auctoritatis et ad a. 1528. usque ſuperſtes. Petitioni a. 1521. optime ſatisfecit Gebuilerus, multis hac occaſione elogiis Mentelium Schottumque extollens, nec ſine contemtu exprobans Moguntinis, quod *cuidam* Joanni Fauſt (quaſi obſcuriſſimo homini) civi ſuo id acceptum ferant: utque aſſerta ſua quadam veri ſpecie coloraret, ad pactum Mentelii cum ſocio Eggeſteinio provocavit de occultatione artis, quaſi id in ſolum inventorem cadere potuiſſet (*at*). Annuit deinde ſemel iterumque Spiegelius, ſed poſt mortem demum avunculi ſui Wimphelingii, quem viventem ipſe a. 1520. ducem ſecutus fuerat. Ex horum teſtimoniorum collatione pellucet Schotti verſutia, qui, inventis Mentelii non ſtatim nimiam antiquitatem tribuere auſus, voluit, ut pedetentim hoc fieret, quae proinde Gebuilerus anno 1447. mox Spiegelius in priori opere a. 1444. in poſte-

(*at*) Contrarium huius rei patet ex iis, quae *Cap. I.* §. 3. not. *q.* et hoc ipſo *Cap.* §. 8. ſcripſimus.

ſteriori a. 1442. adſcripſit (*au*). Suſpicor quoque, Schottum aditum ſibi per hos duumviros ad Imp. Carolum ſternere, ab eoque ſimiles literas in favorem Mentelii, quales Schoeffero Maximilianus in gratiam Fauſti largitus fuerat, impetrare ſtuduiſſe. Certe Gebuilerus teſtimonium hoc *Panegyri Carolinae*, ipſi Imperatori dedicatae, inſeruerat. Spiegelius Caeſari a conſiliis et ſecretis erat. Eiusmodi vero privilegium ſi obtinuiſſet Schottus, riſui expoſuiſſet Schoefferum, actumque de huius porro formulis fuiſſet. Sed voti compos factus non eſt; imo Imp. ſucceſſu temporis infenſo in gentem Menteliam, quod Gallorum partes tueretur, evaſit animo (*ax*). Prudentiorem ergo viam ingredi coactus eſt Schottus, ideoque Schoefferum amice monuit, ut a ſubſcriptionibus ſuis jactantiae plenis in poſterum abſtineret (*ay*); quem tamen nihili hanc admonitionem feciſſe teſtes ſunt libri ab eo usque ad a. 1533. Moguntiae editi, Fauſti plerumque memores (*az*), quibus Schottus viciſſim in ſuis voluminibus idem porro oppoſuit et ſcutum et de Mentelio elogium (*ba*).

## §. XIV.

Non magnam tamen apud exteros emendicata haec teſtimonia fi-

(*au*) Vid. *Append. N.* 59. *et* 60. Poſtquam vero haec ſcripſeram, communicata mecum adhuc fuit particula ex epigrammate JO. SAPIDI, quod OTH. BRUNSFELSII *Herbario* ex edit. Jo. Schotti 1539. praefixum eſt, ubi et impreſſoris induſtria et avi eius reperta extolluntur. vid. *Append. N.* 71.*

(*ax*) Narrat haec JACOBUS MENTEL in *excurſu p.* 222. *ſeq.* et JAC. AUG. THUANI, aliorumque auctoritate confirmat.

(*ay*) Idem *d. l. p.* 220. qui utinam literas haſce integras dediſſet, loco notiſſimi verſiculi inde decerpti!

(*az*) Quemadmodum in APPIANO ALEXANDRINO a. 1529. et alibi. vid. MARCHAND *Hiſt. de l'imprim. p.* 49.

(*ba*) Ut in *Lexico Iuris Iac.* SPIEGELII 1541. et *Onomaſtico Medicinae* OTH. BRUNSFELSII 1543. vid. MENTELIUS *loc. cit.*

ſidem inveniſſe mihi conſtitit, plerisque Moguntinae ſemper cauſae adhaerentibus. Imo neque Alſatos ea recepiſſe omnes patet ex CASP. HEDIONE, Theologo Argentinenſi, qui adhuc a. 1537. WIMPHELINGIUM ſecutus eſt, moxque a. 1549. in Moguntinorum caſtra tranſiit (*bb*). Neceſſe itaque viſum fuit Mentelianae cauſae patronis, fabulam a Schotto excogitatam novis porro ornare phaleris, quae omne inventum Mentelio tribuerent, atque inde tum Gutenbergium, tum Moguntinos palam excluderent. In id Chronographi Alſatiae duo, DAN. SPECKLINUS, alterque anonymus, quaſi communicato inter ſe conſilio, incubuerunt (*bc*). Perſpexerant nempe hi, artem quidem impreſſoriam ſtanneis literis iam aſſertam Mentelio, ſed nihil definitum de ligneis, quarum inventio ſi alii in poſterum attribueretur, gloriae illius detraheret multum. Hinc typographiam in genere ipſi adſcripſerunt, imo Specklinus provocavit ad primos typos Argentinae ſibi viſos, atque e ligno ſculptos, etiamſi hos neque repertos illic, neque a Mentelio magis, quam alio vetuſto impreſſore Argentinenſi, adhibitos probare poſſet. Cavendum inſuper erat, ne typographiae Moguntinenſis origo aliquod relinqueret lectori dubium. Hinc Mentelii inventa iam ad a. 1440. collocanda erant, quoniam retenta GEBUILERI vel etiam SPIEGELII epocha praecedentiam opponere potuiſſent fide antiquiorum ſcriptorum Moguntini. Horum porro acta omnia repetenda erant e primordiis Alſatiae, nec tacendae circumſtantiae, maxime quum iis anſam darent ipſi rumores publici. Hi ſcil. docebant, Moguntinos elementa

(*bb*) Vid. *Append. N.* 69.

(*bc*) Vid. *Append. N.* 85. *et* 86. Si autem vera ſunt, quae JACOBUS MENTELIUS in *Paraeneſi* (edita primum a. 1650.) *p.* 247. *ſeq. edit.* WOLF. ſcribit, ſimilia leguntur in alio *Chronico*, ante annos 170. id eſt a. 1480. exarato lingua Germanica, quod ex bibliotheca Jac. Spiegelii ad Tilem. Stellam, tandemque Card. Mazarinum transierat. At eo tempore, ut mox patebit, nemo de inventis Joh. Mentelii ſomniabat, neque ſemper aſſertis Jacobi fides adhibenda eſt, ut agnovit SCHÖPFLINUS *Cap. V.* §. 6. *in not.*

menta artis aliunde hauſiſſe, ope ſcil. furti in typographeio primigenio commiſſi per Jo. Gensfleiſchium (ſeniorem), qui ex arcanis quoque artis communicaverat nonnulla cum Jo. Gutenbergio. Argentina igitur ſi urbs inventrix, Mentelius ſi primus auctor iactandi eſſent, illuc applicari oportebat, quae reapſe Harlemi in officina Laurentii contigerant (*bd*). Imo ne quid hiſtoriae deeſſe videretur, finxerunt, Gensfleiſchio (ſeniori) coecitatem ob commiſſum plagium, Deo ultore, ſuperveniſſe, quae tamen ſenii eius ſequela erat, WIMPHELINGIO teſte; deinde Mentelium poſt injuriam ſibi factam prae moerore mortuum, etſi conſtet, hunc anno demum 1478. (adeoque luſtris aliquot, poſtquam hoc contigiſſet) naturae debitum ſolviſſe.

## §. XV.

Expoſui artificia et dolos, quibus Argentinenſes nonnulli, ſec. XVI. Mentelium ad hoc theatrum honoris elevare ſtuduerunt. Tela haec, ut illis duntaxat propria, qui cauſam tuentur peſſimam, ita tamdiu modo noxia, donec latens ſeſe prodit virus, quando auctoribus ſuis ſemper dedecori, ſaepe etiam exitio, aliis vero indignationi fiunt. Dum horum ergo annalium, quod inter tabularia urbis aſſervarentur, magni cenſebatur in Alſatia auctoritas, etiam apud doctiſſimos viros (*be*), eandem illic fidem narratio haec invenit, atque ſi authentico quodam inſtrumento niſa eſſet. Sed poſtquam a. 1700. oculos Germanis hac in parte aperire coepiſſet WILH. ERN. TENTZELIUS, ipſos tandem commenti puduit Alſatos; certe literatorum illic princeps ill. SCHÖPFLINUS totam hanc hiſtoriam repudiavit, ſubſtituto in Mentelii locum, ut vidimus, Gutenbergio.

(*bd*) Confer, quae ſcripſimus *Cap. IV.* §. 13.
(*be*) Quos enumeravit SCHÖPFLINUS *loc. modo cit.*

## §. XVI.

Enimvero integrum hocce aedificium, tanto cum ſtudio et per tot annos conſtructum, ſua ſponte corruet, deſtructo lubrico eiusdem fundamento, repertis nempe Mentelii. Id autem ut fiat, non adeo magnis viribus opus erit, paucaque haec argumenta ſufficient, ſed illa omni exceptione maiora.

1. Metallici typi, quos ſolos Mentelio tribuerunt primi illius patroni GEBUILERUS ac SPIEGELIUS, ab antiquioribus ſcriptoribus conſtanter adſcripti fuere Moguntiae, ſculpti quidem Jo. Gensfleiſchio (ſeniori) et Gutenbergio, fuſi autem Petr. Schoeffero (*bf*).

2. Ipſum Mentelium gloriae quam maxime cupidum fuiſſe liquet, tum quod plebeia gente oriundus (*bg*) inſignia nobilitatis ab Imp. requiſiverit, tum praeſertim, quod ſe ipſum ſcripſerit *artis impreſſoriae magiſtrum famoſiſſimum* (*bh*). Qui igitur in artis

(*bf*) Vid. ſupr. *Cap. VII.* §. 4. 11. *et* 14.

(*bg*) Id adverſus JAC. MENTELIUM evicit SCHÖPFLINUS *Cap. X.* §. 1. *et* 5.

(*bh*) Ad calcem *Speculi moralis*, abſoluti 9. Novemb. 1476. ut conſtat ex illius ſubſcriptione, a cl. SCHÖPFLINO *Cap. IV.* §. 12. *in not.* prolata: *Impreſſum in inclyta urbe Argentinenſium ac nitide terſe emendateque refectum per honorandum dnm, dnm Johannem Mentelin, artis impreſſorie magiſtrum famoſiſſimum. Anno a partu virginis ſalutifero milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, die menſis Novembris nona.* In qua epigraphe τὸ *refectum* ſatis indicat repetitam libri editionem. Et ſane in bibliotheca ill. DUVII Hanoverae exemplum reperitur integri *Speculi*, VINCENTIO BELLOVACENSI tributi, ſcil. *naturalis*, *doctrinalis*, *moralis*, et *hiſtorialis*, decem tomis formae maximae, eodem ligaturae genere antiquo compactis, ubi ſoli *Speculo hiſtoriali* ſubnexa eſt Mentelii ſubſcriptio, reliquae partes absque die et conſule editae; et de impreſſore tamen illius *moralis Speculi* dubitare non ſinit character cum *hiſtoriali* ipſiſſimus, uti poſt DAV. CLEMENTEM *Biblioth. curieuſe*, *Tom. III. p.* 81. ipſe mihi porro indicavit rariſſimi operis poſſeſſor, qui non injuria hinc infert, ſuum exemplar principem Mentelii, Schöpflinianum vero alteram ſiſtere *moralis ſpeculi* editionem; quemadmodum etiam *hiſtoriale* binis vicibus Mentelii prela exercuit, eodem Schöpflino *d.* §. 12. teſte.

tis exercitio laudem quaeſivit, an ſuum tacuiſſet inventum, ſive mobilium typorum in genere, ſive metallicorum duntaxat, an ceſaſſet diploma Caeſareum ea de cauſa ſibi conceſſum, ſi ſalva facere hoc potuiſſet veritate? Frequens profecto ad id Mentelio erat occaſio, tum in monumento a. 1473. parentibus poſito (*bi*), tum imprimis in ſubſcriptionibus librorum, quos usque ad finem anni 1476. vulgavit. Neque de ſola ipſius agebatur gloria ſed et patriae, quum nemini hucusque apud Alſatos eſſet tributa inventio, hanc vero paſſim adſcriberent ſibi Moguntini (*bk*).

3. Nullas porro in inventione partes deberi Mentelio perſuaſi fuerunt generi ipſius ambo, Adolphus Ruſchius et Mart. Schottus, qui in inſcriptione a. 1478. eum ſimpliciter *impreſſorem* vocarunt (*bl*), quumque ipſi Argentinae exercerent typographiam (*bm*), ignorare haud poterant, quot quantaeque laudes inventori deberentur ob collatum in literas immortale hoc beneficium.

## §. XVII.

Non multum vero laborandum videtur, unde ſuam typographicae artis cognitionem hauſerit Mentelius. Argentinam quippe recepiſſe Moguntia chalcographiam ZELLIUS SCHOEFFERUSque teſtes

(*bi*) Ubi ſimpliciter civem ſe Argentinenſem vocavit. Edidit illud SCHÖPFLINUS *Cap. X.* §. 4.

(*bk*) Ut alias librorum ſubſcriptiones taceam, SCHOEFFERUS in carmine ſubnexo *Inſtitutionibus* a. 1468. duos Joannes primos vocaverat impreſſores, et quidem in urbe Moguntia, atque in altera editione, abſoluta 10. Kal. Junii 1476. Moguntiam clamaverat *impreſſoriae artis inventricem elimatricemque primam.* Add. cl. SCHWARZIUS *in primar. docum. Part. II. p. 45. ſeq.*

(*bl*) In *libro* quippe *Pulſuum Eccleſiae Argentinenſis* annotatum invenitur. *Obiit Dominus Johannes Mentelin impreſſor, Sabatho poſt conceptionem Virginis Mariae a.* MCCCCLXXVIII. *et factus eſt ei pulſus cum campana magna, Dominica ſequenti de ſero.* vid. SCHÖPFLIN. *Cap. X.* §. 6.

(*bm*) Id. SCHÖPFL. *dict. Cap.* §. 8. *et* 9.

ſtes ſunt (*bn*). Eo vero delata non eſt per ipſum Gutenbergium, qui poſt inimicitias cum Fauſto ſemper in urbe natali domicilium tenuit (*bo*), ſed per huius, ut idem Schoefferus addit, famulum quendam. Quid ergo magis veroſimile, quam hunc ipſum fuiſſe Mentelium, quum primus omnium Argentinae officinam erexerit, ibique iam a. 1458. libros impreſſerit metallicis formis, teſtibus partim JO. PHIL. DE LIGNAMINE auctore coaevo, partim JAC. WIMPHELINGIO (*bp*)? Suſpicor itaque, Mentelium notum iam Gutenbergio fuiſſe apud Argentinenſes commoranti, moxque ab hoc, Moguntiam reverſo, ea de cauſa arceſſitum, ut edenda volumina, quum ſcriba eſſet aurarius (*bq*), inſcriptionibus ac literis capitalibus ornaret. Mentelius ergo poſt a. 1450. (quo publica adhuc onera Argentorati ſolvit) addixit ſe officinae Fauſti et Gutenbergii, artemque chalcographicam ibi edoctus, poſt ruptam deinde a. 1455. utriusque ſocietatem primus in patriam intulit. Certe fidem vix meretur, quod GABR. NAUDAEUS absque ullo auctore ſcripſit (*br*), Mentelium domi artem didiciſſe a Fauſto,

(*bn*) Ille apud *Chronographum Colonienſem*, hic apud TRITHEMIUM in *Annal. Hirſaug. Append. N.* 4. *et* 5.

(*bo*) Id oſtendimus ſupr. *Cap. VI.* §. 4. unde patet, quam falſa ſit epigraphe, addita exemplo *Dialogorum* GREGORII in bibliotheca Pembrokiana, qui illic prelo Gutenbergii in urbe Argentina a. 1458. tribuuntur. vid. hac de re cl. DUCARELL in additam. ad *epiſt. de fide excerpti e mſ. Lambethano.*

(*bp*) *Append. N.* 16. *et* 44.

(*bq*) In *libro vectigalium* Argentinenſi, ubi ab a. 1447. ad 1450. occurrit Jo. Mentelius, vocatur *goltſchriber*. Vid. *documenta* poſt SCHÖPFLINI *Vindic. p.* 42.

(*br*) JO. WALCHIUS quidem in *Decad. fabul. hum. gen. Fab. IX. p.* 182. *edit. Argentor.* 1609. ex relatione Henr. Schori Belgae ſcripſit, Fauſtum, poſtquam Lutetiae moleſtias perpeſſus eſſet ob vendita illic magno pretio *Biblia* impreſſa pro manuſcriptis, contuliſſe ſeſe Moguntiam, tandemque Argentoratum. Verum GABR. NAUDAEUS hanc narrationem transſcribens *Chap. VII. de l'addition a l'Hiſtoire de Louis XI. p.* 131. e ſua penu addidit, Fauſtum, Argentinae quum eſſet, docuiſſe artem Mentelium. Fauſti vero iter Pariſienſe, de quo certo nobis conſtat, incidit in ann. 1466. cauſaque illa de *Bibliis* impreſſis pro mſſ. divenditis Lutetiae proximo ad-

Fauſto, quando hic Lutetia reverſus Argentoratum ſeſe contulit; quum eo tempore Mentelius inſtructionibus in re typographica non amplius indigeret, niſi forte ad literas fundendi artem, quae ipſi Moguntia diſcedenti cognita eſſe haud poterat (*bs*). Mentelius vero, quo magis totum opus promoveret, ſocium ſibi mox adſcivit Henr. Eggeſteinium, contractu inito id occultius inter ſe exercendi (*bt*). At ſecreta artis Argentorati etiam non diu latere potuerunt ob diſſidia inter hos eorumve operarios orta (*bu*); unde officina Mentelii et Eggeſteinii mox ſeparata, quorum ille a. 1466. *Biblia Germanica*, hic a. 1468. *Latina*, quibusdam exemplis nomine appoſito, excudit (*bx*). Mentelius, qui teſte WIMPHELINGIO (*by*) multa volumina caſtigate ac polite imprimendo factus eſt brevi opulentiſſimus, a. 1478. ut vidimus, deceſſit. Eggeſteinii poſt a. 1472. mentionem reperio nullam (*bz*). Quos vero uterque libros emiſerit, ac ſucceſſores reliquerit Argentorati, ill. SCHÖPFLINUS data opera expoſuit (*ca*).

## §. XVIII.

Sic autem nos eviciſſe arbitramur, neque ligneis typis imprimendi

---

adhuc quadriennio pependit, uti obſervavi *Cap. VII.* not. *k.* Si ergo poſt a. 1466. ad Alſatos iter fecit Fauſtus, Mentelium fruſtra artem docuiſſet, quam ab aliquot iam annis hic fuerat profeſſus, ut bene etiam SCHÖPFLINO *d. l.* animadverſum, qui male tamen Walchio adſcribit, quod ſoli Naudaeo debetur.

(*bs*) Ars enim fundendi typos annum 1458. excedere antiquitate haud videtur, ut docui *Cap. VII.* §. 14.

(*bt*) Vid. HIER. GEBUILERI teſtimonium, *Append. N.* 60.

(*bu*) Id nos docet JO. FRID. FAUSTI ASCHAFFENBURGII *relatio* apud KÖHLER *p.* 91.

(*bx*) Vid. SCHÖPFLIN. *Cap. IV.* §. 6. 7.

(*by*) In *Catal. Epiſc. Argentin. Append. N.* 44.

(*bz*) Conf. MAITTAIRE *Annal. typogr Tom. I. p.* 224. *edit. ſec.* SCHÖPFLIN *dict. Cap.* §. 10. 11. Prima autem Eggeſteinii mentio a. 1442. in *rationali obolarii vectigalis.* vid. docum. poſt SCHÖPFLINI *Vindic. p.* 42.

(*ca*) *Cap. IV. et X. Vindic.*

di inventionem Gutenbergio, neque ſtanneis Mentelio in urbe Argentina deberi, quum illa Harlemi Laurentium, haec Moguntiae Jo. Gensfleiſchium ſeniorem ipſumque Gutenbergium agnoſcat auctores; adeoque nihil eſſe, quod arrogare ſibi metropolis Alſatiae iure poſſit, praeter antiquiſſima utriusque typographiae exercitia, priora irrito conatu, altera maximo cum lucro et honore peracta. Ita Argentinenſibus valedicere tandem iubemur, quod utinam eadem, qua erga Moguntinos, gratia licuiſſet nobis! Verum humanitatis officia, quae nos plurimi facimus, extendere eo usque haud poſſumus, ut aliquid inde veritas detrimenti patiatur. Infenſi autem ut in Argentinenſes animi videamur ſuſpecti, metuendum non eſt. Cur etenim uni communis Rheni populo minus foremus propitii, quam alteri, niſi ita iuberent et res et ratio? Interim, quia cum Moguntinis concordiae viam ingreſſi ſumus, ab his pacem nobis in poſterum pollicemur. Cum Argentinenſibus, ni cedere velint, certamen praevidemus. Sed utcunque eveniat, erit manebitque literarium, imo modeſtiae limitibus, ut decet, circumſcriptum prodeſſe poterit, tum exercendis ingeniis, tum rebus forte anecdotis producendis, quae absque huiusmodi controverſia ſemper laterent.

CAPUT IX.

# C A P U T IX.

## *Origo et prima ſpecimina impreſſionis tabellaris.*

§. I.

Abſoluta de typographiae, ſive impreſſionis verſatilis, invento tractatione, diſcutienda nobis reſtat pars altera de origine et antiquiſſimis ſpeciminibus impreſſionis tabellaris; tum quia illam quoque Harlemenſibus deberi patebit, tum quia hac etiam in parte non ſpicilegium modo relictum eſt nobis, ſed meſſis omnino integra.

Tabellaris itaque impreſſio iis demum rebus in charta membranave exprimendis conveniens uſuque recepta eſt, quas mobilibus expedire ſignis aut fruſtraneae aut moleſtae ſaltem (*a*) eſſet operae. Itaque proprie illa adhibetur ad icones et delineationes quascunque, intermixta licet eiusmodi explicatione, quae inde fere inſeparabilis eſt, ut in mappis Geographicis fieri aſſolet. Improprie autem ab Europaeis applicaretur ſoli orationi exprimendae, adeoque libris absque iconibus edendis: eorum quippe linguae quum pauciſſimarum literarum beneficio exprimantur, nemo non videt, iis verſatiles typos eſſe accommodatiſſimos, qui levi expenſa, brevi tempore et magna tamen copia produci poſſunt poſt introductam fuſoriam artem; quum e contrario tabellae multis et ſumtibus et tempore indigeant, neque niſi eidem libro inſervire poſſint, et ob immenſum (quem conficerent, ſi de gran-

---

(*a*) Merito hinc repudiata eſt methodus, figuras Mathematicas mobilibus ſignis excudendi, qua uſus quondam fuit Erhardus Ratdolt, in edit. *Elementorum* EUCLIDIS, Venet. 1482. atque huius deinde exemplo Leonardus de Baſilea et Guilielmus de Papia, in altera editione, Vicent. 1491. vid. DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. VIII. p.* 144. *ſeq.* Muſicas tamen canendi notas verſatilibus ſignis, quae affabre eam in rem J. M. Fleiſchmannus ſculpſit, utiliter commodeque imprimi poſſe, ſpecimine nuper edito impreſſor Harlemenſis Enſchedius comprobavit.

grandiori opere ageretur) acervum incommodae aſſervatu ſint. Unde et huiuscemodi productiones, quales in parvis opuſculis exſtant nonnullae, typographiae nomine omnino ſunt indignae (*a**).

§. II.

Si ad antiquitatem primaque exercitia huius impreſſionis reſpiciamus, omnino repetenda illa ex Oriente eſt. Conſtat etenim, apud Sinenſes pluribus abhinc ſeculis eam uſu receptam fuiſſe (*b*), etſi circa tempus, quo primum coepit, haud parum diſſentiant ſcriptores (*c*). Nobis uti ſuſpecta maxime eorum relatio eſt, qui ipſi aerae Chriſtianae illam praeceſſiſſe ſtatuunt, ita prae ceteris probabilis videtur exactiſſimi ſcriptoris PHIL. COUPLETTI opinio, ad a. 930. eandem aſſignantis (*d*). ABDALLA ſaltem ABU-SAID, Beidavaeus, in *Hiſtoriae Sinenſis* parte octava, quam Perſice a. Hegirae 717. id eſt Chriſti 1317. ſcripſit, de arte hac, tanquam frequentiſſimo uſu a Sinenſibus recepta, loquitur (*e*). At,

(*a**) Ita BERN. A MALLINCKROT in *Diſcurſu de art. typogr. invent. p.* 4. JAC. MENTELIUS in *Paraeneſi p.* 26. et poſt hos alii, imprimis PROSP. MARCHAND *Hiſt. de l'imprim. p.* 16. *ſeq.*

(*b*) Teſtatus hoc iam olim GARZIAS AB HORTO eſt *Lib. II. Aromatum apud Indos naſcentium, cap.* 38. qui liber a CAR. CLUSIO Latio donatus primum Luſitano ſermone prodiit Goae in India a. 1563. in 4. ſub tit. *Colloquios dos ſimples e couſas medicinais da India, por* GARÇIA DORTA. vid. DIOG. BARBOSA MACHADO *Biblioth. Luſitana Tom. II. p.* 325.

(*c*) Vid. MARCHAND *loc. cit.* et quos ille laudat, auctores. FOURNIER *Diſſ. I. p.* 12. *ſeq.*

(*d*) In *Chronologia Sinenſi*, annexa CONFUCII operibus, *p.* 65. ubi improprie eam *typographiam* vocat. Hic vero auctor quum longiſſimum tempus in China tranſegerit, atque accuratam rerum ad hoc regnum pertinentium notitiam acquiſiverit, ex optimis ſine dubio fontibus id hauſit.

(*e*) Liber hic editus eſt Pers. et Lat. cura ANDR. MULLERI, Berolini a. 1677. ex cuius interpretatione locum integrum apponam, tum quod a nullo ſcriptore noſtri argumenti productus fuerit, tum quod opus ipſum hodie raro ſit obvium. Ita ergo au-

At, quod obſervatu dignum eſt, etiamſi poſt commercium cum nationibus Europaeis contractum facili negotio typographicae artis peritiam acquirere potuiſſent Sinenſes, conſtanter tamen impreſſioni tabellari adhaeſerunt, aeque ad nudam orationem quam figuras repraeſentandas; quod ratione non caret, quum ob immenſum apud eos characterum numerum (*f*) difficilior longe pluribusque incommodis obnoxia eſſet verſatilis impreſſionis quam fixae uſus. Quod de vaſti huius imperii ſubditis dixi, etiam ad Japonenſes, Cathainos, aliasque Aſiae gentes extendi velim, apud quas eandem imprimendi rationem dudum introductam fuiſſe harum gentium hiſtoriographi referunt (*g*).

## §. I I I.

Ab hisce Orientis populis Europaei per rerum naturam addiſcere illam artem non potuere, utpote quae in hac orbis parte iam vigebat ſeculo xv. exeunte, quando primae in Indias navigationes

auctor *p.* 8. *ſeq. Omnes item libri, qui ſecundum illos* (tres Philoſophos, Fu-hin Chu-xang, Xen-gu Chu-xang, et Xen-chun Chu-xang) *eduntur, elegantiſſime ſcripti ſunt; ita ut ſingulas paginas huius libri charactere eleganti in tabulas ſcribant. Omnes etiam ſapientes ſumma cum obſervantia ſcripta conferunt, quae charactere ſuo in dorſo tabulae confirmant. Poſtea ſculptoribus omnium praeſtantiſſimis ſculpenda dant; cumque omnes paginas libri iuxta praeſcriptam ideam ad finem perduxerunt, ſingulis foliis numerum adſcribunt. Has tabulas, velut formulam officinae monetariae, in loculis ſub ſigillo oculatorum et fideliſſimorum Commiſſariorum deponunt, inque bibliothecas reponunt, ideoque inſigniis muniunt. Si quis apographum huius libri deſideret, ante omnia Collegium hoc adit, datque certam pecuniae ſummam cuſtodibus. Hi tabulas iſtas afferunt, ac ſigillum aureum apographi chartis imprimunt, ſicque tradunt. Hac ratione fieri non poteſt, ut exempla libri plus aut minus contineant, quin fide digniſſima ſint.*

(*f*) STEPH. FOURMONTIUS Dictionarium linguae Sinenſis compoſuit ex ſeptuaginta mille diverſis characteribus conſtans. vid. eius *Meditationes Sinicae Cap.* I. et praefatio *Grammaticae Sinicae* praemiſſa *p.* 6.

(*g*) De Cathainis fide Luſitanorum negotiatorum id dudum ſcripſit PAUL. JOVIUS *Lib. XIV. Hiſtor. p.* 226. edit. Florent. 1550. Add. MARCHAND *l. c. p.* 20.

tiones inſtitutae ſunt (*h*). Unde profluit, eam aeque in Europa, atque olim in Aſia, ſuum habuiſſe inventorem, in quem inquirere haud abs re erit.

Qui impreſſionis tabellaris vetuſtatem ex arte ſculptoria derivare volunt, multum a vero aberrant (*i*). Alia certe ſculptura eſt in ligno, aut metallo facta, alia ſculpturae ad chartam membranamve applicatio, ac per plura exempla repraeſentatio; et quemadmodum haec ars ſine illius auxilio excogitari nunquam potuiſſet, ita illa abſque hac ſubſiſtere potuit et per plura ſecula ſubſtitit (*i**). Propius ad rem facere videntur formae monetales, quibus icones characteresque retrorſus inſculptae erant; proxime ſigilla literis prominentibus, inverſa etiam ratione, ſculpta, vaſisque fictilibus ſignandis deſtinata, quae apud veteres Romanos in frequentiſſimo uſu fuere (*k*). Haec certe inventa mirum eſt, non pedetentim monſtraſſe viam ad tabellas eiusmodi inciſas in membrana chartave exprimendas, atque ita millies reprae-

(*h*) Vid. JO. PETR. MAFFEI *Hiſt. Indiae Lib. I. p.* 27. *ſeqq.* In mentem quidem laudato JOVIO, eumque ſecutis GUID. PANCIROLO *Lib. II. rer. memorab. tit.* 12. et JO. GONSALVO DE MENDOZA *Lib. III. Hiſt. de la China* venit, artem tabellis imprimendi, quam male ipſi *typographiam* vocant, ex iis oris ad Germanos per viatorem quendam pervenire potuiſſe. Aſt merum hoc figmentum eſſe HENR. SALMUTH ad *d. l.* Panciroli, aliique recte obſervarunt.

(*i*) In eam ſententiam nonnihil pronus videtur FOURNIERIUS *Diſſ. I. p.* 21. *ſeq.* Primas ſaltem figurarum impreſſiones ſculptoribus pictoribusque tribuit, quas tamen minime inde profectas ſequentia docebunt.

(*i**) Bene hoc SCRIVERIUS oſtendit, *Laure-crans p.* 109. *ſeq.* add. cl. WATELET, in *Encyclopaedia* in voce: *Eſtampe.*

(*k*) Vid. inter ceteros BERN. DE MONTFAUCON *Antiquité expliquée Tom. III. Part.* 2. *p.* 228. *ſeq.* Hinc JO. BAGFORDUS in *exercit. de invent. typogr.* in *Tranſact. Philoſoph. a.* 1707. *n.* 310. et *Tom. II. Monum. typograph.* WOLFII *p.* 995. originem impreſſionis tabellaris ex nummis et ſigillis Romanorum repetiit. Imo ſomniatus iam fuerat POMP. LAETUS in *Praefat. ad Aug. Mapheum,* SALUSTIO *praemiſſa,* atque eo duce MATH. LUNENSIS *lib. de rer. inventor. cap.* 12. Saturnum, quem inventorem nummorum credidit, imprimendi artem reperiſſe; merito hoc nomine exploſus a CONR. PEUTINGERO in *Sermonibus Convivalibus.* vid. *Append. N.* 51 *.

praeſentandas, qua de re ſilent tamen omnes veteris mediique aevi ſcriptores (*l*). Sed obſtitiſſe huic rei, ſaepius forſan ab ingenioſis artificibus animo olim agitatae, exiſtimo idonei atramenti, alteriusve liquoris, qui non perflueret, defectum. Eo autem reperto, quum ſculptura tabellarum communi in uſu esſet, impreſſio harum ope non longe profecto petenda fuit.

Si verum igitur amamus, hoc impreſſionis genus infima demum aetate coepit. Imo, prout arbitror, ſeculo xv. nata eidem repertori atque vera typographia adſcribenda eſt, Laurentio inquam Harlemenſi, cui poſt inventionem preli ceterique apparatus impreſſorii non difficile erat, tabellas in chartam convertere, quemque in prima *Speculi Belgici* editione non typis duntaxat mobilibus ſed et pinacibus ligneis figuratis revera uſum fuiſſe iam oſtendimus (*m*). Sane neque produci hucusque potuit ullum ſpecimen xylographicum, illius aetatem vetuſtate excedens, neque nominari artifex, qui ipſi hac in parte praeiverit (*m**). Novi

(*l*) Recte hoc vidit ANT. FR. GORIUS *Tom. III. Inſcript. antiq. in Append. p.* 119. CROMWELLUS autem MORTIMERUS, poſtquam vetuſtam, eamque exiguae et quadratae formae, tabellam aeneam reperiſſet, cui Caecilii Hermiae nomen retrorſus literis protuberantibus inſculptum erat, illâm impreſſioni in charta membranave (etſi ſatis imperfecte) accommodari poſſe et vidit, et reapſe docuit; unde nata ipſi coniectura, hanc eidem olim ſcopo inſerviiſſe ac ſubſcriptionis loco ab Hermia adhibitam fuiſſe. vid. *Tranſact. Philoſoph. N.* 450. *p.* 388. *ſeq.* At, quum eiusmodi uſus, qui neſcio cur huic homini proprius fuiſſet, nec vola nec veſtigium in tota antiquitate occurrat, conſtet autem vaſis ſignandis haſce tabellas, quae pro re nata variae figurae et magnitudinis erant, adhibitas fuiſſe, ingenioſa magis quam vera eſt docti huius Angli opinio. Miror etiam, eandem coniecturam in mentem veniſſe eruditiſſimis Auctoribus *du nouveau Traité de Diplomatique Tom. IV. p.* 46.

(*m*) Vid. ſupr. *Cap. V.* §. 6.

(*m**) Argumento hoc SCRIVERIUS noſter quoque iam uſus eſt in *Laure-crans p.* 109. *ſeq.* FOURNIERIUS quidem, in Laurentium plus iuſto iratus, eum *ens ideale in hiſtoria impreſſoria* appellavit *Diſſ. II. p.* 139. et *Diſſ. III. p.* 40. adeoque omnia opera, etiam xylographica, ipſi abiudicavit, ad varios provocans pictores ſculptoresque in Belgio, eius aetate antiquiores, quos tamen delineationes ſuas iam impreſſiſſe probare haud potuit.

vi a quibusdam provocari ad chartulas luſorias, ſeculo XIV. vergente iam cognitas (*n*), quod iis chartarii figuras preli ope appo-

(*n*) Cl. BULLETTUS *dans ſes recherches hiſtoriques ſur les cartes a jouer*, editis Lugduni 1757. poſtquam in Chronico *du petit* JEHAN DE SAINTRÉ *cap.* 15. uſum chartularum in Gallia obſervaſſet ſub Carolo V. Rege, eas extremo demum illius regni, ſcil. intra annos 1375. et 1380. inventas credidit; duplici motus argumento. Primum, quod hic ipſe Rex in edicto ſuo a. 1369. varios ludos nominatim prohibens chartas involverit ſilentio; quas proinde incognitas tum fuiſſe Bullettus infert. Alterum, quod calcei, ad Regum militumque pedes in chartulis decenter adaptati, probent, earum originem illi aſſignandam aetati, qua ridiculus ille, calceos longiſſimis cuſpidibus inſtructos (qui *Poulaines*, i. e. Polonici, vocabantur) geſtandi, mos interruptus erat; quod intra annos 1365. et 1380. accidiſſe vult auctor, quoniam d. 9. Maii 1365. laudatus Monarcha Clericis ſuis, Secretariis, Notariisque eundem habitum interdixit, qui, horum ad exemplum a tota mox natione repudiatus, iterum a. 1380. ſub Carolo VI. coeperit. vid. Bullet a *p.* 12. ad 32. At hae omnes coniecturae ingenioſae magis, quam verae ſunt. Joannes certe de Saintré aulae regiae ut pediſequus (*page*) anno aetatis 13. iam admotus fuit, ſub Rege Joanne II. qui praefuit ab a. 1350. ad 1364. vid. *cap.* 1. *Chronici.* Demus iam, id contigiſſe poſtremo eius regni anno, et reliqua porro omnia, quae de Santreo narrantur, acta referenda ad tempora Caroli V. ut praeter Bullettum nuperus Chronici editor in *praefat. edit. Paris. a.* 1724. exiſtimavit, conſequens erit, annum aetatis 16. quo Santreus ad munus chironomontis, ſive *ecuyer tranchant*, pervenit (vid. *cap.* 13. *p.* 132.) incidere in a. 1367. Atqui promotio illa moderatorem pediſequorum Regis impulerat, ut ipſo hoc tempore Santreum alumnis ſuis tanquam morum exemplar allegaret, exprobans hac occaſione iisdem inter cetera vitia chartarum alearumque ludum. vid. *dict. cap.* 15. *p.* 142. Ex quibus prono fluit alveo, ſaltem a. 1367. iam fuiſſe chartulas in Gallia uſu receptas; quod et inde pondus accipit, quoniam, ipſo obſervante Bulletto, confeſtim ad Hiſpanos tranſiere, ibique iam a. 1387. fuerunt prohibitae. Licet ergo Carolus V. chartiludium nominatim non expreſſerit in edicto a. 1369., certum tamen mihi videtur, illud latere ibi ſub generali formula, *et tous autres tels geux, qui ne chéent point a exercer.* vid. *les Ordonnances des Roys de France Tom. V. p.* 172. Erronea quoque Bulletti eſt circa calceamentorum genus opinio; nam inhibitio a. 1365. ſcribis regiis, utpote viris dignitate conſpicuis, facta Polonicis ſeſe amiciendi, manifeſtiſſime hos ſolos ſpectavit, minime vero conſuetudinem generalem ſuſtulit, quae abſque interruptione ſub hoc Rege, aeque ac ſuccedente aetate, viguit. Id vero ne gratis allegaſſe videar, provocare licebit ad exemplum originale, quod nactus ſum nuperrime, interpretationis Gallicae *Ethicorum* ARISTOTELIS, iuſſu eiusdem Caroli V. a NICOLAO ORESME a. 1370. factae, et a RADULPHO Aurelianenſi a. 1376. pergameno adſcriptae, variisque miniaturis (ſingularis profecto elegantiae nitorisque) ornatae, in quarum priore Rex ipſe ſolio in-

ponere ſoleant (*o*); at quum ex ipſis eius aevi monumentis liqueat, eas tum temporis ſimpliciter pictas fuiſſe (*p*), inſtar codicum mſſ., qui imaginibus varii coloris ornabantur, omne corruit, quod inde petitur, argumentum. Fruſtra porro Germani figurarum impreſſarum repertorem iactant Franciscum a Bocholt, Montenſis Ducatus opilionem, quum neque vetuſto teſtimonio id comprobare, neque icones ab eo emiſſas producere hactenus potuerint, imo ne aetatem quidem, qua floruit, nobis indicent (*q*). Fruſtra quoque Itali ſuum eadem de cauſa celebrant Ma-

---

inſidens, et auctor flexo genu librum ſuum huic offerens, perſpicue repraeſentantur cum calceis mucronatis; eodemque porro habitu in reliquis figuris ſiſtuntur perſonae utriusque ſexus omnes. Proinde dicendum eſt, chartulas illas aut introductas iam fuiſſe ante Polonicorum ad Gallos invectionem, (quos iam reperi in GUALTERI DE COINSI opere *de miraculis B. Virginis*, rhythmis Gallicis in membrana exarato, pluribusque picturis ornato, ſeculo XIV. ineunte, bibliothecae noſtrae) aut ſi poſthac demum innotuerint, tum quoque mirifica illa calceamenta exhibuiſſe; ſed horum ſublato tandem ſeculo XVI. uſu memoriam e chartiludio exſtirpare voluiſſe, quos huius habitus ſero puduit, Gallos, ſubſtitutis calceis congruae ad pedem proportionis. Quidquid eſt, demonſtraſſe mihi ſufficit, chartularum inventionem antiquiorem eſſe, atque hactenus creditum, cui tamen certam affigere epocham ob defectum veterum monumentorum haud licet.

(*o*) Vid. FOURNIER *Diſſ. I. p.* 24. et SCHÖPFLINI *Vindic. Cap. I.* §. 6.

(*p*) Patet hoc ex rationibus CAROLI POUPARTII, Galliae Theſaurarii ſub Rege Carolo VI. circa a. 1392. apud BULLETTUM *p.* 27. ubi haec verba occurrunt: *Donné a Jacquemin Gringonneur, peintre, pour trois jeux de cartes a or et a diverſes couleurs, de pluſieurs deviſes, pour porter devers le dit Seigneur Roi, pour ſon ebatement, cinquante-ſix ſols pariſis.* Addere licet, quod ſi ſeculo iam XIV. reperta fuiſſet imprimendi chartulas ars, non defuiſſent ſtatim, maxime apud Gallos, qui hanc aliis figuris (imo integris libris iconicis) applicuiſſent; quales tamen produci a nemine potuere ante Laurentii tempora excuſae, et profecto ſerius in Gallia, quam apud Belgas, Germanos, Italoſve prodierunt. Reperta vero impreſſione tabellari hanc brevi poſt ad chartarios devolutam fuiſſe veroſimile eſt.

(*q*) Scilicet MART. ZEILERUS in *itinerario Germaniae*, (hunceque porro ſecutus BERN. A MALLINCKROT in *Diſſ. de typogr. invent. p.* 103.) ex *Chronico* SEBAST. FRANCKII et MATH. QUADI *Germania*, artem aeneis tabulis imprimendi excogitatam ab hoc Franciſco ſcribit, cui deinde ſucceſſerint Iſraël a Meckenich, ex Eifflia ortus, et Marc. Stockius, praeceptor Alb. Dureri. At vero in utroque Seb. Franckii,,

Maſonem Finiguerram, qui a. 1460. inclaruit (*q**). Nos etenim utrique opponimus Laurentium, intra annos 1435. et 1440. fato iam functum (*r*), cui tamdiu manebit inventionis laus, donec e teſtimoniis aut documentis fide dignis erui poterit artifex hac in parte vetuſtior.

## §. IV.

Hisce praemiſſis ad opera nos convertimus, quae reliquarum mater officina Laurentiana in hoc genere produxit; ſed illa quidem merae impreſſionis tabellaris: neque etenim repetere iuvat, quae *Cap. V.* ſcripſimus de diverſis *Speculi* editionibus, quatenus ex figuris hic liber conſtat, et praeſertim de priore Latina, cuius ipſe textus pro parte typis fixis deſcriptus eſt.

Primo igitur hac in parte memorandae ſunt loco *Figurae typicae veteris atque antitypicae novi Teſtamenti*, (ſeu *hiſtoria Jeſu Chriſti in figuris*) (*s*), quas, etſi impreſſoris nomen, ut libri ſubſe-

kii, tum *mundi* tum *Germaniae*, *Chronico* nihil quidquam de tota hac re legitur, prout indicavit mihi poſt diligens inſtitutum examen cl. FABRICIUS, bibliothecae ill. SENCKENBERGII praefectus. Math. Quadus autem ſcriptor eſt recens, cuius *deliciae* ſive *itinerarium Germaniae* a. 1600. Coloniae prodierunt. Adde, quod nullo modo probabile ſit, impreſſionem figurarum a tabellis aeneis coepiſſe, quum antiquiſſimae icones hactenus cognitae ligni, non aeris, manifeſta referant veſtigia.

(*q**) Add. infr. §. 15.

(*r*) Vid. ſupr. *Cap. II.* §. 9.

(*s*) Hunc librum PETR. BERTIUS *Lib. II. Rer. German. p.* 613. male appellavit *Speculum humanae ſalvationis*, a quo eſt diverſiſſimus. vid. ſupr. *Cap. V.* §. 2. et eundem tamen errorem noſtra etiam aetate cl. SCHWARZIUS commiſit in *Ind. nov. libr. ſub incun. typogr. impr. p.* 1. Lapſus porro fuit anonymus Anglus in *Transact. Philos. N.* 288. *Tom. II. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 981. iunct. *p.* 984. qui *Figuras veteris novique teſtamenti*, in bibliotheca Bodleiana Oxoniae reperiundas inter Codices mſſ. Junianos *N.* 31. ab *Hiſtoria Servatoris noſtri*, in Collegio Corporis Chriſti Cantabrigiae aſſervata, diſtinxit; etſi utrumque exemplar diverſae fuiſſe videatur editionis. Correxit hunc errorem BAGFORDUS in *Tranſact. N.* 310. et apud Wolf.

ſequentes omnes, ſileant, bene tamen PETR. SCRIVERIUS vidit (*t*), ex officina prodiiſſe Laurentiana. Inſtituta certe cum *Speculi* figuris collatio eandem utroque in opere manum prodit, quod periti ſſimus Germanus DAV. CLEMENS iam agnovit (*u*), et mihi quoque obſervare licuit, poſtquam vir literatiſſimus, JO. BAPT. VERDUSSEN, Scabinus Antverpienſis, ſuum *hiſtoriae J. C.* exemplum humaniter ad me tranſmiſit: pluribus quippe in locis ſimillimas figurarum repraeſentationes (*u**), ubique convenientiam tam iconum quam textus inciſi maximam deprehendi, quae eundem adfuiſſe hic delineatorem ſculptoremque, adeoque utrasque figuras eadem aetate eodemque in loco inciſas fuiſſe probant, quando nulla alia in Belgio officina impreſſoria exſtabat praeter Laurentianam, quam proinde et hoc opus emiſiſſe conſequens eſt, eademque etiam imprimendi ratio dictat. Ut vero cuius generis liber ſit, cognoſci ab harum rerum curioſis poſſit, ſequens deſcriptio ſuffecerit. Opus integrum quadraginta foliis plicatis (*x*), (id

---

Wolf. *d. l. p.* 996. quando librum Cantabrigienſem Chriſti vitam imaginibus expreſſam, vel potius V. et N. T. typos exhibere ſcripſit; quem utrumque titulum hac de cauſa retinui. Ill. SCHÖPFLINUS in *Vindic. Cap. I.* §. 7. hoc opus *Vaticinia veteris teſtamenti de Chriſto* vocat. Ceterum hic liber, qui dudum ante inventam typographiam in mſ. exſtitit, olim appellabatur *Biblia pauperum*, ut conſtat e codice ſeculi XII. vel XIII. ſed octo et triginta modo figuras continente, bibliothecae Guelpherbytanae, ut ad me ſcripſit illius praefectus, vir longe humaniſſimus atque doctiſſimus, C. B. J. HUGO.

(*t*) *Laure-crans p.* 97. qui praeter ſuum exemplar ſimile penes Jo. Alb. Bannium viderat. Utrumque quo pervenerit, incertum mihi eſt.

(*u*) *Biblioth. curieuſe Tom. II. p.* 145.

(*u**) Sic *fol.* 9. ſignato *i*, in ipſo medio, figura Chriſti baptiſati ſimilis eſt figurae 23. *Speculi.* Porro *fol.* 18. ſignato *c*, (id eſt *s*) in medio, figura Servatoris paſcha cum diſcipulis comedentis ſimilis eſt tabellae *Speculi* 31. Adhaec *fol.* 26. ſignato *.f.* mediae regionis prima tabella, repraeſentans Evam e coſta Adami a Deo productam, inverſe examuſſim reſpondet Fig. 1. *Speculi.*

(*x*) Mutilum ergo fuiſſe oportet exemplar bibliothecae Krafftianae, a JO. GEORG. SCHELHORNIO deſcriptum *Tom. IV. Amoenit. literar. p.* 296. *ſeq.* quod tantum 39. foliis conſtabat.

(id eſt 80. paginis) ab una parte impreſſis, conſtat. Quodlibet folium figuram occupat 9. pollices totidemque lineas longitudine, 7. vero poll. et 3. lin. latitudine plerumque (*y*) adaequans; dividitur autem ſemper in tres quaſi regiones, et harum quaevis in totidem rurſus areolas. Superioris regionis extrema ab utraque parte areola hiſtorias exhibet, et quandoque vaticinia, e *veteri Teſtamento* ab auctore ad Servatorem noſtrum applicata; media duas effigies Prophetarum, ſanctorumque virorum, ſubjectis illorum ſententiis, quarum interſtitiolum occupat litera folii characteriſtica (*z*). In media regione conſpiciuntur utrimque figurae, praemiſſas V. T. hiſtorias adumbrantes, dum mediam replet aream figura antitypi ab auctore ex hiſtoria Servatoris deſumti. In inferiori regione utrimque comparet verſus hexameter leoninus ad V. T. typos adaptatus, duaeque rurſus in medio icones ſanctorum virorum, appoſitis ab utroque latere horum ſententiis, et ſubiecto tandem tertio hexametro ad antitypi figuram reſpiciente (*aa*).

Vix autem dubito, quin ipſiſſimae hae tabulae, perinde atque *Speculi*, plus ſimplici vice Harlemenſi prelo ſubiectae fuerint. Nam in exemplo, qnod poſſedit deſcripſitque cl. SCHWARZIUS (*ab*), atramentum conſpiciebatur admodum pallidum, quod in variis pa-

(*y*) Differentiam etenim tum in hoc tum in ſequentibus operibus deprehendi inter nonnullas figuras, quarum una alteram 3. vel 4. lineis modo longitudine modo latitudine ſuperat.

(*z*) Videl. priores viginti paginae figuratae notatae ſunt litera alphabetica minori (ſi primum folium exceperis ubi lit. *A*. capitalis eſt) uſque ad *u*. Poſteriores viginti iisdem literis, ſed puncto ab utroque latere incluſis.

(*aa*) Primum folium agit de annunciatione, ſecundum de partu virginis, tertium de adoratione Chriſti per tres magos, ultimum de praemiis coeleſtibus beatorum poſt hanc vitam. Pleniorem operis deſcriptionem petere licet tum e citato SCHELHORNII opere, ubi prima figura ad archetypum ligno inciſa conſpicitur, tum ex Memorabilibus Viennenſibus (*das merckwurdige Wien*) *menſe Febr. a.* 1727. *p.* 103. *ſeq.*

(*ab*) Vid. *Ind. nov. vet. libr. p.* 4.

paginis evanuerat, ſolis illic preſſurae veſtigiis remanentibus, uti in exemplo primae editionis *Speculi Belgici*, quod bibliotheca publica Harlemenſis cuſtodit, etiam eveniſſe obſervavi (*ac*). In libro autem Verduſſeniano atramenti color pallidus quidem eſt, ſed ad fuſcum parumper iam accedens, atque exacte reſpondet illi, qui in figuris repetitae editionis *Speculi* Belgici Latinique conſpicitur (*ac**). Unde non male forſan concludi poſſet, exemplar Schwarzianum ab ipſo Laurentio, Verduſſenianum ab eius ſucceſſoribus prelo fuiſſe ſubiectum.

Ceterum e quorundam exemplorum Latinorum maiore aliquantulum differentia inferre licet, aliam deinde huius operis novisque tabulis prodiiſſe editionem, quam deberi Germaniae veroſimile eſt (*ad*). Fuiſſe enim illic frequenti hunc librum in uſu, Teutonica interpretatio comprobat, cuius duae innotuere mihi editiones, una ſcil., ubi ipſiſſima figurarum in regiones areolasque diſtributio atque in Latinis exemplis retenta eſt (*ae*), altera, quae ab

---

(*ac*) Vid. ſupr. *Cap. V.* §. 11.

(*ac**) Addi forte pôſſet, quod in hoc libro charta eandem anchorae figuram praeferat, atque in Latino *Speculo* ſecundae editionis. Verum quum eiusmodi charta diu quoque antea confici potuerit, non multum ſtringere hoc argumentum ipſe ſentio.

(*ad*) Exempla enim bibliothecae Bodleianae in urbe Oxonia et Collegii Corporis Chriſti Cantabrigiae ſeſe inter differre anonymus Anglus et BAGFORDUS teſtes ſunt *loc. ſupr. cit.* Bodleianum, ut ex notitia KENNICOTTII, Oxonia ad me miſſa, perſpexi, cum Krafftiano id commune habet, quod in utroque ſignaturae *n*, *o*, *r*, *ſ*, ſecundi Alphabeti non ſint puncto utrimque ſtipatae, quod aliter ſeſe habere in exemplis Harlemenſibus ex deſcriptione SCRIVERII, SCHWARZII, et noſtra patet: unde editionis diverſitas elucet, etſi figura e Krafftiano exemplo a SCHELHORNIO repraeſentata cetera ſatis libro Harlemenſi reſpondeat. A Germanis vero novam eiusmodi editionem profectam inde colligo, quod in bibliotheca ill. Comitis PERTUSATI volumen exſtiterit varia opera xylographica continens, intermixto quibusdam Germanico ſermone, cuius partem conſtituebat ipſiſſimus hic liber, ſed atramento nigro excuſus. vid. *Memorab. Vindob. d. l.*

(*ae*) Ex hac editione unum folium, ſignatum *.c.* habuit deſcripſitque cl. SCHWARZIUS in *ind. nov libr. pag.* 7. *ſeq.* quod tamen folio *c* (id eſt *ſ*) non ſecundi at primi alphabeti in Latino exemplo reſpondebat.

ab archetypo hac in parte variat, et ex adiectis ad calcem duobus ſive ſculptorum ſive impreſſorum inſignibus, itemque anni (ut videtur, 1475.) indicio facile dignoſcitur (*af*).

Singularis tandem illa editio Latina eſt, in qua prioribus quadraginta figuris aliae decem fuere intermixtae, atque ita numerus ad quinquaginta excrevit; ab una etiam folii parte, ut omnes praecedentes, impreſſa, et atramento quidem ſatis pallido (*af**).

## §. V.

Huic operi ſuccedat *Hiſtoria ſeu Providentia Virginis Mariae ex Cantico Canticorum iconice exhibita* (*ag*), quae in Curia Harlemenſi aſſervatur, et cum duobus libris mox recenſendis per huius urbis proceres ab ipſius Laurentii poſteritate emta fuit (*ah*). Hoc

(*af*) Quaelibet nempe figura in quatuor hic regiones dividitur, quarum tres ſuperiores ſingulae tres rurſus areolas habent, infima vero duas, hiſtoriam ex ſacro codice continentes. In fine annus expreſſus eſt cifris Gothicis, quarum ultima non diſtincte ſatis expreſſa dubium relinquit, num legendum ſit 1477. an vero, quod magis placet, 1475. etſi multum erraverit JANUS GEORG. BETULIUS, (vero nomine BURCKHARDUS) in *epiſt. ad amicum contra auctorem relationis de itinere ſuo Anglicano et Batavo*, *p.* 70. qui hic 1457. legit. Id omne me docuit idem cl. HUGO e pluteis bibliothecae Guelpherbytanae, ubi exemplum huius libri aſſervatur; praeter aliam quoque editionem Germanicam, ſed hanc opiſtographam, ideoque ab inſtituto noſtro alienam.

(*af**) Novae decem figurae occurrunt ſub n. 1. 2. 4. 6. 18. 28. 29. 32. 35. 36. Reliquae quadraginta factae ſunt ad antiquiorem editionem, etſi non ſolum in literarum compendiis ſed etiam in imaginibus hic illic immutationem ſubierint, prout ectypi Krafftiani cum auctiore hac editione collatio evicit. Ceterum hic 23. priora folia ſignata ſunt litera alphabetica ab A. ad Z. inde fol. 24. charactere, qui *et* exprimit, et fol. 25. not. 9. (id eſt *us*). Poſt quod reliqua viginti et quinque folia eadem ratione deſignata ſunt. Hanc quoque obſervationem, ad exemplum in bibliotheca Guelpherbytana factam, eiusdem cl. HUGONIS humanitati acceptam refero.

(*ag*) Perperam ill. SCHÖPFLINUS in *Vindic. Cap. I.* §. 7. diſtinguit *argumenta ex Cantico Canticorum* et *Hiſtoriam B. Mariae Virginis in figuris*, quum unum eundemque librum conſtituant.

(*ah*) Vid. ſupr. *Cap. V.* §. 11. not. *by*.

Hoc opus ſedecim videtur conſtitiſſe foliis (*ai*), (ut colligere eſt ex alia editione ad hanc noſtram facta) quorum tamen novem modo in exemplo Harlemenſi reſidua ſunt (*ak*). Singula duas figuras exhibent ſub ſe, diſtantia 2 vel 2½ linearum, collocatas, et 4. poll. 8. lin. longitudine, 7. poll. latitudine plerumque adaequantes. Cuivis inſerti ſunt breves e *Cantico* verſiculi, qui ex ore perſonarum interlocutorum procedunt. Primo folio ſuperne appoſitus, ipſique figurae, eodem quo reliqua charactere, incluſus eſt veteri lingua Belgica titulus (*ak**): unde manifeſtum eſt, eum librum Belgio lucem debere, quam certe non adſpexit poſt adventum demum Theod. Martini et ſociorum, adeoque poſt a. 1472.

---

(*ai*) Ea folia, quum nulla litera characteriſtica notata ſint, ſingula deſignare lubet a verbis initialibus, e primo ſtatim ſcutulo ſuperioris figurae procedentibus. Ordinem ſequor exempli Verduſſeniani.

Fol. 1. incipit: *Oſculetur me oſculo oris ſui* etc.
2. *Trahe me poſt te* etc.
3. *Qualis eſt dilectus tuus* etc.
4. *Erunt verba tua* etc.
5. *Quis videt te fratrem meum* etc.
6. *Si dederit homo* etc.
7. *Dilectus meus* etc.
8. *Quae habitas in ortis* etc.
9. *Ecce dilecto meo* etc.
10. *Dilecte mi egrediavi in agrum* etc.
11. *Deſcendi in ortum* etc.
12. *Judicavi, quem diligit* etc.
13. *Surgam et circumibo civitatem* etc.
14. *Tota pulchra es amica mea* etc.
15. *Mille clypei* etc.
16. *Pone me ut ſignaculum* etc.

(*ak*) Illa ordine praepoſtero diſpoſita conveniunt cum foliis 1, 2, 8, 12, 5, 6, 9, 10, et 14. exemplaris Verduſſeniani.

(*ak**) Videl. *Dit is die voerſienicheit van Marie der moeder Godes. En is gebeten in Latin canti....* (quae verba cum compendiis ad archetypum aeri inciſa exhibeo *Tab. IX. in princ.*) reliqua vero, quae in fronte ſecundi, ut opinor, folii exſtitere, vetuſtate deleta, atque inde abſciſſa ſunt.

1472. nam in illius epochae libris figurae ab utraque parte (*al*), in noſtro opere ab una impreſſae ſunt, in illis adhibitum atramenti genus oleoſum ad figuras aeque ac orationem, in hoc perquam pallidum et aqua dilutum, ut delineationes calamo factas exprimerent, quibus certe non vidi ullas figuras vetuſtas magis ſimiles; profectae enim hae ſunt, quod ad delineationem et ſculpturam, ab elegante manu, quam tamen eandem fuiſſe, quae *Speculo* inſerviit, neque affirmare neque negare auſim; at de impreſſore, ſive hic ipſe fuerit Laurentius, ut ſuſpicor, ſive eius ſucceſſores, ex antedictis ſatis iam conſtat.

Ceterum hoc opus in Belgio excuſum alibi poſtea, et veroſimiliter in Germania, novis tabulis repetitum fuit, prout teſtatur exemplum a literatiſſimo VERDUSSENIO uſibus meis conceſſum, quod elegantis operis deforme inſtar repraeſentat, ut inſtituta utriusque comparatio me docuit: imitari quippe tabulas Harlemenſes voluerunt novi artifices, retenta ubique eadem corporum proportione, ſingularumque figurarum diſpoſitione; (a qua non niſi tribus quatuorve locis (*am*) receſſerunt) at infeliciter quod ad exſecutionem in hac palaeſtra ſeſe verſatos oſtendunt, quum et ductus figurarum literarumque hic perquam rudes ſint, et atramentum nigrum ſordideque adhibitum, denique tota impreſſio ipſaque etiam charta illi non abſimilis, qua figurae cantilenarum

(*al*) Conferri e. g. poſſunt *Faſciculus temporum* ex impreſſione Lovanienſi Jo. Veldenarii 1476. *Dialogus Creaturarum*, Goudae apud Gerardum Leeu 1480. plurimique alii id genus libri.

(*am*) Scilicet *Fol.* 9. quod in exemplo Harlemenſi ordine ſeptimum eſt, in parte ſuperiori hic numeravi ſedecim arbores; quum in exemplari Verduſſeniano tantum exſtent novem, et decimae, utpote per extremum figurae marginem abſconditae, pars. *Fol.* 12. quod in libro Harlemenſi quartum locum occupat, in parte ſuperiori illic conſpicitur caper cum tribus ovibus, quum in Antverpienſi additi capro duo tantum oves ſint. *Fol.* 14. quod Harlemi nonum eſt, in parte ſuperiori numeravi in lecto ſparſas $17\frac{1}{2}$ roſas, at in exemplo Verduſſeniano tantum 14., in parte inferiori Harlemi 17. roſas, Antverpiae 16.

rum ad pueritiam oblectandam hodie etiam excuduntur. Inde porro haec editio ſtatim a priore diſcerni poteſt, et quod nullus in fronte operis adſit titulus, et quod nova ſphalmata in intermixtas ſententias irrepſerint (*an*). Illa vero omnia indicia quum gerat quoque exemplum bibliothecae Bodleianae (*ao*), itemque alterum ill. Comitis PERTUSATI (*ap*), conſequens eſt, haec duo eiusdem eſſe cum Antverpienſi editionis.

## §. VI.

Memorato libro in eodem volumine Harlemenſis Curiae adhaeret, imo ordine illic praecedit, *Ars moriendi*, quae partim textu partim figuris ſeparatis conſtat, atque moribundos repraeſentat, modo a daemonibus ad peccata inſtigatos, modo ab angelis ſalubri conſilio obfirmatos, inſertis praeterea inter ipſas figuras brevibus ſententiolis ex ore ſpirituum proficiſcentibus. Id opus, ut ex aliis exemplaribus, etſi diverſae editionis, inferre licet, viginti quatuor foliis plicatis ab una parte impreſſis conſtitiſſe videtur; ita ut duo priora praefationem exhibeant, tertium oratione explicet, quartumque e regione collocatum iconice declaret *tentationem diaboli de fide*, quintum deſcribat ſextumque illi oppoſitum ob oculos ponat *bonam inſpirationem angeli de fide*, re-

(*an*) Nempe *Fol.* I. in parte ſuperiori Harlemi recte legitur: *Oſculet̄ me oſculo oris ſui qā̄ meliora ſunt ubera tua vino*; verum exemplar Verduſſenianum pro *vino* male exhibet *viro*, qui error etiam deprehenditur in exemplo Comitis PERTUSATI. *Fol.* 10. quod Harlemi octavo loco occurrit, in figura inferiore legitur: *Facicul, mirre* (id eſt *faſciculus mirrhae*); verum Antverpienſe vitioſe exhibet *Faricul' mirre.*

(*ao*) Id mihi patuit ex notitia, quam cl. KENNICOTTIUS ad me miſit, poſtquam cum ipſo omnes varietates exempli Harlemenſis et Antverpienſis communicaſſem. Aſſervatur vero hic liber, ſub eodem numero cum praecedente, inter Codices Mſſ. Junianos *N.* 31.

(*ap*) Huius rei fidem mihi fecit ectypus primi folii, *Memorabilibus Viennenſibus* inſertus, menſe Februario 1727. *Fig. VIII.* ad *pag.* 110.

reliqua deinde folia usque ad viceſimum ſecundum ſimiles tum *tentationes* tum *bonas inſpirationes*, circa *deſperationem*, *impatientiam*, *vanam gloriam*, et *avaritiam* tam oratione quam figuris ſiſtant, tertium et viceſimum praebeat conſilium fidelibus in agone mortis conſtitutis, ultimumque ex adverſo poſitum figuram eo pertinentem contineat. Ex integro opere quindecim modo folia in Harlemenſi exemplo ſuperſunt, ſeculo praecedente ab imperito quodam ordine perverſo digeſta, conglutinataque invicem (*aq*). Figurae illae, quae 8. pollices, 2. lineas longitudine, 6. poll. 2. lin. latitudine plerumque adaequant, a diverſa, quam quae *Speculo* incubuit, manu profectae, atque hic multo rudiores ſunt; unde alium quidem hic affuiſſe pictorem ſculptoremve liquet, neutiquam vero diverſum typographum; maxime quum ipſa impreſſio atramento perpallido omnino praecedentibus et cumprimis *Hiſtoriae B. Virginis* ſit ſimillima, ipſique characteres ſcripturam imitentur non Germani hominis ſed Batavi ſeculo XV. Quod vero memorabile in hoc opere eſt, ſingula folia a ſculptore fimbriae trium linearum ornatus gratia incluſa ſunt; atque in ipſo textu tabellis inciſo reperiuntur etiam literae capitales maiores, ſed hae ductibus externis, ut coloribus deinde replerentur, ex-

(*aq*) Scil. in exemplo Harlemenſi primum folium, quod chartae albae agglutinatum eſt, incipit a verbis: *Si agonizans loqui et uſum rationis habere potuerit etc.* quae ad archetypum aeri inciſa a nobis exhibentur *Tab. IX.* Id vero folium ordine eſſe deberet vigeſimum tertium. Hoc inſequuntur folia, quibus ordo competebat 3. et 4., ſibimet coagulata. Inde folium incipiens a verbis, *Secundo, ut recognoſcat, ſe Deum graviter offendiſſe et inde doleat. Tertio, ut proponat, ſe veraciter emendare, ſi ſupervixerit etc.* et conſtituens, ut puto, ſecundam praefationis paginam, agglutinatum eſt folio 12. quo figura exhibetur Diaboli, tentantis hominem de impatientia. Mox agglutinata invicem ſunt folia 7. et 8., 9. et 10., 5. et 6., 21. et 22., 17. et 18. Manca vero, imo erronea, deſcriptio eſt, quam Harlemenſis exempli dedit ALB. HENR. DE SALLENGRE *Memoires de Litterature* (edit. Hagae 1715.) *Tom. I. p.* 393. nam et primum illius folium *Si agonizans etc.* plane tranſiit, et in numero foliorum lapſus eſt, et deſcriptionem figuris ſubjectam ait, quae ſemper ab altera folii parte conſpicitur.

exhibitae, queis in operibus typographicis ceteroquin officina Laurentiana uſa non eſt (*ar*).

Huic editioni ſatis videtur conformis, attamen aliis tabulis inciſa, cuius exemplum aſſervatur in bibliotheca publica Hanoverana, a v. cl. DAV. CLEMENTE deſcriptum (*as*). Adſunt enim illic in quibusdam paginis ſignaturae, quae a libro Harlemenſi exſulant.

Ab utraque differt, quam peritiſſimus MARIETTUS Lutetiae aſſervat, a FOURNIERIO memorata, quae et minori forma quarta prodiit, et fimbrias ex una ſola linea conflatas, ductusque praeterea nonnullos figuratos, rudi minerva et absque ullo ordine diſpoſitos, in extremo aliquot paginarum habet (*at*).

Quarta editio vetuſta partem facit bibliothecae PEMBROKIAE Comitis in Anglia, MAITTAIRIO PALMERIOque iam memorata. In ea textus charactere mobili impreſſus eſt (*au*), delineationes perhibentur pulchriores quam in *Speculo*, impreſſio deterior (*ax*).

His-

(*ar*) Patet hinc, uſum literarum capitalium impreſſarum vetuſtiorem eſſe, atque JAC. MENTELIUS in *Paraeneſi pag.* 64. *ſeq.* et hoc duce MAITTAIRIUS pluresque alii ſtatuerunt. Certum quoque eſt, Jo. Fuſt in utroque *Pſalterio* a. 1457. et 1459. ac DURANDI *rationali* 1459. praegrandibus literis impreſſis, varieque ornatis, quas vulgo *florentes* vocant, uſum eſſe. vid. SCHWARZII *Primar. docum. Part. II. p.* 7. *et* 10. unde errant, qui harum inventionem Erhardo Ratdolt Auguſtano, typographo Veneto, tribuunt.

(*as*) *Biblioth. curieuſe Tom. II. pag.* 143. ex quo patet, exemplo Hanoverienſi praefationem deeſſe.

(*at*) Eius exempli meminit FOURNIERIUS *Diſſ. I. p.* 32. et *Diſſ. II. p.* 182. qui praeterea in literis ad me d. 17. Febr. 1761. datis ſignificavit, figuras illius tantum 5. pollices longitudine, 3. poll. 7. lin. latitudine adaequare, et characterem dimidia parte minorem eſſe, quam in exemplo Harlemenſi, cuius ſpecimen figuratum ipſi miſeram; nullas vero hic adeſſe ſignaturas vel cuſtodes.

(*au*) Ita diſtincte MAITTAIRIUS in *Annal. typogr. Tom. I. pag.* 19. iunct. *pag.* 21. *in fin.* ex cuius deſcriptione patet, exemplum Pembrokianum octodecim modo foliis conſtare, adeoque non quatuor, ut ille coniecit, verum ſex foliis eſſe mutilum.

(*ax*) Ita PALMER *Hiſtory of printing p.* 53. At huius impoſtoris relationes ſemper mihi ſuſpectae ſunt.

Hisce addenda tandem eſt editio lingua Germanica, quae exſtat in bibliotheca ill. Comitis PERTUSATI, impreſſionis locum et auctorem in fine operis exprimens Ludovicum Ulmenſem (*ay*). Atque hae editiones ſingulae ab una parte impreſſae fuere; nam opiſtographas, utpote recentioris aetatis, referre nihil attinet (*az*).

## §. VII.

Eadem denique Harlemenſis Curia aſſervat *Hiſtoriam S. Ioannis Euangeliſtae, eiusque viſiones Apocalypticas* (*bb*). Hoc opus 24. folia integra continet, in tres ſcapos aequaliter diſtributa, ſingula litera maiuſcula ex ordine alphabeti ſignata (*bc*). Paginae figuratae omnes, quae ſunt 48. numero, (ſi quinque modo excepero (*bd*), ubi integra figura conſpicitur) duas icones proxime ſub ſe collocatas, ſed magnitudine ſaepe inaequales exhibent, ſola lineola ſeparationem indicante. Figurae illae combinatae longitudinem 9. poll. 6. lin. latitudinem 7. poll. 6. lin. plerumque habent, iisque inſerti ſunt modo breves verſiculi, modo integrae ex Apocalypſi ſententiae, modo imaginum explicationes. Prima pagina ſuperius exhibet Druſianam, ceterosque per praedicationem Johannis ab idolis converſos, inferius Apoſtolum baptizantem, cultoresque idolorum explorantes facta eius; ſecunda illum reprae-

(*ay*) *Ludwig ze Ulm.* vid. *Merckwurd. Wien*, mens. Febr. 1727. *pag.* 113. *ſeq.*

(*az*) Eas recenſent JO. CHR. GOETZENIUS *Merkw. der koningl. biblioth. zu Dresden Tom. I. p.* 11. *ſeq.* et DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. II. p.* 146.

(*bb*) Hic liber videtur impreſſus ad normam Codicis mſ. antiquioris, qualem figuris (ſed his modo 46.) pariter et inſcriptionibus inſtructum aſſervat bibliotheca Bodleiana, ſignatum *Archiv. B.* 86. ut ad me ſcripſit cl. KENNICOTT; itemque regia Pariſienſis. vid. MONTFAUCON *Biblioth. bibliothecar. p.* 745. *N.* 3724.

(*bc*) Ultimum folium, quod adhibitae iam eſſent omnes Latini alphabeti literae, ſignatum charactere eſt, qui Graecam ξ exprimere videtur, ſaltem in exemplo Verduſſeniano.

(*bd*) Paginae quippe figuratae 3, 4, 5, 34, et 35. unicam figuram continent.

praeſentat ablegatum ad praefectum, indeque Romam miſſum, ac Domitiano Imp. praeſentatum; tertia mox exhibentur ſeptem Eccleſiae, cum totidem angelis, et filio Dei; quarta ſeptem lampades ardentes; atque ita porro totius Apocalypſeos contenta repraeſentantur, addita ſemper explicatione iuxta *fratrum*, quos vocant, *ſpiritualium* et HAYMONIS principia. Penultima pagina figurata exhibentur in ſuperiore parte duo iuvenes, quos poſt traditum Joanni omne patrimonium, ut pauperibus diſtribueretur, facti deinde poenituit, in inferiore templum Dianae confractum Apoſtoli oratione. Ultima tum S. Joannes veneni calicem absque ulla laeſione exhauriens, tum cadaver illius capſulae incluſum (*be*). Ceterum imagines hic inelegantius formatae harumque ductus rudiores ſunt, quam in praecedentibus operibus, et ab alia certiſſime manu, cui Gothicae delineationes familiares erant, profectae. Literae inciſae tamen ſimillimae iis, quae figuris ligneis *Speculi* incluſae ſunt, quaeque ſcripturam non Germanicam at Belgicam ſeculi XV. imitantur, uti bene iam peritiſſimus VLAMINGIUS obſervavit (*bf*). Atramentum aqua dilutum adhibitum quidem, mi-

(*be*) Non ſatis exactam huius libri deſcriptionem dedit MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 18. *edit. primae*, ubi exemplar Pembrokianum deſcribens, quod quadraginta ſex paginas complectitur, adeoque integro folio mutilum eſt, numerum ſingularum figurarum et paginarum confundit. FERD. STOSCHIUS quoque in *Symbol. literar. ad increm. ſcient. Tom. IV. p.* 560. *ſeq.* exemplum bibliothecae Berolinenſis recenſens primae ſtatim paginae tribuit ſeptem eccleſias Aſiaticas, quae tertiae conveniunt, moxque plura ex hoc opere excerpit, quae aliis plane paginis in utroque et Harlemenſi et Verduſſeniano libro exſtant; unde colligo, Berolinenſe exemplar ſtatim in principio mutilum, atque ordine etiam praepoſtero foliorum colligatum eſſe.

(*bf*) In notis ad HENR. LAUR. SPIEGELS *Hartſpiegel. p.* 362. ubi productiones Harlemenſes in Curia aſſervatas deſcribens ita de hoc opere: *Waerlyk de letters van deeze houtſnee hebben den ſweem der letter van den geſchreven* MELIS STOKE *van den wakkeren* S. SCHYNVOET, *den Rymbybel van den Rechtsgeleerden* MATTHIAS RÖVER, *een ſonderling liefhebber der vaderlantſche oudheden, en mynen lieven vriendt, buiten noch eenige andere Hollantſche afſchriften, die ik ontmoet heb, en geenſints eigen is aen Duitſchland of eenige andere landen.*

minus tamen, quam in praecedentibus pallidum; unde hoc opus ex prima quidem officina Harlemenſi, at demum a Laurentii ſucceſſoribus vulgatum conjicio.

Huius quoque libri aliae editiones, novis ſcil. excuſae tabulis, offenduntur. Nam quod in bibliotheca Bodleiana aſſervatur exemplum, in genere cum Harlemenſi conſentit, differt tamen in ultimis tribus foliis, utpote nulla hic nota characteriſtica ſignatis (*bg*); quumque cuilibet impreſſionis folio interpoſitum habeat ſemifolium eiusdem chartae, cui adſcripta calamo eſt explicatio lingua ſuperioris Saxoniae, vix dubium, quin hoc exemplar ſit ad Belgicum archetypum a Germanis curatum. Utrique porro editioni diſſimilis tertia eſt, Antverpia a poſſeſſore VERDUSSENIO transmiſſa mihi. Eam certe cum Harlemenſi libro diligenter conferenti, ante oculos obverſata mihi eſt per ſingulas paginas varietas. Textum quippe literis maioris formae minusque coarctatis (*bh*) exhibet, quam in Harlemenſi videre eſt, cuius tamen compendia retinuit. Figuras quoque adhuc rudiores ſiſtit, corporum proportionem paſſim immutatam, reliquas imagines ſaepiſſime aliter diſpoſitas (*bh**), ſed et correctiones quasdam habet

(*bg*) Id me docuit cl. KENNICOTT, poſtquam ei varietates exempli Harlemenſis et Verduſſeniani miſiſſem. Ceterum de hoc libro, qui ſignatus eſt *Laud. E. 65.* verba iam fecit Anonymus in *Tranſact. Philoſ. N.* 288. *Tom. II. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 982. *ſeq.*

(*bh*) Hinc evenit, ut deſcriptio pluribus plerumque lineis in exemplo Verdusſeniano conſtet, quam in Harlemenſi. Sic e. g. *pag.* 2. *part. infer.* verba: *S. Johannes Romam mittitur ac Domiciano Imperatori crudeliſſimo Chriſtianorum perſecutori praeſentatur*, una linea in libro Harlemenſi comprehenduntur, at in Antverpienſi duabus. Item *pag.* 20. ſignata *K.* in parte ſuperiori annotatio, quae incipit *nunc facta eſt ſalus* etc., Harlemi ſex lineis, Antverpiae novem deſcribitur; atque ita paſſim alibi. Porro in primis duabus paginis ſententiolae Harlemi inflexa linea, Antverpiae recta exhibentur.

(*bh**) Inter innumera exempla notaſſe ſequentia ſuffecerit. *Pag.* 17. in ſuperiore parte Harlemi conſpiciuntur decem perſonae, Antverpiae duodecim: inferius praeter Servatorem et Diabolum Harlemi quinque exhibentur perſonae, Antverpiae ſex. *Pag.*

bet (*bi*); unde recentior mihi, ceteriſque, quibus utramque oſtendi, viris peritis viſa eſt. Hanc vero in Germania etiam prodiiſſe fidem facit exemplar bibliothecae Vindobonenſis Caeſareae, quod Antverpienſi perſimile (*bk*) interpretationem quoque Teutonicam, dialecto Saxoniae ſuperioris, manu ſeculi xv. adſcriptam habet. Nec deeſt aliud exemplum cum commentario mſ. at Saxoniae inferioris dialecto, quod e bibliotheca GOS. UYLENBROEKII ad cl. GROS DE BOZE, iamque ad ill. Praeſidem DE CÔTE Lutetiae pervenit (*bl*), num autem Vindobonenſi an Bodleiano

*Pag.* 23. ſignata *M.* in part. infer. Harlemi ſex occurrunt adorantes draconem, Antverpiae quinque. *Pag.* 44. ante novam Hieroſolymam in libro Harlemenſi poſitae ſunt duae arbores, in Verduſſeniano unica. *Pag.* 45. in part. infer. Harlemi ab una parte tres arbores, ab altera una conſpiciuntur; ſed Antverpiae ab illo latere duae tantum, ab hoc unica. *Pag.* 46. in part. infer. a tergo reſuſcitatae Druſianae Harlemi adſtant quatuor perſonae, Antverpiae tres. Ipſae quoque ſignaturae ſaepiſſime in alia paginae parte collocatae ſunt: v. c. *Pag.* 1. Harlemenſis liber ſignaturam *A.* iuxta arborem, Antverpienſis ſupra caput quartae perſonae collocatam habet. Et ita paſſim alibi.

(*bi*) Inſigne correctionis exemplum deprehendi *Pag.* 16. in part. ſuper. ubi repraeſentatur homo, flexis genubus gladii ſupplicium ab adſtante carnifice exſpectans; ei quippe in exemplo Harlemenſi velati non ſunt oculi, ſive quod hoc per incuriam omiſerit delineator, ſive potius, quod in Hollandia id moris tum nondum eſſet; (quum id ipſum quoque obſervaverim in *Figuris veteris novique teſtamenti Fol.* 7. *in med. fig.* 1. *et* 3. atque alibi) verum in exemplo Verduſſeniano hoc correctum eſt, et moribundus ille figuratur oculis ſtrophiolo tectis.

(*bk*) Didici hoc ex notitia ADAMI FRANCISCI KOLLAR, auguſtae bibliothecae primi cuſtodis, poſtquam differentias Harlemenſis et Antverpienſis exempli a me cognoverat. En vero exordium commentarii Saxonici, manu appoſiti: *Hie hebet ſich au das buch der haymlichen offennbarung ſancti Johannis zu teutzſche, wy das die fyguren unde dy geſchrifft in dyſem buch zu latein ausweyſen und ſagen. Alſo was ſant Johannes zu dem erſten den heyligen criſten glawben leren dardurch dy erbare fraw Druſiana und vill mer ander volcke ſich von den abgoteren bekerten und den heyligen criſten glauben an ſich namen.* Huius libri vero iam meminit LAMBECIUS in *Commentar. de biblioth. Caeſar. Vindob. Tom. II. p.* 772.

(*bl*) De eo videndus eſt *Catalogus bibliothecae Uylenbroekianae*, edit. Amſtelod. 1729. *Part. III. p.* 243. cuius tamen auctor male ſtatuit, eam editionem in Hollandia lucem vidiſſe. Argumento utitur, quod figura navis, cuius ope S. Johan-

leiano quantum ad figuras reſpondeat, non dixerim. Interea probabile exiſtimo, ipſos operis impreſſores huiusmodi explicationem curaſſe adſcribendam in eorum gratiam, quibus Romana lingua non ſat familiaris erat, ut ſumtus evitarent ad novarum tabularum, in queis Latino textui vernaculus ſubſtituendus erat, ſculpturam; melius hoc pacto rebus ſuis conſulentes, quam fecerant excuſores *figurarum V. ac N. Teſtamenti.* Imo ſuſpicor, alterutram e Germanicis hisce editionibus lucem vidiſſe Coloniae Agrippinae, ubi Biblia figuris ligneis ornata plus ſimplici vice et diverſa ſaepius dialecto Saxonica iam olim prodiere (*bm*).

Tribus illis editionibus num plures annumerari debeant, operoſe inquirere neque interfuit noſtra, neque etiam vacavit. Relinquimus hoc iis, quibus exempla libri praeſto ſunt, indicaſſe contenti, talia praeter ante memorata reperiri Berolini in bibliotheca regia (*bn*), Lutetiae tum in Collegio Societatis Jeſu (*bo*), tum penes cl. MARIETTE (*bp*), Londini apud cl. ASKEW, Med. doct. (*bq*) Wiltoniae penes PEMBROKIAE Comitem (*br*), Mediolani

---

hannes tranſlatus conſpicitur in inſulam Pathmon, eadem ſit cum navibus Hollandicis eo tempore uſitatis, ceu ex veteri ſigillo urbis Amſtelodamenſis liqueret. Id vero nihil omnino probat: ſi enim hic liber Coloniae, quae Belgio vicina eſt, prodiit, maritimae navis effigies non melius, quam e Belgio repeti potuit. Diverſa quoque examinavi ſigilla antiqua Amſtelodamenſia, in deſcriptione huius urbis Commeliniana alibique conſpicua, in queis navis figura quandoque variat, nullum vero deprehendi, in quo exacte illa reſponderet cum navi in ipſo libro Harlemenſi repraeſentata. Ceterum hoc exemplar, quod ima pagina mutilum eſt, penes Praeſidem COTIUM vidit, ac memoravit FOURNIERIUS *Diſſ. I. p.* 27. et *Diſſ. II. p.* 131.

(*bm*) Vid. DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. III. p.* 314. *ſeq.*

(*bn*) De eo dictum eſt prius not. *be.*

(*bo*) Vid. FOURNIER *Diſſ. II. p.* 131. qui obſervat, huic exemplo adſcripta varia poſſeſſorum nomina, eosque inter AMBROSII CAMERACENSIS, ad quem pervenerat d. 14. Junii 1486. Et forte illa editio non multo vetuſtior eſt.

(*bp*) Huius meminit idem FOURNIER *d. l.* et *Diſſ. I. p.* 28. ubi delineationem figurarum in hoc exemplo differre a Cotiano ex collatione ſibi patuiſſe teſtatur.

(*bq*) Hoc ipſe in utroque itinere meo Anglicano a. 1756. et 1759. in eius bibliotheca vidi.

(*br*) Vid. MAITTAIRE *loc. cit.* PALMER *Hiſtory of printing p.* 54. qui Pembrokianam

lani in bibliotheca Pertuſatiana (*bs*), ut exemplar taceam, quod HENR. JOS. REGA Lovanii aſſervavit, iamque alio delatum eſt (*bt*).

## §. VIII.

Non dubium eſt, quin ex officina Laurentiana plura alia huiusmodi ſive opera integra, ſive ſpecimina prodierint, cum blattis tineisque forte adhuc certantia. Huc refero ſpecimen, quod SCRIVERII aetate adhuc ſupererat, cuius verba apponam ex cl. WOLFII verſione (*bu*): „ Adhaec vidi typis rudibus minusque „ politis Latine excuſas quasdam *tentationes Daemonis*, *tentantis* „ *hominem de ſeptem peccatis mortalibus*, *et eorum ramis.* Et „ ſtatim ſequitur *defenſio boni Angeli cuſtodis hominis*, *contra* „ *haec ſacram ſcripturam allegantis.* Haec uni folio in plano, „ aut patente, ut aiunt, forma impreſſa ſunt. Sordidum eſt o- „ pus, ſed in quo prima artis rudimenta ac tentamina, ope atra- „ menti impreſſorii recens inventi, non tantum obverſantur o- „ culis, ſed manibus quaſi palpari poſſunt ". Indicium illud impreſſionis *in folio patente* diverſum omnino opus notare videtur ab illis tentationibus Daemonis et exhortationibus Angeli, quae partem conſtituunt *Artis moriendi.* Ne-

---

nam editionem Jo. Fauſto adſcribit, argumentum ex chartae genere capite tauri inſignito petens, quod Fauſti editionibus proprium eſſe quondam GABR. NAUDAEUS ſcripſerat. Hoc vero, quam futile ſit, rectiſſime cl. GROS DE BOZE *Tom. XIV. des Memoires de l'Acad. Royale des Inſcriptions p.* 266. DAV. CLEMENS *Bibl. curieuſe Tom. IV. p.* 72. *ſeq.* et FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 81. oſtenderunt.

(*bs*) Quae ante Vindobonae aſſervata fuit. Hoc exemplum 44. modo paginis conſtat, duobus proinde foliis integris ſive quatuor paginis mutilum; quumque et atramento nigro impreſſum ſit, et pluribus operibus apud Germanos excuſis in eodem volumine iunctum ſit, lucem in iisdem terris certiſſime adſpexit. vid. *Merkwurd. Wien*, menſe Febr. 1727. *p.* 112.

(*bt*) Vid. *Catal.* ipſius *bibliothecae*, edit. Lovan. 1755. *in princip.* quod exemplum duabus paginis, uti VERDUSSENIUS mihi ſcripſit, mutilum inſano tamen 163. florenorum pretio divenditum fuit, et in Hollandiam noſtram tranſiit.

(*bu*) *Laure-crans p.* 98. *Tom. I.* WOLFII *p.* 406.

Neſcio, an huc referre debeam, quod anonymus Anglus deſcripſit, cuiusque verba ex eiusdem WOLFII interpretatione adnectam (*bx*). „ Ego vero quondam in bibliotheca regia, quae „ Londini in palatio S. Jacobi aſſervatur, ſchedam vidi formae „ externae, quae vulgo vocatur in 8. in vetuſto breviario mſ. „ repoſitam, quam ex primis Coſteri ſpeciminibus, quae et artem experiundi et quaeſtum faciendi cauſa dedit, ſuperſtitem „ eſſe tunc putabam, in qua ſententia adhuc perſto. Rudis et „ parva eſt figura in ligno inciſa, quinque Servatoris noſtri vulnera et paſſionis inſtrumenta repraeſentans, in cuius infima „ parte Latina inſcriptio exhibetur, quae omnibus toties in mille „ annos peccatorum veniam promittit, quoties precum formulam vulgarem: *Ave Maria*, coram illa funderent. Haec figura ſive imago depicta eſt atramento ſcriptorio, et tota nigra „ absque omnibus aliis coloribus, quibus poſtea Coſterus libros „ ſuos adornaſſe videtur ".

## §. IX.

Omnia ergo officinae Laurentianae opera xylographica illud commune habent, quod impreſſa fuerint integra tabellis ligneis, atramenti genere pallido, quod ex lampadum fuligine cum amylo et aqua commixta fuiſſe conflatum videtur. Id quo magis ad fuſcum accedere deprehenditur, eo recentiores videntur productiones, quemadmodum circa *Speculi* repetitas editiones animadverti (*by*). Utrum eadem ratione, atque chartulae luſoriae adhuc excuduntur (*bz*), an alia quadam facta fuerit impreſſio, non dixerim. Id

(*bx*) In *Tranſact. Philoſ. N.* 288. *Tom. II.* WOLFII *p.* 980.
(*by*) Vid. ſupr. *Cap. V.* §. 12. *ſeq.*
(*bz*) Ita viſum JO. BAGFORDO in *Tranſact. Philoſ. N.* 310. *Tom. II.* WOLFII *p.* 997. *ſeq.*

Id certum, multis eam laboraſſe naevis, quos cognoſcere ex originalium exemplorum inſpectione, quam deſcribere facilius eſt. Impreſſio porro ab una folii parte facta eſt, ita ut diſpoſitis ordine chartis modo duae paginae impreſſae, modo duae vacuae ſimul ſeſe ob oculos ponant; quod ea de cauſa factum iam obſervavi, quoniam exterior chartae pars, preſſurae referens veſtigia, alteram impreſſionem vel plane non ſuſtinuiſſet vel ſaltem confuſam reddidiſſet (*ca*): hinc quoque evenit, ut in variis horum operum exemplaribus paginae vacuae conglutinatae deprehendantur, tum ad deformitatem vitandam, tum ut fortiora hoc pacto redderentur folia (*cb*); quod etiam imitati ſunt ſimilium librorum impreſſores Germani (*cc*). Denique in nonnullis exemplis, pro captu ſcil. emtorum eius aevi, figurae variis coloribus imbutae ſunt (*cd*), verum tam ſordide et negligenter, ac ſine umbrae indicio, ut facile appareat, id neutiquam ab induſtrio quodam pictore peractum, quales Harlemum ea iam aetate alebat complures (*ce*), verum ea celerrima methodo, qua hodie figurae cantilenarum, chartaeque luſoriae pinguntur (*cf*), a Germanis deinde in ſimilibus quoque libris uſitata (*cg*).

§. X.

---

(*ca*) Supr. *Cap. V.* §. 4.

(*cb*) Tale fuit exemplar *Figurarum V. ac N. Teſtamenti* a Laurentio impreſſum, quod SCRIVERIUS habuit. vid. *Laure-crans p.* 98. et Schwarzianum. vid. *Ind. nov. vet. libr. p.* 1.

(*cc*) Ut in exemplo *Artis moriendi* lingua Germanica bibliothecae Pertuſatianae. vid. *Merkw. Wien* Febr. 1727. *p.* 113. itemque in exemplo *Artis memorandi per figuras Euangeliſtarum*, bibliothecae Schwarzianae. vid. *Ind. nov. pag.* 9.

(*cd*) Id teſtantur exempla *Speculi latini* et *Figurarum Apocalypſeos* in Curia Harlemenſi, itemque *Figurarum V. ac N. Teſtamenti* exemplum Verduſſenianum; quum alia earundem editionum exemplaria colores nullos exhibeant.

(*ce*) Vid. CAR. VAN MANDER *Schilderboek fol.* 205. *ſeq.*

(*cf*) Recte hoc iam obſervavit anonymus Britannus, *Tom. II.* WOLFII *p.* 981.

(*cg*) Patet id ex *Hiſtoria Apocalyptica* figurata in Germania impreſſa, cuius exemplum hoc modo illuminatum in bibliotheca Pertuſatiana reperitur. vid. *Merkw. Wien d. l. p.* 112. alterumque in Vindobonenſi, teſte cl. KOLLAR in literis ad me datis.

## §. X.

Aſſerta Laurentio impreſſionis tabellaris inventione, ſcire intereſt, num ea verſatili anteceſſerit, adeoque opera nunc recenſita habenda ſint typographicis vetuſtiora, horumque praeludia. Id quidem a MAITTAIRIO (*ch*), ceterisque, qui origines typographicas perſcrutati ſunt, ſtatui conſtanter video; aſt ſine ullo fundamento, neque tota re bene perſpecta. HADR. JUNIUS certe, qui traduce ipſius Laurentii famulo Cornelio omnia inventa Harlemenſia cognovit, et ad poſteritatem tranſmiſit, ea diſerte ab impreſſione verſatili, et ſpecimine in uſum nepotum Laurentii hac ratione formato, auſpicatus eſt, poſtmodum figurarum impreſſionem ei tribuens (*ci*). Hoc vero teſtimonium cur in dubium vocandum ſit, nulla eſt ratio. Sed in errorem ceteros auctoritate ſua induxit vir maximus JOS. SCALIGER (*ck*), qui poſtquam e MARIANG. ACCURSIO intellexiſſet, *Donatum* in Hollandia in tabula inciſa impreſſum, hunc ante inventam typographiam prodiiſſe ſtatim inde intulit, quod is liber alias ſeparatis typis veroſimiliter excuſus fuiſſet: at vero quum *Donatus* ille vetuſtus non fixis ſed mobilibus typis deſcriptus fuerit (*cl*), tota corruit Scaligeri ratiocinatio. Neque magis ſtringit, quod ex operibus xylographicis iam recenſitis petitur argumentum: haec enim illius generis ſunt, ut aliter niſi tabularum ope expediri haud potuerint; figuras quippe continent inſertis pluribus ſententiolis atque explicationibus, quae ab iconibus ſeparatim imprimi aeque difficulter potuiſſent, atque nomina brevesque hic illic deſcriptiones locorum a mappis geographicis; quemadmodum hi libri deinceps etiam,

(*ch*) *Annal. typogr. Tom. I. p.* 21. *ſeq. edit. primae.*
(*ci*) Vid. *Append. N.* 2. Add. ſupr. *Cap. IV.* §. 3.
(*ck*) In *Confut. fabulae Burdonum p.* 259. *ſeq. edit.* 1609.
(*cl*) Vid. ſupr. *Cap. III.* §. 4. *Cap. V.* §. 17. *ſeq.*

etiam, poſt inventam certiſſime iam typographiam, in Germania novis tabulis inciſi fuere, ut circa ſingulos obſervavimus. Quod ſi dubium cui tandem moveat *Ars moriendi*, ubi textus ſeparatis foliis, et fixo tamen charactere, impreſſus cernitur, qui poſt inventam typographiam utique mobili exhiberi potuit, ei ſcrupulum omnem eximent libelli, absque ullis etiam figuris, ſeculo XV. vergente et XVI. ineunte tabellis inciſi, de quibus mox verbum addendum erit. Speciofius quidem argumentum pro impreſſionum tabellarium Laurentii ante verſatiles praecedentia peti poſſet ex atramenti aqua diluti, quo excuſae illae deprehenduntur, genere; modo inde legitime inferretur, repertum tunc nondum fuiſſe atramentum impreſſorium, quod in primis operibus typographicis iam occurrit. At haec illatio ſolius *Speculi* inſpectione deſtruitur, in quo libro mobiles literae nigro, at figurae fixique characteres pallido atramenti genere expreſſae ſunt, neque in prima modo ſed et ſequentibus editionibus (*cm*); unde patet, Laurentium huiusque progeniem ſemper pallidum atramentum ad imprimendas imagines adhibuiſſe, ut delineationes manu factas imitarentur, maioremque adeo iis adderent elegantiam (*cn*).

## §. XI.

Latius id omne exſequi oportuit, tum ad ſubvertendum receptum

(*cm*) Vid. ſupr. *Cap. V.* §. 5.

(*cn*) Fallax itaque omnino κριτήριον eſt, quod cl. SCHWARZIUS in *Ind. nov. p.* 19. tanquam axioma admiſit, *eas demum huius generis tabulas cenſeri poſſe ante typographiam proprie dictam impreſſas, in quibus atramentum non oleo, ſed tantum aqua, dilutum apparet; contra autem libellos, poſt inventam demum perfectiorem typographiam, tabulis ligneis excuſos, utique iam atramentum referre typographicum, idque oleo tinctum, quod nullo facile ſpiritu vini, ac ne quidem aqua forti, ſalva charta, ablui delerique poteſt.* In eodem errore verſatus eſt SCHELHORNIUS *Diſſ. de antiq. Bibl. Lat. edit. p.* 15. *ſeq.*

tum quaſi errorem, tum ut inde liqueret, quam temere nonnulli monumentis hisce xylographicis, quae ex officina Laurentiana intra 30. vel 40. annorum curriculum prodiere, certas aſſignaverint epochas. SCRIVERIUS (*co*), quum legiſſet, a Judaeo (*cp*) citari librum ſibi viſum, typis excuſum Venetiis a. 1428. (errore certiſſime in anni notam illapſo) verba Rabbini male accepit, atque ſi ſcripſiſſet, vidiſſe ſe Venetiis librum iam a. 1428. impreſſum; unde mira hercle conſequentia intulit Scriverius, hunc ipſiſſimum fuiſſe cum *Figuris veteris novique Teſtamenti* a Laurentio excuſis, etſi anni aeque ac loci et typographi (ut reliqui omnes huius officinae libri) indicio deſtitutis. Id ergo opus quum primigenium iudicaret, veros typographiae (quam cum impreſſione tabellari manifeſte confudit) natales reperiſſe hoc pacto ſibi viſus eſt; imo occaſionem praebuit, ut in inſcriptione aedibus Laurentianis praemiſſa, quae typographiae inventum anno 1440. adſcribebat, nota numeralis deinde in 1428. immutata fuerit (*cq*).

Eiusdem aetatis quum videretur *Ars moriendi*, praemiſſus illi in exemplo Curiae Harlemenſis fuit titulus, ſeculo praecedenti impreſſus, typis ut puto Adriani Rooman, eodemque Scriverio auctore: *Liber tabularum ligno inciſarum a Laur. Coſtero Harlemenſi circa Annum ſalutis humanae* 1428. ſubiecta horum verborum Belgica interpretatione, et addita folio proximo Laurentii effigie.

Biennio recentiores ab illo habitae ſunt *Figurae ex Cantico Canticorum*, adeoque idem illi appoſitus titulus, niſi quod annus impreſſionis illic notetur 1430.

Pro-

(*co*) *Laure-crans p.* 97.

(*cp*) Vid. *Append. N.* 80.

(*cq*) Citat enim hanc inſcriptionem cum nota anni 1440. SAM. AMPSING *Beſchryving der Stad Haerlem p.* 376. at cum anni 1428. indicio ipſe iam SCRIVERIUS, *Laure-crans p.* 124. add. ſupr. *Cap. III.* §. *ult.*

Proficiſci huiusmodi chronologiam, tam debilibus fundamentis ſuperſtructam, potuiſſe a perito ſanique judicii homine et miror et doleo (*cr*): quod profecto involvere ſilentio potuiſſem, niſi candide ſemper agendum, cavendumque etiam eſſet, ne ſpecioſis eiusmodi titulis in poſterum fucus alicui fieret.

## §. XII.

Tabellaris impreſſio a Batavis poſt commiſſum a Gensfleiſchio ſeniore furtum tranſiit ſtatim ad Moguntinos, quos ante repertam metallicis typis imprimendi artem varia opuſcula fixo charactere ediliſſe *Cap. VII.* obſervavimus. Unde his forſan acceptum quoque referendum eſt unum alterumve ex operibus figuratis, quae ad primas editiones Laurentianas denuo inciſa fuere. Neque enim de omnibus id ſtatui poſſe (*cr**), evincunt repetitae totiens diverſis tabulis eorum librorum editiones, quae uni certe loco vel impreſſori haud conveniunt, at variis in urbibus, ubi ars poſt rupturam Fauſti et Gutenbergii ſedem fixerat, prodiiſſe videntur. Imo alios etiam libros huius generis, quos antea in Belgio lucem adſpexiſſe non conſtat, ſuperaddidit Germania (*cs*): quales ſunt.

1. *Ars memorandi notabilis per figuras Euangeliſtarum*, foliis 30.

(*cr*) Noſtra aetate JO. CHRIST. SEIZIUS integram et perquam abſurdam operum Laurentianorum chronologiam e cerebro ſuo contexuit, *derde jubeljaer Cap. VII.* merito hoc nomine reprehenſus ab ill. SCHÖPFLINO in *Vindic. Cap. VIII.* §. 5.

(*cr**) In eo errore fuit JO. HENR. LEICHIUS in *Supplem. Maittairiano* (ſubiecto *Orig. typogr. Lipſ.*) *p.* 113. concludens inde, opera haec figurata Moguntiae intra annos 1440. et 1457. prodiiſſe.

(*cs*) Patet hinc, quam male aliqui ex noſtratibus, et anonymus quoque Anglus *Tom. II.* WOLFII *p.* 984. omnia vetuſta opera xylographica ſoli Laurentio tribuant; quod cl. SCHWARZIO bilem iam movit in *Ind. novo p.* 14. *et* 20. multoque magis FOURNIERIO, qui in alia omnia diſcedens cuncta Laurentio abiudicavit, uti ſuperius not. *m** obſervavimus.

30. impreſſa, quorum alterum ſemper textum, alterum illi oppoſitum figuram textui reſpondentem continet. In ea character atro colore expreſſus, maiusculus, craſſus, et informis eſt, Germanicum ſcribendi morem ſeculi xv. imitans, prouti bene cel. SCHWARZIUS obſervavit, meque etiam docuit ſpecimen libri, *Memorabilibus Vindobonenſibus* inſertum (*ct*).

2. *Tractatus de Anti-Chriſto*, foliis 34. quorum quodlibet duas figuras ſub ſe collocatas habet, praemiſſa brevi explicatione Germanica. Cuius opuſculi ectypon ex bibliotheca Pertuſatiana in iisdem *Memorabilibus* videre eſt (*cu*).

Omnia vero haec opera per totum caput a nobis recenſita ab una folii parte impreſſa ſunt; alia etenim, eaque opiſtographa, utpote recentiora, enumerare et infiniti laboris eſſet, et a noſtro inſtituto alienum (*cx*).

---

(*ct*) Hoc opus ill. SCHÖPFLINUS in *Vindic. Cap. I.* §. 7. male diſtinguit a *quatuor Euangeliis hieroglyphice*, quum unus idemque liber ſit. Deſcribitur vero ex Krafftiano exemplo a cl. SCHELHORNIO *Tom. I. Amoenit. literar. p.* 4. *et* 12. ex Pertuſatiano ab auctore *Memorab. Vienn. p.* 110. *ſeq.* ex Schwarziano a cl. poſſeſſore in *Ind. nov. p.* 9. ex Lipſienſi a LEICHIO in *ſupplem. Maittair. p.* 114. *ſeq.* denique a DAV. CLEMENTE *Bibl. curieus. Tom. II. p.* 140. *ſeq.* Exſtat quoque in bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi.

(*cu*) *d. l. Fig. XI. ad p.* 112. *ſeq.* An hic liber Latino ſermone etiam prodierit, dicere haud poſſum.

(*cx*) Indicaſſe hic ſuffecerit *Libellum chiromanticum* a JO. HARTLIEBIO Germanice verſum, cuius tum textus tum figurae tabellis ligneis ſed ab utraque parte impreſſa ſunt. Is, quod a. 1448. praeferat, decepit JAN. GREG. BETULIUM i. e. BURCKHARDUM, in *epiſt. ad amicum contra auctorem relationis de itinere ſuo Anglicano et Batavo p.* 70. quaſi hoc anno lucem adſpexiſſet, quum certiſſime denotet tempus interpretationis Germanicae, ut bene vidit SCHELHORNIUS in *Diſſ. de Bibl. edit. p.* 15. ubi plures libri editiones refert. Addo *varias fabulas et ſimilitudines*, rhythmo Germanico expreſſas, adiectis figuris, foliis 88. qui liber, in biblioth. auguſta Guelpherbytana deliteſcens, a. 1461. compoſitus (non vero iam tum impreſſus) fuit Bambergae, uti ad me ſcripſit, qui pleniorem eius deſcriptionem humaniſſime mecum communicavit, cl. HUGO.

§. XIII.

## §. XIII.

Animadverſione porro dignum eſt, haud deeſſe libellos absque ullis figuris, ſed hoſce parvae molis uſusque olim quotidiani, fixo charactere apud Germanos Belgasque excuſos. *Catholicon*, *Donatum*, et *Confeſſionalia* hoc habitu poſt reiectos ligneos typos mobiles Moguntiae prodiiſſe ſuo loco a nobis obſervatum eſt (*cy*). Sed in hanc claſſem referenda etiam ſunt alia huius generis opuscula paulo recentiora. Ex illis in notitiam meam pervenerunt:

1. *Horae matutinae*, ſeu *Horologium B. Virginis Mariae*, in pergameno forma oblonga impreſſum literis buxo inſculptis atque inter ſe colligatis et connexis, quem librum poſſederat *Veronica Ludronia*, avia JOSEPHI SCALIGERI, et in quo manum hominis Germani ipſe agnovit vir maximus, immerito autem, ſi quid video, pro antiquiſſimo omnium ſpecimine habuit (*cz*).

2. *Calendarium* JO. DE MONTE REGIO, ab auctore a. 1473. vel ſeq. ſcriptum, et circa hoc ipſum tempus Germanice tabulis ligneis chartae craſſiori ab utraque parte impreſſum, cuius exemplar exſtitit in bibliotheca GODEFRIDI THOMASII, quum plures alioquin huius libri editiones dentur ſuſilibus typis deſcriptae (*da*).

3. *Grammatica*, ſub *Donati* nomine vulgata, et 28. paginis totidemque in quavis pagina lineis, in pergameno excuſa absque anni, loci, vel impreſſoris indicio, forma quarta, cuius exemplum ſupereſt in bibliotheca publica Daventrienſi. Character Gothicus eſt et fixus, prout ex iunctura tum integrarum vocum tum literarum quandoque praecedentis et inſequentis lineae apparet, et tamen impreſſus, ut praeter alia indicia preli veſtigium ma-

(*cy*) Vid. ſupr. *Cap. VII.* §. 2. not. *c*.

(*cz*) Vid. *Lib. III. Epiſt.* 273. et *Confut. fabulae Burdonum p.* 261.

(*da*) Vid. cl. SCHWARZII *primar. docum. Diſſ. III. p.* 66.

manifeſtum *fol.* 23. extra controverſiam ponit. Ceterum hic liber in Belgio prodiit ſeculo xv. vergente vel initio ſequentis, quum non ſolum in eadem ligatura adhaereat *Gemmulae vocabulorum* impreſſae Daventriae per Jacobum de Breda 1493. aliisque opuſculis Grammaticis eadem fere aetate exaratis, ſed character etiam ſimillimus ſit illi ſcripturae, quam in *libro precum*, Latino-Belgico tempore Julii II. Pont. Max. exarato, bibliothecae noſtrae, obſervavi (*db*).

In muſeo porro Uffenbachiano Francofurti ad Moenum tabula exſtitit lignea formae quartae, quae verſus 20. ad 24. Cap. I. *Geneſeos* ſermone Germanico inſculptos habebat, atque ita partem fecit non integri codicis ſacri, quem totum hac ratione editum fingere ridiculum eſt, ſed hiſtoriae creationis in uſum puerorum ſeparatim impreſſae. Hanc vero tabulam licet ill. poſſeſſor, ſuarum rerum amantiſſimus, pro inſigni primae artis typographicae inventionis monumento habuerit, tamen ex illius exemplo, quod beneficio ill. SCHÖPFLINI nactus ſum, patuit huius characteres, ſcripturam properante calamo factam imitantes, recentiorem aetatem redolere, quod poſtea mihi confirmavit vir eximius, harumque rerum pergnarus, HENR. CHR. Baro a SENCKENBERG (*dc*).

Videre tandem in Belgio noſtro licuit alterius tabulae ligneae, hodie adhuc ſuperſtitis, typum formae 16. *Canticum Simeonis* continentem, quod partem fecit libelli cuiusdam liturgici. In eo obſervavi, commatis ſignum obliqua lineola, quod ſerius apud Bel-

(*db*) In hoc enim mſ. mentio fit indulgentiarum per varios Pontifices, eosque inter poſtremo loco nominatur Julius II. quem conſtat ſedem adſcendiſſe a. 1503. Ceterum comparavi exactiſſime literas, praecipue capitales, cum characteribus *Donati*, tantamque obſervavi proximitatem, ut ovum ovo haud poſſit eſſe ſimilius.

(*dc*) Ita enim in literis ad me d. 19. Nov. 1760. datis vir illuſtris: *Quod ad ſpecimen tuum Uffenbachianum attinet, illud omnino eſt minimum ſaeculi* XVI. *ineuntis; quin non facile iuventam illius effugiet, cum et character illius aevi eſſe videatur, et verſio plane Lutheranam fere referre.*

Belgas invaluit (*dd*), deſignari, et characteres valde affines illis eſſe, queis ſeculo XVI. ineunte uſus eſt Wilh. Vorſtermannus, Antverpiae typographus (*de*). Huius vero generis libellos profectos arbitror ab uno alterove meticuloſo impreſſore, qui tabellas ligneas pluribus editionibus ſuſtinendis bene vidit accommodatas, et neque periclitari auſus eſt vaſtum exemplorum numerum ſimul prelo ſubiicere, neque per iteratas editiones charactere mobili exponere ſeſe nimiis ſumtibus voluit.

## §. XIV.

Quo tempore ab aliis porro nationibus impreſſio tabellaris adhibita fuerit, vellem MAITTAIRIUS, aliive, qui de typographicis antiquitatibus egere, diſtincte retuliſſent. Opera quidem merae orationis extra Germaniam ſuperiorem inferioremque charactere fixo olim excuſa vidi nulla: at impreſſiones figurarum alibi ſtatim cum impreſſione mobili coepiſſe, ſatis videtur probabile. Quum itaque ex ſuperiore Germania ars typographica primum delata fuerit ad Italos, hi quoque in excudendis iconibus praeiviſſe reliquis nationibus exteris videntur. Primus certe liber figuris ligneis extra Germaniam Belgiumque excuſus, omnibusque hactenus bibliographis incognitus, Romae prodiit a. 1467. typis Udalrici Hahn, vulgo Galli dicti (*df*), atque hunc gerit titulum: *Me-*

(*dd*) Prima vice hoc commatis genus adhibitum reperi in BOËTIO *de Conſolatione Philoſophiae*, Belgice edito Gandavi per Arentium de Keyſere, 1485. in fol.

(*de*) Ipſam tabellam originalem, ſeculo abhinc ab Adriano Roman Harlemenſi typographo poſſeſſam, hodie aſſervat Jacobus Maas, ejuſdem urbis civis, qui ſibi perſuadet, imo per traditionem accepit, eam ex ipſa typographia Laurentiana deſcendiſſe; quod quantopere a vero ſit remotum, e praecedentibus liquet.

(*df*) Nullum huc usque opus ab Udalr. Gallo impreſſum innotuerat, ante d. 5. Decemb. 1468. quo CICERONIS libri *de Oratore* ex eius prelo exierunt. vid. MATTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 280. *edit. ſecundae.* Nunc vero, quum conſtet, etiam a. 1467. Romae librum vulgaſſe Conr. Sweynheym et Arn. Pannartz, ſcil. *Ciceronis*

*Meditationes Reverendiſſimi Patris Dñi Johannis de Turrecremata, ſacroſc̄e Romane eccleſie Cardinalis, poſite et depicte de ipſius mādato in Eccl̄ie ambitu ſc̄e Marie de Minerva Rome.* Appoſita vero ad calcem operis ſequens ſubſcriptio eſt: *Finite ſunt contemplationes ſupradicte et continuate Rome ꝑ Ulricum Han. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo die ultima menſis Decembris.* in fol. qui liber longe rariſſimus, ab ipſo typographo typis ſexennio poſt repetitus (*dg*), maiusculis literis impreſſus, et figuris etiam depictis, exſtat in bibliotheca publica Norimbergenſi, prout me docuit indiculus veterum librorum illic conſpiciendorum, a nob. Barone CHRISTOPH. CAROLO KRESS A KRESSENSTEIN, eius urbis Senatore, ad me miſſus.

Huic libro comitem dare alterum liceat, nec minus memorabilem; ſcil. ROBERTI VALTURII *opus de re militari*, quod a. 1472. Joannes Cyrugia, impreſſor, Veronae edidit, adiectis pluribus figuris ligneis (*dh*). Earum ſculpturam Mattheo de Paſtis, Valturii contubernali, qui celebris ea aetate pictor erat, et archetypos numismatum aliquot ſculpſerat, tribuendam vir cl. SCIPIO MAFFEI coniecit (*di*). Mitto plura opera poſthac apud Italos ligneis iconibus, hisque eximiis, ornata (*dk*).

§. XV.

*nis Epiſtolas ad familiares*, quaeſtio moveri poterit, utrius officina praeceſſerit, quam alia forte examinabo occaſione.

(*dg*) Abſoluta enim poſterior haec editio, pariter figuris, et ſine dubio ipſiſſimis, inſtructa, fuit d. 17. Octob. 1473. cuius poſt PEREGR. ANT. ORLANDUM meminit MAITTAIRE *Tom. I. Annal. typogr. p.* 332. *edit. ſecundae.* Vir rever. C. MAIOR, Canonicus S. Romualdi in urbe Mechlinia, huius editionis poſſeſſor, ad me ſcripſit, icones generis *levioris* eſſe, quas artifices Galli *grotesques* vocant, et, ſi aetatem, qua prodierunt, ſpectes, elegantiſſimas. Inter utramque hanc editionem Romanam collocanda eſt alia, quae lucem vidit d. 24. Decemb. 1472. non addito loci vel typographi indicio, cuius meminerunt *Relationes Gottingenſes Germanicae* d. 10. Martii 1760. *p.* 265. *ſeq.*

(*dh*) Vid. cl. SCHWARZII *Miſcell. polit. humanitatis Cap. II.* §. 21. JO. CHR. GÖTZE *Merkwurdigk. der Königl. Biblioth. zu Dresden Vol. I. p.* 44.

(*di*) *Verona illuſtr. Part. III. col.* 195. *ſeq.* add. *Part. II. col.* 68. *et* 76.

(*dk*) Praeſtantiſſimis figuris ligneis accenſeri illae debent, quae inſertae ſunt operi

## §. XV.

Interea figurarum impreſſio introduci iam coeperat ope tabularum e metallo. Inventum hoc conſiderandum eſt ut omnino novum, ſive ad ſculpturam reſpicias, quae non inverſa modo ratione, ſed introrſus iam quoque ac perquam ſubtiliter fieri debuit (*dl*), ſive ad ipſam impreſſionem, quae longe tenuius atramenti genus, aliud etiam prelum, quam vel typi vel ligneae tabulae, deſiderabat (*dm*). Factum hinc, ut ipſo ſeculo XV. aequiparatum illud typographiae reperto fuerit (*dn*). Cuinam ergo talis tantaque laus debeatur, inquirere operae eſt pretium? Si GEORGIO VASARO, qui medio floruit ſeculo XVI. et a ceteris deinde hiſtoriae pictorum auctoribus exſcriptus eſt, fides, Maſo, ſeu Thomas, Finiguerra, aurifaber Florentinus, primus circa a. 1460. artem invenit figuras argento inciſas in chartam transferendi, idque tanto cum artificio, ut calamo delineatae viderentur (*do*). At aegre hac in parte aſſenſum praebeo auctori, quem in

ri Poëtico LUDOV. DULCIS, edito Venetiis typis Gabrielis Gioliti de Ferrariis 1553. in 4. ſub tit. *Le trasformationi di M. Lodovico Dolce*; quaeque in meo exemplo curioſorum admirationem eo magis excitant, quod membranae nitidiſſimae illud appreſſum ſit.

(*dl*) Antiquiſſimas ſculpturas ex aere aliove metallo impreſſioni deſtinatas minus profundas hodiernis fuiſſe, obſervavit CHRISTIUS *Diction. des Monogrammes p.* 299. *ſeq.* ubi etiam varia inſtrumenta ferrea, ad hanc ſculpturam quondam adhibita, exhibet.

(*dm*) De hac re iam diximus *Cap. I.* not. *ac.* et *ad.*

(*dn*) Auctor praefationis tabularum aenearum *Coſmographiae* PTOLEMAEI, edit. Bononiae per Domin. de Lapis 1462. (ita vitioſe illic annus expreſſus eſt, cuius loco reponendum arbitror 1482.) ſcribit: *Mirifica imprimendi tabulas ratio, cuius inventoris laus nihil illorum laude inferior, qui primi literarum imprimendarum artem pepererunt, in admirationem ſui ſtudioſiſſimum quemque facillime convertere poteſt.*

(*do*) *Vite di pittori Part. III. vol.* 1. *p.* 299. Aſt DOMIN. MAR. MANNI in *Comm. de Florentinis inventis*, edit. Ferrariae 1731. *Cap.* 40. corrigens PEREGR. ANT. ORLANDUM (qui ſua e VASARO deſcripſerat) affirmat, Finiguerram jam prope annum 1400. id opus eſſe auſpicatum; ſed hoc quidem abſque ulla auctoritate. Quod fortius

in rebus a ſua aetate remotis ſaepiſſime lapſum deprehendi; maximê quum laminae quidem argenteae dextrorſus ſculptae huius artificis notae ſint, ut et delineationes calamo factae (*dp*), impreſſae autem viſae nemini (*dq*). Quum vero Teutonum in aere tractando induſtria ab ipſis ſec. XV. et XVI. ſcriptoribus maxime celebretur (*dr*), imo antiquiſſimae in hoc genere impreſſiones ſculptoris monogramma atque anni indicium exhibeant literis cifrisque Gothicis, quae huic nationi, non trans-Alpinae, familiares erant, ultro JOACH. SANDRARTII ac J. F. CHRISTII opinioni

---

tius eſt, SAM. PALMER *Hiſtory of printing p.* 391. e muſeo Pembrokiano memorat iconem a. 1412. impreſſam mixto metallo, quo aurifices utuntur ad prima ſua ſpecimina ſculpenda; quumque in ea invenerit ſignaturam A. M. auctorem illius ſtatuit Andream de Murano. Inſigne rurſus impoſturae Palmerii teſtimonium, qui pro 1512. illic ſubſtituit 1412. quandoquidem literae hae occurrunt in figuris circa a. 1505. Amſtelodami impreſſis apud Dodonem Petri, teſte CHRISTIO *dict. lib. p.* 33. Et de Andreae Murani, ſi unquam exſtitit, aetate nihil conſtare arbitror, certe tacuerunt GEORG. VASARI, PHIL. BALDINUCCI, et PEREGR. ANT. ORLANDI. Opportune etiam his diebus incidi in AENEAE SYLVII epiſtolam ad Gregorium Heimburgenſem, datam ex nova civitate Auſtriae, (Vienna) prid. Kal. Februarii 1449. in qua ipſe, Epiſcopus tunc Tergeſtinus, moxque Pontifex Romanus, multis extollit ſcientias artesque in Italia tunc florentes, ſpeciatim picturam, ſculpturamque; non omiſſurus hercle excudendi tabulas rationem, niſi tunc temporis illa aeque incognita apud Italos fuiſſet, ac librorum impreſſio.

(*dp*) Utrarumque alio loco meminit VASARI, ſcil. *Part. II. p.* 371. Et ſeculo adhuc praecedente delineationes Finiguerrae in muſeo Cardinalis Leopoldi de Hetruria vidit PHILIPPUS BALDINUCCI. vid. *Notizie di Profeſſori del diſegno da Cimabue, Secul. III. et IV. Part. I. p.* 107. edit. Florent. 1728.

(*dq*) Nulla enim earum apud hiſtoriae pictorum ſcriptores, quos magna copia conſului, mentio: nulla in monogrammatum indicibus, quales compoſuere FLOR. LE COMTE, ORLANDI, et CHRISTIUS. Unus PALMERIUS *Hiſt. of printing p.* 393. e Pembrokiae Comitis muſeo indicat impreſſam Finiguerrae delineationem. Sed hoc quoque commentis accenſeo, maxime, quum nec deſcribat illam, nec declaret, unde ipſi de auctore conſtiterit. Suspicor itaque, Palmerium incidiſſe in figuram quandam, cui additum erat monogramma literas M. F. A. ſeſe inter connexas habens, qualia occurrunt duo diverſa apud Chriſtium *dict. lib. p.* 212. *ſeq.* unde Palmerius finxit *Maſo Finiguerra aurifex*; quum tamen unum eorum ſignificet *Andreas Mantegna fecit*, alterum *Marcus Antonius fecit.*

(*dr*) Vid. *Append.* noſtr. *N.* 45, 69. et 71.

nioni accedo, qui tabularum e metallo ſculpturam impreſſioni comitem (aeris vero, argenti, ſimilisve materiei diſcrimen hac in parte nullum) ingenio Germanorum acceptam ferendam contenderunt (*ds*). Et quidni liberalis hic eſſem, eidemque gloriae diviſioni, quam Batavos inter et ſuperioris Germaniae incolas admiſi circa typos ligneos metallicosque, locum etiam quoad ſculptas ex utroque genere tabulas prelo accommodatas concederem? Suſpicio ſane mihi naſcitur, ipſi, a quo characteres praeſtantiſſimi fuſiles excogitati ſunt, Petro Schoeffero repertum tabulis aeneis incidendi atque imprimendi deberi, utpote quem in ſculpendi arte excelluiſſe et ſtylo eminuiſſe omnigeno Poëtaſter Moguntinus a. 1468. teſtatus eſt (*dt*). Quum tamen figurae aeneae illius nomine vel ſcuto inſignitae hucusque curioſis ſeſe ſubduxerint, credere licet, virum ſagaciſſimum, in libris excudendis ac divulgandis perpetuo occupatum (*du*), rariſſime in laborioſo hoc opere manu propria fuiſſe uſum, plerumque vero diſcipulorum, queis contentus fuit monſtraſſe viam.

## §. XVI.

Officina Fauſto-Schoefferiana tempore captae Moguntiae a. 1462.

(*ds*) Vid. ille in *Academia artis pictoriae p.* 206. *ſeq.* hic *Diction. des Monogr. p.* 33. *et* 67. Promiſit vero CHRISTIUS *d. l.* ſe alia occaſione hac de re ex profeſſo acturum; aſt fidem, quantum mihi conſtat, hucusque non liberavit.

(*dt*) Ita enim de Schoeffero loquitur in carmine ad calcem *Inſtit.* JUSTINIANI.

*Quippe quibus* (Gensfleiſchiis) *praeſtat ſculpendi lege, ſagitus*
*A ſolo dante lumen et ingenium:*
*Natio quaeque ſuum poterit reperire caragma*
*Secum. Nempe ſtilo praeminet omnigeno.*

Non diffiteor tamen, ambiguum eſſe ultimi diſtichi ſenſum: aut enim ſignificare poëta voluit, Schoefferum quovis ſtyli genere ad ſculpendas tabulas uti, prouti character vel genius cuiuscunque regionis exigeret, vel etiam, illum typos formare poſſe cujuslibet nationis ſcripturam imitantes.

(*du*) Quadraginta et octo libros, omnes fere grandiori forma, in officina Fauſto-Schoefferiana usque ad a. 1492. excuſos enumeravit cl. SCHWARZIUS in *primar. docum. de orig. typ. Part. II. p.* 4. ſeq. queis etiam nos addere nonnullos poſſemus.

1462. diſperſa, fieri haud aliter potuit, quin uti typographiae exercitio addicti operarii, ita et illi, quibus ſculpendi atque imprimendi tabulas aeneas mandatum erat negotium, (ni vana omnino coniectura noſtra) ſeſe tranſtulerint ad alia loca, moxque exercuerint in proprium rei familiaris incrementum. Id ſaltem ex obſervatione CHRISTII certum, ab anno 1465. varias in Germania et diverſorum artificum prodiiſſe figuras metallicas, appoſito tum temporis indicio, tum monogrammate, quanquam dolendum ſit multum, eos nomina ſua invidiſſe poſteritati (*dx*). Ab interitu tamen ſeſe vindicarunt, qui circa idem fere tempus

---

(*dx*) Figura aenea anni 1465. cum literis C. E. occurrit apud CHRISTIUM *p.* 67. Aliae anni 1466. et 1467. cum ſola litera E. ibid. *p.* 97. et 301. Iterum alia anni 1467. cum literis E. S. ibid. *p.* 100. Porro anni 1479. cum monogrammate B. S. auctore, ut creditur, Bartholomaeo Schön, ibid. *p.* 58. Item alia, incerti artificis, inſerta *Miſſali ſecundum uſum Eccleſiae Herbipolenſis* a. 1481. in fol. edito. Vid. Anonymus Britannus in *Tranſact. Philoſ. N.* 288. *Tom. II. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 993. *ſeq.* ut mittam recentiores. Idem vero Chriſtius *p.* 33. ex conjectura ſcribit, ſtatim poſt a. 1450. jam prodiiſſe figuras aeneas, quandoquidem Martinus Schön Colmariae floruerit intra annos 1460. et 1470. ejusque proinde magiſter Luprechtus Rüſt iam circa a. 1450. inclareſcere debuerit. Aſt, quum nullam omnino figuram Rüſtii, nec ullam, anno inſignitam, Schönii reperire Chriſtius potuerit, (vid. *p.* 208. et 229.) quis non videt, debili haec fundamento niti; maxime, quum omne impreſſionis arcanum usque ad a. 1455. domus Fauſto-Schoefferianae parietibus incluſum fuerit? Nollem proinde, FOURNIERIO *Diſſ. I. p.* 55. excidiſſet, Auguſtinum Hirſchvogel Norimbergae iam a. 1445. figuram excudiſſe; maxime, quum apud Chriſtium *p.* 30. (unde id depromtum) in epocha manifeſtus ſit error, et legendum 1545. quo tempore floruit hic artifex, ut ex eodem Chriſtio *p.* 130. et 305. diſcere Fournierius potuerat. Erraſſe etiam videtur JOACH. SANDRARTIUS in *Acad. art. pictor. p.* 208. dum iconem ex aere memoravit, cum literis H. S. ſibi invicem nexis, anni 1455. Nam annus in ea ſine dubio cifris Gothicis expreſſus eſt: certum vero, notam ſeptenariam ſeculo XV. ita quandoque figuratam fuiſſe, ut cum pentade confundi poſſit. Exemplum iam citavi ſupra not. *af.* et aliud dudum protulit JO. FRID. WEIDLERUS in *Diſſ. de Characteribus numerorum vulgaribus et eorum aetatibus*, edita Witenbergae 1727. §. 9. *in fin.* allegans *Vitam Chriſti per* LUDOLPHUM CARTHUSIANUM, Argentinae (imo Coloniae) excuſam, in cuius ſubſcriptione multi annum 1454. ſeſe deprehendiſſe exiſtimarunt, quum tamen legendum ſit 1474. iung. MAITTAIRE *Tom. I. Annal. typ. p.* 339. edit. 2. Unde nullum mihi dubium, quin figura a Sandrartio laudata anno 1477. (non 1455.) excuſa fuerit.

pus vel paulo poſt floruere, Martinus Schön, Calembaco-Suevus, Colmariae (*dy*); Iſraël a Meckenem, Eifflia-Colonienſis, Bucholti Weſtphalorum (*dz*); et Michaël Wolgemuth, Alb. Dureri praeceptor, Norimbergae (*ea*); qui num ex eadem officina

(*dy*) Artifex hic, qui aeque ligno ac aeri figuras inſculpſit, apud Italos *Bon Martino*, apud CAROLUM VAN MANDER, *in 't Leven der vermaerde Schilders*, *fol.* 131. *Hupſe Marten* audit. GEORGIUS VASARI *Vite di pittori Part. III. vol.* 1. *p.* 300. eum aſſignat Antverpiae, et Alb. Dureri magiſtrum ſtatuit. De loco quidem domicilii pridem obſervatum, jamque certum, hanc non Antverpiam fuiſſe, ſed Colmariam. vid. SANDRARTIUS *dict. lib. p.* 208. CHRISTIUS *Avantpropos au Diction. des Monogr. p.* 24. Sed et inſtructio illa Alb. Dureri, quam ex uno Vaſaro omnes deinde mutuarunt, non ſat liquida mihi videtur, quum ipſe Durerus in propria vitae deſcriptione, a Sandrartio edita *ibid. p.* 216., nullam Schönii, verum unice Mich. Wolgemuthi praeceptoris ſui, cui a. 1486. in diſciplinam traditus ſit, mentionem faciat Sandrartius quidem *p.* 210. et 217. narrat, Durerum a patre ſuo miſſum fuiſſe Colmariam ad Mart. Schönium familiariter ipſi notum, hoc autem interea mortuo, a. 1486. Wolgemutho uſum fuiſſe praeceptore: quod tamen num mera conjectura, an vero bonae notae documento nitatur, vellem addidiſſet hic auctor. Ceterum Schönius noſter fratres duos habuit, aurifices praeſtantiſſimos, Paulum atque Georgium, ut e BEATO RHENANO *Rer. German. p.* 284. obſervavit ill. SCHÖPFLINUS in *Vindic. typogr. Cap. I.* §. 6. *in not.* aliusque etiam vulgo ipſi tribuitur frater, vel certe agnatus, Bartholomaeus Schön, cuius not. *dx*. iam facta a nobis mentio.

(*dz*) Multum huius Iſraëlis cognomen, ſive a gente ſive a loco natali adſcitum, auctores torſit, ut videre eſt in PEREGR. ANT. ORLANDI *Abcedario pittorico*, *Lit. I. in fin.* qui ipſe ex uno Iſraële fabricavit duos. Profecto de nomine eius gentilitio fruſtra ſumus ſolliciti, quia hoc proditum nullibi. At circa patriam ipſius non multum laborandum mihi videtur, tametſi extricare hic ſeſe non potuerint ſcriptores in hac materia optimi, ſcil. SANDRARTIUS *p.* 207. ac CHRISTIUS *p.* 97. *et* 184. *ſeq.* quorum ille Mechlinia, hic Bucholto eius originem arceſſit: neuter meliori iure, quam qui Moguntiae natum Iſraëlem crediderunt. Revera hic artifex ſeſe nuncupavit *Iſraëlem von Meckenem.* Id enim propria ipſius effigies, in Pembrokiano muſeo reperiunda, indicat, docente PALMERIO *Hiſt. of print. p.* 390. quem hac in parte veritati non pepercisse omnes declarant circumſtantiae: nam et MATTH. QUADUS in *Itinerario Germaniae* edit. 1600. eum ex Eifflia ortum fuiſſe tradit, et levi modo errore *Iſraëlem a Meckenich* vocat. Iam vero, ſi mappas Germaniae geographicas conſulamus, offendemus in ducatu Juliacenſi urbem *Munſter-Eiffel*, eique proximum oppidulum *Meckenem* ſeu potius *Meckenheim*, in Electoratu Colonienſi ſitum Sculptor itaque noſter ſeſe *von Meckenem* ſcripſit a loco natali. At ſic quoque verum eſt, eum exercuiſſe artem Bucholti in episcopatu Monaſterienſi, quod teſtantur variae eius figurae, Sandrartio, et Chriſtio *d. l.* itemque Palmerio *p.* 393. memoratae.

(*ea*) Vid. SANDRARTIUS *dict. lib. p.* 206. Natus fuit Wolgemuthus a. 1435. quando-

cina primigenia deſcenderint, non conſtat. Wolgemutho, ut et hoc addam, acceptum ferendum ſuſpicor inventum tabulas aeneas rodendi aqua forti, utpote quo laudatus Durerus, pluresque tum Norimbergae tum alibi in Franconia ſculptores, circa a. 1512. (quando ſuperſtes adhuc Wolgemuthus erat) frequenter iam uſi ſunt. Certe multum falluntur, qui hoc artificium recentius ſtatuunt, idque vel Franciſco Mazzuolo, Parmenſi, vel Lucae a Deutecom, e Zutphaniae comitatu, deberi contendunt (*eb*).

## §. XVII.

Ceterum ex laudata ſchola Fauſto-Schoefferiana prodiiſſe omnino videtur Conradus Schweynheym, a villa cognomine Moguntinenſis territorii ſic nuncupatus (*ec*). Hic certe primus cum ſocio Arnoldo Pannartz non typographiam modo ad Italos advexit circa a. 1465. ſed et artem tabulis ex aere ſculptis excudendi. Quod ne gratis allegaſſe videar, teſtes advoco duos ſcriptores coaevos, DOMIT. CALDERINUM in ſupreſſa (*ed*) et anonymum

doquidem a. 1519. aetatis 84. deceſſit, ut conſtat ex eius imagine quadam per Alb. Durerum picta. vid. CHRISTIUS *p.* 285. *ſeq.*

(*eb*) Vid. SANDRART *p.* 207. CHRISTIUS *p.* 123. 167.

(*ec*) Id iam obſervatum cl. SCHWARZIO in *primar. docum. Part. III. p.* 7. ubi acute coniecit, Conradum hunc in officina typographica primorum typographiae magiſtrorum, qui fuere Moguntiae, artem hanc didiciſſe, et inde detuliſſe in Italiam. Erravit autem v. cl. dum ipſum inter inventores figurarum aeneis tabulis exprimendarum refert.

(*ed*) Locum huc maxime facientem ex ſuo codice ms. protulit v. cl. SCIPIO MAFFEI *Veron. illuſtr. Part. II. col.* 118. *ſeq.* quem hic etiam apponemus. Praefationis ipſius titulus eſt: DOM. CALDERINI, *Ver. Secretarii Apoſtolici, in emendationem tabularum* PTOLOMAEI *ad Xiſtum IIII. Pont. Max.* Deinde poſtquam de coſmographiae praeſtantia, ipſiusque operis meritis locutus eſſet, addit: *Hoc opus, tam varium, tam ſubtile, tam divinum, iam pridem in codicibus Latinis admodum depravatum, quum, ut emendarem, Conradus Germanus, a quo, ut ſcis, Romae formandorum librorum induſtria primum profecta eſt, olim diligentiſſime peteret, feci id quidem, non tamen tam libenter quam laborioſe. Nam multa ex Mathematicis diſciplinis ſumenda fuerunt, ut viginti ſex tabulae aeneae (totidem ſunt a Ptolomaeo in univerſum orbem diſtributae) diligenter exculperentur, ex quibus veluti exemplis reliqui ducerentur libri. Numeri, quibus*

mum in edita praefatione (*ee*) *Coſmographiae* PTOLOMAEI, vulgatae in urbe Roma typis Arnoldi Buckinck, Germani, a. 1478. in fol. (*ef*). Hi quippe ambo narrarunt Sixto IV. Pontifici, Sweyn-

---

*quibus longitudo latitudoque deſignatur, librariorum culpa vel inverſi vel confuſi, in ſua quisque ſpatia explicati a nobis et collocati ſunt. Graecorum codices una contuli, et ex iis vetuſtiſſimum quemdam, a* GEMISTO *Spartano philoſopho mathematicoque nobiliſſimo olim emendatum, ad cuius praeſcriptum et exemplum hunc noſtrum multis in locis tota plerumque pagina correxi: locorum nomina ferme omnia depravata ad certam redegi lineam, ac ſcriptionem. Quae minus eleganter in Latinum converſa fuerant, non attigi, tametſi offendebant; quae autem perverſa videbantur, in quo genere multa reperi, ad rerum ſenſum traducere conatus ſum.* Additur deinde nota marginalis, eodem ſcripta tempore: *Denique acerrimi ingenii vir triennium in hac una opera poſuit, magno ſumptu, maiore cura, maxima vero, ut equidem ſpero, laude et gloria immortali.* Quum autem Calderinus ſupremum diem obierit Romae a. 1477. factum eſt, ut ipſa haec praefatio (quae forte etiam abſoluta non erat) editioni Ptolomaei, anno ſequente vulgatae, praemiſſa non ſit, ſed alia anonymi, qui tamen, ut illico patebit, Calderini effata in uſus ſuos convertit.

(*ee*) In ea ſic Pontificem (Sixtum IV.) inter caetera alloquitur auctor: *Ne librariorum inſcitia Tuae Sanctitatis aures offenderet, Domitius Calderinus, Veronenſis, cui huius emendationis provincia demandata fuerat, eam curam ſuſcepit, aſſerens, cum vetuſtiſſimo Graeco, manu Gemiſti Philoſophi emendato, Latinos codices ſe collaturum; Magiſter vero Conradus Suveynheym, Germanus, a quo formandorum Romae librorum ars primum profecta eſt, occaſione hinc ſumpta, poſteritati conſulens, animum primum ad hanc doctrinam capeſſendam applicuit; ſubinde mathematicis adhibitis viris, quemadmodum tabulis aeneis imprimerentur, edocuit, triennioque in hac cura conſumpto, diem obiit. In cuius vigiliarum laborumque partem non inferiori ingenio ac ſtudio Arnoldus Buckinck e Germania, vir apprime eruditus, ad imperfectum opus ſuccedens, ne Domitii Conradique obitu eorum vigiliae emendationesque ſine teſtimonio perirent, neve virorum eruditorum cenſuram fugerent, immenſae ſubtilitatis machinamenta examuſſim ad unum perfecit.*

(*ef*) Rariſſimae huius editionis, nemini antehac cognitae, exemplar e bibliotheca Schwarziana deſcripſit GEORG. MART. RAIDELIUS in *Comment. de* CLAUDII PTOLOMAEI *Geographia*, edit. Norimb. 1737. *Cap. VI.* §. 5. atque ipſe deinceps memoravit poſſeſſor in *Primar. docum. Diſſ. III. p.* 8. Mihi vero aliud exemplum vir reverendus et literatiſſimus H. GOCKINGA, Eccleſiaſtes in *Outhuiſen-Wilnis*, dioceſis Ultrajectinae, e lectiſſima ſua ſupellectile libraria utendum dedit. Opus ipſum excuſum eſt forma maxima, imo plerisque veteribus editionibus grandiori, idque tabularum cauſa: etſi exempli huius nimium ſciſſi ſint margines. Impreſſio duabus facta columnis. Character ipſe Romanus eſt, diverſae plane ab eo figurae formaeque, quo Arnoldus Pannartz uſus, ſive cum Sweynheimio, ſive ſolus, et mediae fere inter utrumque magnitudinis: unde probare haud poſſum Raidelii conjecturam, qui huius

 libri

Sweynheimium, primum apud Romanos libris editis clarum, docuiſſe hos etiam, quemadmodum tabulis aeneis impreſſio fieret, et poſtquam triennium unice in ſculpendis mappis geographicis tranſegiſſet, operi fuiſſe immortuum; quod tandem Buckinckius ille perfecit. Quum ergo Sweynheimii nomen ad calcem librorum poſt annum 1473. non appareat, verum unice ſocii eius Arnoldi Pannartz (*ef**), inferre licet, Sweynheimium ab a. 1474.

libri impreſſorem Arnoldum Buckinck cum Pannartzio eundem voluit; etſi de iſthoc homine caetera nihil mihi conſtet. Nulli in eo obvii ſunt paginarum numeri, cuſtodes, vel ſignaturae. Ultima vero pagina in priore columna ſubſcriptionem ſiſtit literis majusculis, in altera regiſtrum foliorum. Subſcriptio ipſa eſt ſequens. NUMEROS MATEMATICOS. INEXPLICABILE FERME TERRE ASTRORUMQUE OPUS. CLAUDII PTOLOMAEI ALEXANDRINI PHILOSOPHI GEOGRAPHIAM ARNOLDUS BUCKINCK E GERMANIA ROME TABULIS AENEIS IN PICTURIS FORMATAM IMPRESSIT. SEMPITERNO INGENII ARTIFICIIQUE MONUMENTO. ANNO DOMINICI NATALIS M. CCCC. LXXVIII. VI. IDUS OCTOBRIS. SEDENTE SIXTO IIII. PONT. MAX. ANNO EIUS VIII. Hoc folium excipiunt ipſae mappae geographicae, quae ſeptem et viginti numero; quare additam puto primam omnium, ſcil. mappam mundi, poſt CALDERINI obitum, qui de ſex et viginti tantum locutus erat. Hae autem mappae in medio ſeparatae parvo interſtitio fuere, ad plicaturam illic recipiendam, quandoquidem in ſcapos collectae ſunt. Interſtitium vero illud ipſi laminae inciſum videtur, atque ita impreſſio cuiusvis integri folii, id eſt duarum paginarum, unica modo tabula facta. Unde alia omnino in ipſis laminis aeneis paginarum diſpoſitio fuit, atque in libro compacto apparet: nam e. g. inter tabulas Aſiae *pag.* 1. *Tabulae VII.* et *pag.* 2. *Tab. VIII.* eidem laminae fuere inciſae. Item *pag.* 2. *Tab. VII.* cum *pag.* 1. *Tab. VIII.* &c. Obſervandum porro, nulla omnino in exemplo, quod tractavi, apparere veſtigia extremae tabularum orae, ut fieri hodie ſolet. Unde alterutrum concludo, aut veſtigia illa exſtare non potuiſſe, quod laminae chartam magnitudine ſuperaverint, aut ſi aliter ſeſe res habeat, veſtigia ab impreſſore inſtrumento quodam politorio fuiſſe ſublata. In hanc vero opinionem proclivior ſum, quod univerſa charta ab ea parte, quae impreſſionem tabularum recepit, perquam laevigata appareat, uti etiam de Schwarziano exemplo teſtatus eſt Raidelius. Artifici tamen, cui librum oſtendi, prior opinio magis arridebat, isque laevigationis cauſam unice repetebat ex maiore vi atque impetu, quo facta impreſſio. Id certum, hanc non aliter, quam volubilis preli ope, peragi potuiſſe. Sed et illud ſingulare, quod averſa eaque vacua chartae pars ſemper exhibeat veſtigia lintei, quod proinde inter imprimendum oportet chartae fuiſſe ſuperimpoſitum, quum hodie eum in finem adhibeatur charta pura cum panno; obſervante etiam eodem Raidelio. Sculptura denique ipſa perquam nitida eſt, praeſertim vocabulorum, quae omnia literis maiusculis perelegantibus exhibentur.

(*ef**) Ultimus liber, Sweynheimii nomen gerens, cuius in *Annalibus* MAITTAIRII men-

1474. ad ſculpturam tabularum ſeſe convertiſſe, atque ita circa vel paulo poſt annum 1476. defunctum (*eg*). Illud profecto ex alia eiusdem Calderini praefatione diſcimus, tabulas quasdam operis Ptolomaici iam a. 1475. prelo ſubiectas fuiſſe (*eh*): neque hac epocha facile crediderim, figuras aeneas in Italia formatas cuiquam viſas hucusque antiquiores.

Ab iſthoc tempore nata trans-Alpinis pictoribus idea eſt, hac quoque methodo delineationes ſuas vulgandi, ut fecit Romae celebris ille Andreas Mantegna, Patavinus (*ei*), poſtquam ab Innocentio VIII. Papa illuc vocatus Mantua eſſet (*ek*), quem ea ut arbitror de cauſa primum in Italia figurarum impreſſorem vocavit PAULUS LOMAZZO (*el*), fecere mox Florentiae Antonius Pollaiuolo (*em*) et

mentio, eſt POLYBIUS, abſolutus die ultima Decemb. 1473. vid. *Tom. I. p.* 326. edit. 2. Certe anno 1474. vergente Pannartzium ſolum excudiſſe conſtat. vid. *ibid. p.* 340.

(*eg*) Ita etiam calculum inivit RAIDELIUS *d. l.*

(*eh*) Scribit enim CALDERINUS in dedicatione *Sylvarum* STATII, inſcripta Aug. Maffeo, edit. Romae per Arn. Pannartz Idib. Sextilibus 1475. *Denique nec varietas obſervationum noſtrarum, quas nuper tribus libris collegimus, nec recognitio tabularum* PTOLOMAEI, *quae noſtra iam emendatione imprimuntur, nec opera, quae e Graeco in Latinum interdum vertimus. etc.*

(*ei*) VASARI *Part. II. p.* 391. illum Mantuanum ſtatuit, quod diu in hoc Comitatu ſedem fixiſſet, (ut me Roterodamenſem plures iam Germani tradunt, qui tamen natus ſum Lugduni Batavorum.) Ego Patavinum facio, auctoritate non ſolum ACT. SINC. SANNAZARII, ad quem provocat JAC. CAVACIUS in *Hiſtor. Coenobii D. Juſtinae Patavinae Lib. V. p.* 227. ſed multo magis ſcriptoris coaevi FELICIS FELICIANI, Veronenſis, qui ipſi *Syntagma* ſuum *veterum inſcriptionum* dedicavit cum hoc elogio: MERENTI PICTORUM PRINCIPI AC UNICO LUMINI, INGENII VIRO ANDREAE MANTEGNAE PATAVO, AMICORUM SPLENDORI, FELIX FELICIANUS SALUTEM. Quum vero ſcripta haec dedicatio fuerit menſe Januario 1463. teſte tum LAUR. PIGNORIO in *Symbol. epiſtol. ep.* 3. tum SCIP. MAFFEI *Veron. illuſtr. Part. II. col.* 99. infero, Mantegnae tempus natale remotius eſſe, quam a. 1451. prout Vaſarus ſtatuerat, quum anno jam aetatis duodecimo fingi vix poſſit pictorum fuiſſe princeps.

(*ek*) VASARI *Part. II. p.* 394. *ſeq.* Innocentius vero VIII. Papa ſedem occupavit ab a. 1484. ad 1492.

(*el*) *Trattato dell' arte de la pittura*, edit. Mediol. 1584. *Lib. VI. cap.* 64. et in *Indice p.* 682.

(*em*) Huic auctori, qui natus eſt 1426. deceſſit 1498. praelia quaedam et forte a-

et Baccius Baldini (*en*), ut mittam recentiores. Aſt quum alii hunc in finem ligneas ſemper tabulas praeferrent, factum eſt, ut utraeque diu adhuc poſtea de principatu invicem certarint, donec aeneae tandem, iure an iniuria non diſputo (*eo*), praevaluere. Quin et ipſae tabulae aeneae, uti olim ligneae, ad impreſſionem quoque librorum nonnunquam adaptatae fuere, quemadmodum ſuperiore ſeculo ROUXII *Chronologicas tabulas* et LUDERI *Mathematicum* opus, Gallico ſermone, noſtro aevo ſplendidas HORATII VIRGILIIque editiones (praeter *Horaria* quaedam) hac ratione formatas novimus.

---

alia, aeneis tabulis impreſſa, debentur. vid. PHIL. BALDINUCCI *Cominciamento e progreſſo dell' arte dell' intagliare in rame*, edit. Florent. 1686. in *praefat. p.* 2. add. ejusdem *Notizie di Profeſſori del diſegno, Secul. III. et IV. Part. I. p.* 116. *ſeq.* et VASARI *Part. II. p.* 370. *ſeq.* Si PALMERIO *p.* 390. fides, nomen ſuum integre figuris hac ratione ſubiecit: *Opus Antonii Pollaiololo Florentini*, qua de cauſa nulla eius in Indice monogrammatum CHRISTII mentio.

(*en*) De Baccio Baldino narrat VASARI *Part. III. Vol.* 1. *p.* 300. hunc fuiſſe aurificem Florentiae, quumque in delineandi arte non magnos progreſſus feceſſit, tabulis ex aere impreſſiſſe figuras inventas delineatasque ab Alexandro Botticelli, (qui pictor iuxta eundem Vaſarum *Part. II. p.* 379. deceſſit a. 1515.) tametſi nulla ipſius in Lexico CHRISTII mentio occurrat. Non confundendus vero hic eſt, ut fieri a quibusdam video, cum Baccio Bandinelli, pariter Florentino, qui patre etiam natus aurifice celebris pictor ſculptorque exſtitit, et delineationes ſuas excudi fecit, deceſſitque a. 1555. de quo apud ipſum Vaſarum ceterosque hiſtoriae pictorum ſcriptores multa.

(*eo*) Pro ligneis tabulis pugnat JACKSON *Hiſt. of engraving in chiaro oſcuro p.* 8. pro aeneis FOURNIER *Diſſ. I. p.* 62. *ſeq.* Ego quidem arbitror, quaeſtionem hanc in abſtracto decidi non poſſe, ſed pendere a genere picturae vel delineationis, quod ſibi imitandum ſculptor proponit. Illae enim, in queis ductus imaginum expreſſivos, robur, majeſtatemve admiramur, picturae, ut Julii Romani, Paul. Veronenſis, aliorumve Italiae heroum, multo melius ligneis quam aeneis tabulis exprimi videntur mihi. Contrarium ſtatuere licet, ubi venuſtas, ubi nitor, vel ſcrupuloſa in repraeſentandis obiectis exactitudo emicat; unde fruſtra eſſet, qui Ger. Douwii, Franc. a Mieris ſenioris, equitis Werfii, ſimilesve picturas ligno ſculpendas ſibi proponeret: qua de de re plura dicere huius non eſt loci.

FINIS TOMI PRIORIS.

# ORIGINES
# TYPOGRAPHICAE.

GERARDO MEERMAN

AUCTORE.

TOMUS ALTER.

— — — — *Juvat integros accedere fontes.*

LUCRETIUS Lib. IV. de Rer. Natura v. 2.

PROSTANT
*HAGAE COMITUM,*
APUD NICOLAUM VAN DAALEN.
*PARISIIS,*
APUD GUIL. FRANC. DE BURE, JUNIOREM.
*LONDINI,*
APUD THOMAM WILCOX.
MDCCLXV.

NOBILISSIMIS, MULTUMQUE ILLUSTRIBUS,

TUM REGIAE APUD GALLOS INSCRIPTIONUM

LITERARUMQUE HUMANIORUM ACADEMIAE,

TUM ANTIQUARIORUM APUD BRITANNOS SOCIETATI,

ALTERUM OPERIS SUI VOLUMEN,

SISTENS CUNCTA INSTRUMENTA LITIS

DE TYPOGRAPHIAE TUM INVENTIONE APUD BATAVOS,

TUM TRANSLATIONE IN GERMANIAM SUPERIOREM,

ANGLIAM, ITALIAMQUE, OFFERT,

EARUMQUE JUDICIO, UTI SEMPER AEQUO,

ITA MAGNAE UBIQUE AUCTORITATIS,

OMNEM HANC CONTROVERSIAM SUBMITTIT AUCTOR.

# CONTENTA
## TOMI SECUNDI.


I. *Monitum noviſſimum de tranſlatione typographiæ in Angliam.* Pag. VII.

II. *Mantiſſa Originum typographicarum.*

A. ANDR. COLTEE DUCAREL *Epiſtola ad auctorem de fide excerpti e Ms. Lambethano circa memoratam ad Anglos tranſlationem, per* RICH. ATKYNS *a.* 1664. *editi.* 3.

B. *Auctoris Epiſtola reſponſoria.* 19.

C. *Eiusdem Obſervatio noviſſima de inventis Moguntinenſium in arte chalcographica.* 41.

III. *Probationes ad Origines typographicas.*

A. *Documenta et teſtimonia vetuſta de inventione artis, in tres claſſes diſtributa, notisque inſtructa. Præmiſſus eſt horum elenchus.* 55.

B. *Specimina primarum impreſſionum, decem tabulis aeneis ob oculos poſita. Præfixus quoque elenchus eſt, atque integra de tertio Harlemenſi Donato* Tab. VI*. *Obſervatio.* 217.

IV. *Addenda et Corrigenda in Originibus typographicis, Mantiſſa, ac Probationibus. Inſerta eſt Disquiſitio de tranſlata in Italiam, ſpeciatim Sublacenſe Coenobium atque urbem Romam, arte impreſſoria.* 221.

V. *Indices abſolutiſſimi in utrumque operis volumen, variis quoque novis obſervationibus adaucti.*

A. *Primus, ſiſtens acta inventorum principumque adjutorum artis.* 261.

B. *Secundus, exhibens alios quosdam veteres typographos in opere obvios, eos ſcil. aut quorum nulla vel imperfecta ſaltem mentio occurrit in* Annalibus MICH. MAITTAIRE, *aut de quibus ſingularia quaedam a nobis traduntur.* 273.

C. *Tertius, indicans varios libros ſec. XV. excuſos, inque opere noſtro memoratos, qui vel ignoti* MAITTAIRIO *fuere, vel de quibus nonnulla ſingularia tradidimus.* 283.

D. *Quartus, eos exhibens, quorum teſtimonia probationis cauſa adferuntur.* 295.

E. *Quintus, continens ceteras res memorabiles.* 299.

VI. *Coronis, exhibens anecdota quaedam, nimis ſero transmiſſa, de Laurentio Joh. fil. prototypographo, ut aedituo, eiusque olim miniſtro Cornelio bibliopego; denique monitum de Donato membranaceo bibliothecae Alcmarienſis.* 311.

MONI-

# MONITUM NOVISSIMUM

*De tranſlatione typographiæ in Angliam.*

Opere noſtro pridem abſoluto, moneor ab amico, quod WILHELMUS SHAKESPEAR, celebris poëta ſcenicus, qui natus a. 1564. deceſſit 1616. in altera parte dramatis de Henrico VI. Angliæ Rege *Act. IV. Scen. 6.* loquentem inducat Johannem Cade, rebellem, qui Jacobo de Fienes, Baroni de Say, Angliæ tunc Theſaurario, varia benefacta quaſi crimina exprobrat; allegans, eum erigi juſſiſſe ſcholas triviales, *occaſionem porro dediſſe prelum typographicum in Anglia exercendi*, & contra majeſtatem dignitatemque regiam conſtrui chartæ molendinam voluiſſe. Sed en ipſa auctoris verba: *Thou haſt moſt traiterouſly corrupted the youth of the Realm in erecting a grammar-ſchool; and whereas before, our forefathers had no other books but the ſcore and the tally, thou haſt cauſed printing to be uſed; and contrary to the King, his crown and dignity, thou haſt built a paper-mill.*

Si quæras, e quibus fontibus quoad facta hiſtorica biberit Shakeſpearius, reſpondebit Anonymus in vitis Poetarum Anglorum (*the Poetical Regiſter*) *Vol. II. p.* 231. edit. Lond. 1724. eum conſuluiſſe FABIANUM, POL. VIRGILIUM, HALLIUM, HOLINSHEDIUM, GRAFTONUM, STOWIUM, SPEEDIUM, &c. At vero nullus eorum, uti nec auctorum, quos noſtra ætate THOM. HEARNE vulgavit, typographiam apud Britannos a temporibus Henrici VI. repetiit, quod affirmo partim αὐτόπτης, partim edoctus per amicos Anglos. E contrario Joannes Stow in Annalibus Angliæ editis Londini a. 1560. p. 686. ſeq. qui deinde ab Holinshedio aliisque exſcriptus fuit, hanc tranſlationem ad Britannos adſcribit Guil. Caxtono a. 1471. Verba Stowii ad an. 1459. *The noble ſcience of printing was about this time found in Germany at Magunce by one John Guthembergus a knight. One Conradus an Almaine brought it into Rome: William Caxton of London mercer brought it in to England about the yeare* 1471. *and firſt practiſed the ſame in the Abbie of Saint Peter at Weſtminſter; after which time it was likewiſe practiſed in the Abbies of S. Auguſtine at Canturburie, Saint Albons, and other monaſteries of England.* Neque in archivis Oxonienſibus reperiri quid ea de re hucusque potuit. An ergo dicemus, Shakeſpearium, qui ut ut poeta eximius in factis tamen hiſtoricis ſubinde errores atque anachroniſmos commiſit, lapſum hac quoque in parte fuiſſe, & verba quædam Cadio adverſus Baronem Sayium tribuiſſe, qualia ruſticus ætate Shakeſpearii in viros literatos doctorumque patronos evomere potuerit? Concederem, ni mſ. Lambethani auctor operoſe nobis expoſuiſſet artes, quibus typographia ſub Henrico VI. ad Anglos devoluta fuit. Hujus vero excerpti integritatem multis validiſque ni fallor argumentis adverſus MIDDLETONUM amicumque noſtrum DUCARELLIUM adſtruxi. Quibus addere jam hoc dilemma liceat; quod ſi hiſtoria invecti per laudatum Regem preli pro mero habenda ſit commento, adeoque ex Shakeſpearii primum cerebro profluxerit, alterutrum verum eſſe oporteat; aut quod ATKINSIUS eam ex dramate Shakeſpearii hauſerit, noviſque porro exornaverit phaleris, præſertim circa ſumtus ab Henrico VI. ſubminiſtratos, ea mente, ut Regi Carolo II. ac Proceribus Angliæ perſuadere poſſet, typographiam jus eſſe regale; aut quod ipſe nihil quidquam de Shakeſpearii commento ſubodoratus ſimilem tamen hiſtoriam finxerit. Prius ſtatuere vix licet, quum Shakeſpearius tradiderit, prelum ad Anglos ſub Henrico VI. migraſſe

graſſe opitulante Barone Sayio. Cur vero ab eo receſſiſſet Atkinſius, qui de Sayio piſce mutior gloriam omnem inter ipſum Regem & Archiep. Cantuarienſem Thom. Bourcherium diviſit? Poſterius magis adhuc abſonum; committi enim anachroniſmum poſſe a duobus ſcriptoribus nihil de ſemet invicem conſciis circa factum a celeberrimis Angliæ hiſtoriographis aliter, ut videri poſſet, traditum, omni probabilitate deſtituitur. Moneat ergo fides traditis ab utroque & Shakeſpeario & Atkinſio. Nam ſicut hujus aſſerta atque e libro mſ. Lambethano depromta non corruunt, quia ipſe codex periit, quum certum ſit, ejus copiam authenticam a. 1664. exſtitiſſe penes Equitem Birkenheadium, ita illius teſtimonium rejici non poteſt ob incertam, unde dimanare potuit, originem. Si antiqua ſcripta dudum docuerunt, prelum typographicum ſtatim ad Oxonienſes perveniſſe, (prout a. 1608. BR. TWYNUS ſcripſit) fieri poteſt, ut Shakeſpearius id legerit in uno alterove libro vel manu exarato vel potius ſec. XV. vergente aut XVI. ineunte excuſo; nam ut hoc debuerit traditioni poſt ſeſquiſeculi lapſum, invitis, ut videri poſſet, Regni hiſtoriographis, non eſt credendum. At diſſidium oppones Shakeſpearium inter & Lambethani mſ. auctorem, dum ille introductionem preli in Angliam tribuit Baroni Sayio, adeoque ante a. 1449. quo hic decollatus, (vid. inter ceteros GUIL. DUGDALE *Baronnage of England Tom. II. p.* 245. *ſeq.*) hic vero Bourcherio id omne adſcribens epocham intra annos 1454. & 1459. conſtituere videatur. vid. *Orig. typ. Cap. VI.* §. 5. Sed conciliationi anſam præbere videtur ipſe mſ. Lambethani auctor, dum narrat, jam ante expeditionem juſſu Bourcherii cum ſucceſſu Harlemi inſtitutam alios e regionibus exteris illuc adveniſſe ad corrumpendum quendam prototypographi operarium. Dicamus ergo, Sayium id primum agitaſſe animo, imo nonneminem ad Batavos ea mente miſiſſe, conatu licet irrito; quod poſt aliquot annorum lapſum denuo tentatum conſiliis Bourcherii ceſſerit felicius. Et concludamus tandem, quod ſicut plerique ſcriptores inventa typographica Batavorum charactere ligneo ſuſque deque habuere, & de ſolis Moguntinis ut repertoribus chalcographiæ verba fecere, ita etiam Angliæ Hiſtoriographi miſſa Corſellii, qui ligneis typis Oxoniæ antea uſus fuerat, mentione originem tranſlati ad Anglos preli repetierint demum a Guil. Caxtono, tanquam primo metallicæ & elegantioris typographiæ in magna Britannia fundatore.

❋ ❋ ❋

Ad *Cap. VI. Orig.* noſtr. §. 8. addi velim, typos, quibus heredes Laurentii Jo. fil. excuderunt *Hiſtoriam Alexandri Magni*, & forte tria alia opera dict. *Cap.* §. 7. recenſita, poſthac in manus perveniſſe Nicolai Ketelaer & Gerardi de Leempt, primorum Ultrajecti impreſſorum; utpote qui iiſdem uſi ſunt ad *Secundam partem Hiſtoriæ Scholaſticæ, quæ eſt de novo teſtamento*, editam in Trajecto inferiori 1473. fol. Eodemque charactere etiam alios libros abſque anni, loci, vel impreſſoris indicio vulgatos videre licuit, qui num officinæ Laurentianæ an vero his typographis Ultrajectenſibus debeantur, definiri vix poteſt. Exemplum interea hoc perſimile eſt tribus aliis a me indicatis; videl. typorum Laurentii Harlemenſis a Jo. Gensfleiſchio a. 1442. Jo. Fauſti a. 1457. ab hujus genero adhuc a. 1490. & Jo. Gutenbergii a. 1460. a Nic. Bechtermuntzio a. 1469. adhibitorum: de quibus vid. *Orig. Cap.* I. §. 15. *Cap.* IV. §. 14. & infr. *p.* 96.

# MANTISSA
## ORIGINUM
# TYPOGRAPHICARUM,

QUA CONTINENTUR.

I. ANDREAE COLTÉE DUCAREL

EPISTOLA AD AUCTOREM,

DE FIDE EXCERPTI E MS. LAMBETHANO

PER RICH. ATKYNS A. MDCLXIV. EDITI,

EX ANGLICO SERMONE LATIO REDDITA.

II. AUCTORIS EPISTOLA RESPONSORIA.

III. EIUSDEM OBSERVATIO NOVISSIMA DE INVENTIS

MOGUNTINENSIUM IN ARTE CHALCOGRAPHICA.

*VIRO NOBILISSIMO*

# GERHARDO MEERMANNO

*Civitatis Roterodamenſis Syndico*

*S. P. D.*

## AND. COLTÉE DUCAREL.

Quia contigit, in iucundiſſimis illis ſermonibus de origine et inventoribus typographiae, quibus non ita pridem apud Te fruebar, ut oratio noſtra interdum ad hiſtoriam quandam delaberetur, a RICHARDO ATKYNSIO a. 1664 divulgatam (*a*), hiſtoriae iſti excutiendae horas aliquot perituras impendi; quae mihi ex hoc labore nata ſunt, tuae nunc aequitati permittens.

Summa narrationis haec eſt. (vid. MEERMANNI *Orig. typogr. Cap. VI.* §. 5.)

Anecdotae huius hiſtoriae auctorem citat Atkynſius, apographum manuſcripti in aedibus Lambethanis, ad bibliothecam Archiepiſcopalem, non privatam cuiusquam Archiepiſcopi pertinentis, dono ſibi datum a viro praeſtantiſſimo, penes quem cuſtodia eius olim fuerat; a quo etiam utendam accepit *Expoſicionem Sancti* HIERONYMI *in Symbolum Apoſtolorum*, impreſſam Oxoniae, anno ſcilicet 1468. (*b*)

Commentum hoc, ne ad ſpeciem quidem probabile, refellendum ſuſcepit a. 1735. vir doctiſſimus CONYERS MIDDLETONUS ele-

(*a*) Huius libelli paginis 24. forma quarta vulgati titulus integer eſt ſequens: „ The original and growth of printing. Collected out of hiſtory, and the Records „ of this Kingdome. Wherein is alſo demonſtrated, that printing appertaineth to „ the *prerogative royal*; and is a flower of the *crown* of *England*. By RICHARD „ ATKYNS, Esq. —— Whitehall, April the 25. 1664. *By order and appointment of the* „ *right-honourable Mr. Secretary Morice, let this be printed.* THO. RYCHAUT. —— „ London: printed by John Streater, for the author. MDCLXIV. "

(*b*) Cl. AMESIUS *typogr. antiq. p.* 437. ſpecimen exhibuit typi, quo hic liber excuſus eſt.

eleganti Diatribâ de initiis typographiae Anglicanae, quam luculenter oſtendit, a Gulielmo Caxtono, populari noſtro, in Angliam tranſlatam fuiſſe, et Weſtmonaſterii primum exercitam, non, ut vulgo creditum eſt uno Atkynſio auctore, Oxoniae ab homine peregrino.

Neque obſtitit tamen hoc, quo minus ſcriptor quidam (*c*) profligatam hanc hiſtoriam in ſcenam iterum produxerit, parumque modeſte venditaverit, calculum quoque ei adiecerit alius (*d*), iudicio et modeſtia prae altero commendabilis. Quod quidem me impulit, utpote veritatis ſtudioſum, alia argumenta, et quidem maximam partem Middletono ignota, in medium proferre, eorumque ope oſtendere, Atkynſianam de Documento Lambethano hiſtoriam pro commento habendam eſſe.

Verba Atkynſii, quae mihi hic praecipue excutienda ſunt, ita ſe habent: „ Idemque vir praeſtantiſſimus, qui mihi praedictum „ librum concredidit, (viz. *Expoſicionem Sancti* HIERONYMI etc. „ (*e*).) dono etiam mihi dedit apographum Documenti et mſ. in „ aedibus Lambethanis, cuius olim penes ipſum cuſtodia erat, „ ad Archiepiſcopatum Cantuariae, non privatam cuiusquam „ Archiepiſcopi bibliothecam pertinentis; cuius hoc ſummarium „ eſt; etſi ſpero fore, ut Documenti ipſius impreſſione omnium „ deſiderio aliquando ſatisfiat ". etc.

Iam ſi Atkynſius virum hunc praeſtantiſſimum nominatim defi-

(*c*) JO. CHRIST. SEIZ in *anno tertio ſeculari inventae artis typographicae*, Harlemi 1742. in 8°.

(*d*) PROSP. MARCHAND *Hiſt. et les premiers progres de l'imprimerie*, a la Haye 1740.

(*e*) Obſervaſſe iuvabit, typographi nomen huic libro non additum. Honorem tamen impreſſionis recentiores contulerunt in Fred. Corſellium, etſi, quantum obſervavi, nullum librum aut hic aut alibi impreſſerit, certe ipſius nomen tanquam impreſſoris nusquam occurrat. Colophon libri, de quo agimus, ita ſeſe habet: *Explicit expoſicio Sancti Jeronimi in ſimbol. Apoſtolorum ad Papam Laurēcium. Impreſſa Oxoniae et finita A. D.* M. CCCC. LXVIII. XVIII. *die Decembris.*

ſignaſſet, etiam nunc cognoſci poſſet, an revera in aedibus Lambethanis ab actis Archiepiſcopi vel cuſtos bibliothecae fuiſſet; verum is non ſolum nomen viri officiumque reticet, ſed et tempus etiam, quo apographum huius Documenti, quod vocat, adeptus eſt. Eſtque porro mirandum, virum hunc praeſtantiſſimum amico ſuo Atkynſio apographum tantum dediſſe, non exemplar legitime deſcriptum, in quo debebat eſſe et aetas Inſtrumenti et nomen codicis, unde miram hanc hiſtoriam depromſerat; quin et chirographum quoque donantis, quo res certius conſtitueretur, fidemque apud poſteros indubitatam haberet.

Mira eſt, quae proxime occurrit, locutio *Documenti et Manuſcripti.* Documentum intelligimus eſſe authenticum et indubitabile in ſcriptis teſtimonium, in Rotulis membranaceis extans: qualia innumera ab ultima memoria ad hodiernum usque diem pertingentia in bibliotheca Lambethana aſſervantur. Pro Documentis etiam ſemper habiti ſunt *Libri Memoriales* Archiepiſcoporum Cantuariae, paremque cum iis fidem adipiſcuntur in curiis huius regni iuridicis. Quin et vulgo cognitum eſt, omnes chartas, Rotulos, Archiva, Manuſcriptos, Libros, etc. etc. *ad Archiepiſcopatum Cantuariae pertinentes*, eius generis eſſe, quod leges noſtrae appellare ſolent, *Membra Haereditatis* (*e**), iuxtaque eam notionem non ad ius privatum cuiusquam Archiepiſcopi pertinere, ſed ab alio ad alium devolvi ſucceſſionis iure.

Exquiſita haec et inuſitata locutio ab Atkynſio adhibita videtur, quo melius utique obtegeret ſpem, quam conceperat, arcanam, ius imprimendi ſibi uni privilegio vindicandi, magnisque exinde emolumentis fruendi (*f*). Qui ſi indicare voluit, venu-

(*e**) *Heir loome.* Verba, unde derivatur, Saxonica ſunt: *beier*, i. e. heres, et *loome*, membrum.

(*f*) Ut haec intelligantur, nonnulla de ATKYNSIO ipſo dicenda erunt. Richardus Atkyns honeſta familia in agro Gloceſtrienſi oriundus, a. 1615. natus, a. 1629. in Bal-

venuſtam hanc, qua lectores eluſit, hiſtoriam exſtare in mſ. in bibliotheca Lambethana ſervato, reſpondeo, compertiſſimum mihi eſſe, re diligenter explorata, nullum eiusmodi Documentum manuſcriptumve hodie ibi adſervari. Sin Librum memorialem Archiepiſcopi BOURGCHIERI intellexit, idque vox *Manuſcripti* reſpicit (*g*), non ſunt tibi invidenda, quae ad notitiam eius pertinent.

*Liber memorialis Archiepiſcopi* BOURGCHIER codex membranaceus eſt, nitidus ille et grandis, duobusque voluminibus in folio conſtans. Servatur autem, una cum Libris Memorialibus reliquorum Cantuariae Archiepiſcoporum, in bibliotheca Codicum Mſſorum Lambethana. Cuſtodia eius penes bibliothecae cuſtodem, et nunc adeo penes me eſt. Vocatur ſimpliciter *Bourgchier*

---

Balliolenſe, quod Oxoniae eſt, Collegium admiſſus eſt, ſuperioris ibi ordinis commenſalis: poſtea in hoſpitio Lincolnienſi aliquamdiu commoratus eſt; deinde nobilem iuvenem peregre in Galliam comitatus eſt. In patriam reverſus aulae ſe addixit. Bello civili equitum turma ſuis ſumtibus conſcripta regias copias auxit, utilemque operam praeſtitit, propter quod magna fortunarum detrimenta paſſus eſt. Recepto a Stuartis regno, prolegatus Regis ad Comitatum Gloceſtriae factus eſt. Poſtquam in vindicando iure regio ad privilegia libris iuridicis imprimendis concedenda 24. fere annos laboraſſet, eoque conſilio litibus cum in Curia Cancellarii, tum in aliis ultra mille libras impendiſſet, ſpem habere coepit, fore, ut rem familiarem ſcriptis reficeret. Itaque a. 1664. libellum Anglice in 4°. edidit de origine et incremento typographiae Anglicanae. Quinquennio poſt apologiam eodem ſermone vulgavit. Narrationem ea complectitur rerum complurium tempore belli civilis in occidentali Angliae parte geſtarum, cui accedunt ſuſpiria eius et querelae, 1669. in 4°. Matrimonio parum felici uſus eſt; aiunt enim circa poſtrema viri tempora id fortunas eius peſſum dediſſe. Obiit in carcere Mariſchalli, cui propter aes alienum incluſus erat, 14. Septemb. a. 1677. ſepultusque eſt in eccleſia S. Georgii Southwarkiae iuſſu Richardi Atkyns, Iuſticiarii ad placita communia; teſte Edwardi (poſtea Baronis) Atkynſii relatione. vid. ATKYNS *Antiq. of Gloceſterſhire*, et *Biographia Britannica*, edit. Lond. 1747. ſeq. Vol. I. p. 255. 256. Vol. II. p. 872. et 1226. ſeq.

(*g*) *Libri memoriales* omnium Cantuariae Archiepiſcoporum ab a. 1279. ad noſtrum usque tempus (exceptis Mepehami, Stratfordi, et Bradwardini, i. e. ab a. 1328. ad a. 1349. qui iam olim perierunt) in bibliotheca Lambethana diligenter etiamnum aſſervantur. Codices membranacei ſunt, nitidi, vetuſtate non corrupti, ſcripturae expeditae. Qui quemlibet horum citant, nomen Archiepiſcopi, cuius acta continet, nec quidquam aliud apponunt.

*chier* (*b*). Scriptus eſt charactere exiguo admodum, ſed eleganti, continetque folia 161, folia, non paginas numerando.

Primum huius Libri Inſtrumentum diem adſcriptum habet 10. d. Octob. A. D. 1454. ultimum 25 d. Martii A. D. 1486. a quo die ad mortem Bourgchieri non ultra quinque dies intercedebant. Atque hoc de primo volumine dictum eſto.

Secundum huius Libri volumen, membranaceum itidem, eiusdemque cum altero molis et formae, vocare ſolemus, *Morton-Dene-Bourgchier-Courteneye.* Huius voluminis ſeptem tantum folia ſunt, quae acta BOURGCHIERI continent, a 29 d. Junii A. D. 1479. ad 10. d. Octobris 1485. Hoc quum citandum eſt, vocatur *Bourgchier Pars ſecunda.*

Jam non dubito praeciſe negare, ullam in his Libris mentionem factam eſſe, ex profeſſo aut obiter, vel artis typographicae vel Frederici Corſellis. Idque eo fidentius facio, quia, in uſum Archiepiſcoporum, et Epitomen uniuscuiusque Documenti, in Libris Memorialibus omnium Archiepiſcoporum ab A. 1279. ad A. 1757. contenti, et Indicem omnium Alphabeticum ipſe confeci; ſimul quia, literis tuis acceptis, Epitomen hanc et Indicem cum *libris Memorialibus* BOURGCHIERI diligenter contuli, quo facto, liquido tibi poſſum affirmare, nihil in utrolibet horum contineri, quod ad artem typographicam pertineat.

Porro, ut quaeſtionem hanc quoquo modo enodarem, diligenter evolvi Librum quantivis pretii in bibliotheca Cod. mſſ. Lambethana ſervatum, cuius titulus eſt: MATTHAEI PARKER *Cantuarienſis Archiepiſcopi de antiquitate Britannicae Eccleſiae, et Privilegiis Eccleſiae Cantuarienſis cum Archiepiſcopis eiusdem LXX.* Londini apud Johannem Day 1572. Huius Libri tres editiones ſunt, in folio, quod dicitur (*i*). Verum haec, a. 1572. vulgata,

(*b*) Ita nomen Archiepiſcopi ſcriptum reperitur in eius *libris memorialibus.*

(*i*) Scil. haec editio a. 1572. altera excuſa Hanoviae a. 1605. ac tertia Londini 1729. cura SAM. DRAKE.

gata, raritatis eximiae eſt, adeo ut, praeter Lambethanum hoc exemplar, duo duntaxat, vel tria, quae quidem integra ſint, in bibliothecis Angliae compareant. At quod pretium huius exemplaris mirum quantum auget, magno numero annotationum ubique fere locupletatur, ſcriptarum, partim ipſius Archiepiſcopi manu, qui hoc exemplar propriis uſibus reſervaverat, partim a Georgio Acworth L. L. D. et Johanne Joſſelyn Archiepiſcopo ab actis, quorum opera, in ſyntagmate illo conficiendo, uſus eſt reverendiſſimus Praeſul.

Iam hic Liber, ad vitam Archiepiſcopi BOURGCHIER, inventionem artis typographicae ſic commemorat; „ *His temporibus* (viz. „ THO. BOURGCHIER) *illa utiliſſima cudendi atque imprimendi ſcientia*, *Argentorati*, *Germaniae civitate*, *inventa eſt*, *etſi de authoris*, *loci*, *annique certa veritate*, *inter ſcriptores magna diſſenſio eſt*, *quam perpendant lectores*. p. 335. "

Animadverſione dignum eſt, in exemplari Lambethano nihil omnino annotationum mſſ. ad vitam Bourgchieri adiectum eſſe, praeterquam in pagina, unde haec deſcripſimus, neque in his annotationibus quidquam contineri, praeter genealogiam dicti Archiepiſcopi, et brevem obſervationem hic ſubiectam (*k*). Atque hinc efficitur, quod de Corſellio narratur eo tempore incognitum fuiſſe. Sed et conſtat, Archiepiſcopo Parkero eiusque adiutoribus ad manum fuiſſe Librum Memorialem ſive Regiſtrum Archiepiſcopi Bourgchier, quippe citantibus, ſub finem vitae eius, *Regiſtr.* THO BOURGCHIER *part.* 2. *f.* 177. Scio teſtimonium PARKERI, inventionem hanc Argentorato tribuentis, etiam a MIDDLETONO adhiberi, quem tamen quia credibile erat nunquam hoc exemplar oculis uſurpaſſe, ne hoc quidem praetereundum cenſui.

Mſſos porro Harleianos, in Muſeo Britannico repoſitos, excutiendos curavi, itemque uberrima JOHANNIS BAGFORDI Collecta-

(*k*) „ Anno 1464. Reformatio magna multorum monaſteriorum in diverſis mundi partibus fit, ut in *Faſciculo temporum* " p. 335.

nea, ex quibus generalem typographiae hiſtoriam conſcripturus erat (*l*). Is BAGFORDUS in codice mſ. N°. 5901., (cuius in catalogo titulus eſt, *a book in folio, ſhewing the progreſs of printing at Oxford*) tranſlationem typographiae in Angliam per Archiepiſcopum Bourgchierum ex ATKYNSII libello enarrat, Fredericum Corſellium nominat, dein haec ſubiicit; *Quanquam nonnullis valde ſuſpecta eſt fides huius Manuſcripti*, (ita vocare maluit, quod ATKYNSIO eſt *Documentum et Manuſcriptus*) *mihi tamen ſatis certo confirmatum eſt, authenticum eius exemplar penes Johannem Birkenheadium Baronettum aliquandiu fuiſſe anno* 1664., *cum inter legatos Domus Communium, quibus mandatum erat de typographia deliberare, praeſidis officio fungeretur, valdeque mihi credibile eſt extare etiamnum in libris Memorialibus Archiepiſcopi* BOURGCHIERI (*l**). Reſpondeo: Acta Domus Communium, ipſorum iuſſu nuper edita, et 21. voluminibus in folio comprehenſa, quorum quae ad annum 1664. partemque ſuperioris et in-

(*l*) JOANNES BAGFORD, rei antiquariae ſtudioſus, veterumque librorum Anglicorum, tabularum quoque excuſarum ſectator, Londini natus eſt. Tempore iuventutis cerdo, mox bibliopola, poſtremo opera JOANNIS MOORE, Epiſcopi Elienſis, cuius ſplendidam bibliothecam multis rarioribus cimeliis ditaverat, in Collegium, quod Carthuſianorum dicitur, cooptatus eſt. In Hollandiam, aliaſque exteras regiones ſaepius iter fecit, atque inde libros vetuſtos pretioſoſque, tabulas etiam excuſas, magno numero reportavit, quorum maximam partem Comiti Oxonienſi vendidit, qui praeterea, BAGFORDO mortuo, omnia huius collectanea, commentarios etc. ad bibliothecae ſuae ornamentum coëmit. A. 1707. in *Actis Philoſophicis* prodiit illius conſpectus maioris operis, quod de generali typographiae hiſtoria edere aliquando deſtinaverat. Index vero ſupellectilis, quam in eum uſum comparaverat, inſertus eſt *Catalogo MSS. Harleianorum* (in muſeo Britannico repoſitorum) edit. Lond. 1759. *vol. II.* a n. 5892. ad 5910. Deceſſit d. 5. Maii 1716. annos 65. natus, quum duodecim ante annos effigies eius a Georg. Vertue aeri inſculpta fuiſſet ad tabulam ab H. Howard pictam.

(*l**) Verba ſermone Anglico, quo BAGFORDUS ſcripſit, ita ſonant: *Altho' ſome have greatly doubted of the certainty of this manuſcript, yet J am very well aſſured, that an authentic copy was for ſome time in the hands of Sir John Birkenhead, when he was Chairman to the committee for regulating of printing anno* 1664. *and J am perſuaded, the original may be ſtill remaining in one of the Regiſter books of the ſame Archbiſhop* BOURCHIER.

inſequentis anni pertinent, diligenter perluſtrata ſunt, ea, inquam, de documento hoc ſilent; Birkenheadii duntaxat nomen aliquoties in iis occurrit, ſpeciatimque in hac clauſula, d. 27. Octob. *Lex, de renovanda lege olim lata ad rem typographicam conſtituendam; iubetur dominus Birkenhead hanc rogationem in domum Nobilium deferre, et conſenſionem eorum orare*" p. 622. (*m*) Sed hoc nihil ad quaeſtionem. Quod ad ſuſpicionem BAGFORDI, de libris memorialibus Archiepiſcopi BOURGCHIERI, huic iam antea ſatisfactum eſt.

Et iam quidem, Regiſtris, Documentis, Manuſcriptis omnibus, ex quibus boni aliquid ſperabatur, inutiliter pervolutatis, iure mihi videor ſuſpicari, nomen *Corſellis*, vel *Corſells* nunquam Angliae innotuiſſe ante ſeculum ſuperius, cuius dimidio iam elapſo (m*) i. e. inter A. D. 1655. et A. D. 1660. (*n*) Nicolaus

---

(*m*) Verba Anglice ita ſonant: *An act for continuance of a former act for regulating the preſſ. Sir John Birkenhead is to carry up the bill to the Lords for their concurrence.*

(m*) Vid. NEWCOURTI *Repertorium vol. II. pag.* 673. Nicolaus Corſellus ius dixit apud Wivenhoe 16. Decemb. 1657. ut conſtat ex collectaneis mſſ.

(*n*) En apographum ipſius genealogiae, quae ab ipſo ſignata in autographo aſſervatur in Camera heraldica. (Obiit vero a. 1665. vid NIC. SALMON *Hiſt. of Eſſex p.* 448. ubi genealogia huius familiae continuata invenitur ad an. 1740.)

*The viſitation of London,*
*By Sir* EDWARD BYSSKE CLARCENCIEUX
*King of Arms, fol.* 38.
Anno 1664.

Zeagan Corcellis, of Ruſſelin in Flanders,
ux. Joyce, dr of..... van Acker, of Antwerp.

Nicholas Corcellis, of London, Merchant, 1664. ux. Suſan, dr and coheir of Peter Balde, of Leyden in Holland, Merchant.

Nich. Corſellis, married Martha, dr of Maurice Thompſon.

James, ſon and heir. ux ..... dr of Peter Fountain, of London, Merchant

Nicholas.

laus Corſellis mercator Londinenſis praedium non ſpernendae magnitudinis apud Wivenhoe in comitatu Eſſexiae ab Horatio Townſend Baronetto coëmit, quod ad poſteros eius tranſiit, poſſidente nunc eum maxime Nicolao Corſellis, Armigero. Sed et domus ibidem eſt, amoene ſita, in qua ut plurimum habitant. Mortui ad repoſitorium deportantur apud Layer Marney in comitatu Eſſexiae, ubi aliud praedium luculentum poſſident.

Conſpicitur porro in penetrali Eccleſiae de Layer Marney monumentum muro inaedificatum, epitaphium verbis quidem Latinis ſed barbare ſcriptum, necnon quatuor ſcabros admodum verſiculos inſculptos gerens. Inſcriptionem ſic exhibet N. SALMON. *Hiſtoria Eſſexiae p.* 449.

PRAEMISSUS NON AMISSUS
NICOLAUS CORSELLIS ARMIGER
DN^S HUIUS MANERII
HIC REQUIESCIT
AB HAC VITA AD MELIOREM
COMMIGRATUS
AN^O. DNI 1674.
DIE OCTOBRIS 19.
AETATIS 40.

*Artem Typographi miratam Belgicus Anglis*
*Corſellis docuit, Regis prece, munere victus.*
*Hic fuit extremis mercator cognitus Indis,*
*Incola iam caelis: virtus ſua famaque vivent.*
*Johes Corſellis eius conſanguineus*
*Et executor hoc monumentum poſuit.*

Obſervationem hanc adiecit SALMONIUS: „ *Annus, quem hoc epitaphium praefert, non convenit cum tempore tranſlatae in Angliam typographiae, cuius epocha in annum* 1474. *cadit, ad-*

„ *eoque emanaſſe videtur ex hiſtoria fallaci a* RICHARDO ATKYN-
„ SIO *armigero divulgata in libello de origine et incrementis typo-*
„ *graphiae edit.* 1664. ". (*n**)

Non ſane video, a quo alio fonte epitaphium hoc emanare potuerit. Quid enim? Parumne mirabile eſſet, huius Nicolai Corſellis patrem, qui genealogiam ſuam ad Heraldos detulit anno 1664. (quo ipſo anno Atkynſii libellus prodiit) eum dico, aevo tum provectum, ut ex chirographo eius patet, Frederici iſtius Corſellis nullam ibi mentionem feciſſe, ſi a maioribus didiciſſet, ſe ab uno e vetuſtiſſimis Europae typographis originem trahere?

Liceat mihi duo porro argumenta attexere, alterum, ut oſtendam, Corſellium hunc, ante commentum Atkynſianum anno 1664., nunquam ut principem Oxoniae vel Angliae typographum commemoratum fuiſſe; alterum, ut appareat, ne poſtmodum quidem, in graviſſimis contentionibus, ubi ſumma adhibita eſt diſceptandi ſubtilitas, eum honorem tueri potuiſſe.

Anno 1642. typographi Londinenſes Domum Communium libello ſupplici orabant, ut rei typographicae melius conſtituendae lege caveretur, utque privilegia de typographia exercenda a Rege conceſſa tollerentur. Lecti e Domo Communium, apud quos et typographi et privilegiis donati per advocatos cauſam orarent. Typographorum patrocinium GULIELMO PRYNNE mandatum eſt, cuius commentarii, ipſius manu ſcripti, in bibliotheca Templi interioris, quod dicitur, etiamnum extant (*o*). Recenſet

(*n**) Anglice: *The date of this epitaph is inconſiſtent with the time, that printing was brought into England, which was* 1474. *and ſeems founded on the report, Richard Atkyns, Esquire, had ſpread in his fictitions original and growth of printing, publiſhed* 1664. Apparet ergo, SALMONIUM ſenſum epitaphii non cepiſſe, ſed, quo erat ſtupore, tranſlationem typographiae in Angliam Nicolao Corſellis, qui a. 1674. denatus eſt, attributam crediddiſſe.

(*o*) Eos hac occaſione examinavi, inveni que hoc inſignitos titulo: *Reports of ſeveral caſes and arguments in law.*

cenſet is in exordio privilegia, quae tolli cupiebant typographi, deinde ita pergit: *Iam vero, priusquam de iſtis privilegiis ordine diſſerere aggrediar, de prima inventione typographiae, eiusque in Angliam tranſlatione, pauca, prooemii vice, delibabo; idque eo libentius, quia in ea parte cauſae ab adverſariis erratum eſt* (*p*). Citatis tum compluribus, qui de inventione typographiae ſcripſerant, *ex hiſce*, inquit, *teſtimoniis colligo, artem impreſſoriam inventam fuiſſe in Germania, circa annum D.* 1440., *publicatam vero et vulgo exercitam circa A. D.* 1450. (*q*). Et paullo infra; *Quando autem, et a quo in Angliam tranſlata ſit, proxima disquiſitio erit* (*r*): citat tum leges anno primo Richardi tertii latas, capite nono, dein haec ſubiungit: *Primum intra hoc regnum typographum Gulielmum Caxtonum fuiſſe comperio, qui impreſſit: Memorare noviſſima* etc. (*s*). Unde conſtat, quae poſtea de Frederico Corſellio venditavit ATKYNSIUS, eo tempore incognita fuiſſe. Alioqui non reticuiſſent advocati, quibus privilegiorum defenſio mandata erat; neque id proinde in reſponſione praetermiſiſſet PRYNNIUS. At is contra pronunciat, artem impreſſoriam ne tum quidem, cum recens nata eſſet, a Regibus Angliae vindicatam fuiſſe, tanquam regii iuris propriam, aut regio tantum permiſſu exercendam. Qualem vero errorem admiſiſſent ii, qui privilegia tuebantur, fruſtra adhuc quaeſivi.

Alia

(*p*) Anglice, quomodo ſcripſit *Prynnius: Before J fall upon theſe particular patents in their order, J shall by way of neceſſary introduction give you a brief touch of the original invention of printing, and of its firſt introduction into this kingdom, and rather, becauſe there was ſome miſtake herein in the counſel on the other ſide.*

(*q*) *From theſe various authorities J collect that the art of printing was firſt invented in Germany about the year of our Lord* 1440. *and began to be known and exerciſed in the world about an.* 1450.

(*r*) *When, and by whom, printing came firſt into England, shall be my next enquiry.*

(*s*) *The firſt printer J meet with in our realm was William Caxton, who printed: Memorare noviſſima.*

Alia porro cauſa, ante triennium, in Curia Banci regii agebatur, inter academiam Cantabrigienſem, et typographum regium, qui librorum iuris Anglicani ſibi uni impreſſionem vindicabat. Diſceptatum magna et contentione et cura; nec quidquam omiſſum, quod in utriusvis partis ſubſidium trahi poſſet. Itaque cum et hiſtoria de Corſellio ab advocatis typographi regii afferretur, damnatum a praeſidibus Curiae id argumentum, utpote unius ATKYNSII auctoritate innixum: confirmatum vero Academiae ius libros iuridicos imprimendi.

Quae cum ita ſint, minime audienda ſunt, quae ANTONIUS a WOOD, PALMERIUS, BAGFORDUS, aliique ATKYNSIO poſteriores, de Corſellio in libros retulerunt. Omnes quippe Atkynſium ſecuti ſunt, ex cujus fide tota narratio pendet; Atkynſius vero idoneam fingendi cauſam habuit, lucri nimirum ſpem, ſiquidem privilegium typographiae exercendae quoquomodo adipiſci posſet. Quum igitur, Documentum hoc neque ante Atkynſii tempora commemoratum, neque poſtea exhibitum ſit, equidem non adducor, ut Fredericum illum Corſellium inter typographos Angliae numerem, ſed totam potius rem commenticiam exiſtimo. Dab. Londini d. 19. Decemb. 1760.

## ADDITAMENTUM.

Exemplis variis circa fraudes, in ſubſcriptionibus veterum librorum commiſſas, relatis a PROSP. MARCHAND *Hiſt. de l'Imprim. Part. I. p.* 108. ſeq. et JOSEPHO AMES *in his typographical antiquities p.* 438. haec duo addere licebit:

I. In bibliotheca THOMAE, PEMBROKIAE *Comitis*, liber exſtat nullum habens ſeparatum titulum, exemplo vetustarum editionum, atque incipiens ſtatim ab argumento ipſo; qui vero hanc ſubſcriptionem in fine operis gerit: (*t*).

*Ex-*

(*t*) Dudum eſt, quod ſubſcriptio illa ſuſpecta fuit et cl. SCHÖPFLINO & mihi, antequam alterutri noſtrum conſtitiſſet verus fraudis illius architectus SAM. PALMER, per-

*Explicit liber quartus*
*Dyalogorꝝ Gregorii*
deinde ſequitur charactere rubro
*Preſens hoc op⁹ factum eſt per Johan.*
*Guttenbergium apud Argentinam*
*Anno Milleſimo* CCCCLVIIJ.

PEMBROKIAE Comes fronti huius operis ſequentia verba adſcripſit: *Hunc mihi librum comparavi, quod impreſſus ſit ante uſum typorum e matricibus fuſorum; nam ex diverſitate ductuum earundem literarum patet, impreſſionem factam typis ligneis mobilibus. Quod vero ad ſubiectam epigraphen rubro colore attinet, ſignificavi venditori, fraudem me ſuſpicari, quandoquidem aliquot ante menſibus ſimile exemplar absque tali ſubſcriptione mihi oblatum fuit ab alio nonnemine, verum qui plus pretii a me popoſcit, quam in id impendere animus tum erat. Charta capite bubulo inſignita eſt, quali Fauſtus utebatur; atque hic liber creditur vetuſtior omnibus, quos hic typographus adiecta anni nota excudit, adeoque etiam praeceſſit anno* 1458., *rubro colore hic addito* (*u*). In exemplo hiſtoriae ty-

perſuaſumque mihi ſemper erat, ſicut nunc ex PEMBROKIAE Comitis notula manifeſtum eſt, additam illam a falſario fuiſſe editioni cuidam *Dialogorum* GREGORII absque loco, anno, vel typographo olim excuſae. vid. DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. IX. p.* 276. SCHÖPFLINI *Vindic. Cap. IV* §. 5. MEERMAN.

(*u*) Haec Anglico ſermone, quo Comes ſcripſit, ita ſeſe habent: *J bought this book, becauſe it is printed before they made uſe of matrices to caſt ſingle letters: from the variation of the ſhapes of the ſame letters it appears, that they were wooden moveable types. As for the red, J told the man, that J believed there was ſome cheat in it, becauſe J had ſome months before ſuch a book, printed without the red, brought to me by another perſon, who asked me more for it, than J cared to give. The paper has the bull's head, on which Fauſt etc. printed, and is reckened to be older than any dated by Fauſt, and ſo older, than the date here in red.* Uti vero Pembrokiae Comes bene impoſtoris nequitiam in hoc opere agnovit, ita perperam illud pro antiquiſſimo Moguntinenſis officinae foetu habuit, quum ſculptae literae poſt divulgatam ad alias Germaniae urbes typographiam diu adhuc in uſu fuerint, ut docui *Cap. I.* §. *ult.* et futile praeterea ſit e chartae ſigno petitum argumentum, prout bene oſtenderunt triumviri expertiſſimi, quorum loca *Cap IX.* not. *br* adſcripſi. IDEM.

typographicae per Sam. Palmer, quod poſſidet cl. Tutet, Societatis antiquariorum membrum, cl. Ames priſtinus illius poſſeſſor addidit notam mſ., in qua affirmat, ſubſcriptionem memoratam: *Preſens hoc opus* etc. typo additam ab ipſo Palmerio, lucri inde conſequendi cauſa, prout is didicerat ab aliquo ex exſecutoribus teſtamenti Palmeriani; atque hanc aſſertionem cl. Ames ſaepe Tuteto narravit, qui etiam ipſe exemplar libri Palmeriani cum notis ſuis mſſ. eidem vendidit. Tuteti vero beneficio hanc circumſtantiam cognovi.

II. In Catalogo librorum Thomae Osborne, pro anno 1756. ſequens liber occurrit *Vol. III. N.* 1345. PLINII SECUNDI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS. *Exemplar elegans, literis initial. colorat. corio turcico fol. deaur. lineis rubris, et auro elegant. ornat. Oxon. apud F. Corſellis* 1469. Deinde poſt indicatum libelli pretium, videl. quindecim guinearum aurearum, haec annotatio ſubjicitur: *Hocce unicum eſt exemplar notum, a variis allegatum, et vix uni viſum, adeo ut phoenix librorum dici mereatur: certe primus eſt ex libris a Corſellis impreſſis, cui nomen ſuum adiunxerit; ſecundus vero ordine omnium, quos unquam ille impreſſit. Priorem ſcilicet ſcimus fuiſſe* JERONYMI *expoſitionem in Symb. Apoſtolor. Oxoniae* 1468. *Anno* 1470. *varia idem typographus impreſſit opuſcula, addito in fine nomine, ſed nec unicum eorum reperitur hodie integrum. Poſſident quidem amatores fragmenta aliqua poëmatum Latinorum, ut* GERARDI LYSTRII Rhenenſis etc. Carmen LYSTRII luidorum hominum venenoſas linguas, etc.

Tu autem v. cl. tam probe gnarus es fraudis in poſtremo hoc opuſculo commiſſae a nonnemine in veſtris oris, ut neceſſe haud ſit aliqua hac de re addere (*x*). Dab. Londini 19. Decemb. 1760.

(*x*) Quum ſcilicet anno 1756. Londini evolverem hunc Osbornii catalogum, gaudebam initio, repertum, qui decantatae de Corſellii impreſſionibus controverſiae finem imponeret, librum. Aſt annotatione ipſa propius examinata, fucus mihi ſub-

ſuboluit; quum et falſum eſſe comperirem, huiusmodi editionem PLINII alicui bibliographo, nedum variis, memoratam, et abſurdum prorſus, quod illic additur, ab eodem Corſellio a. 1740. excuſum fuiſſe carmen GERARDI LYSTRII, Rhenenſis; utpote qui auctor, ERASMI σύγχρονος, diu poſtea demum inclaruit, nihilque vulgavit ante annum 1517. quando Daventrienſibus typis deſcriptum eſt illud *carmen ſapphicum*, adiectis *elegiis et epodis in deteſtationem belli.* Vid. inter ceteros CASP. BURMANNI *Traiectum eruditum*, *p.* 191. *ſeq.* et CAR. PATINI *praefatio* ante *Moriae encomium* ERASMI, ex edit. Baſil. 1676. Suſpicabar itaque, uti Lyſtriano carmini, ita etiam vetuſtae cuidam Plinii editioni, quae ſubſcriptione aut carebat omnino, aut truncata erat, ſuppoſititiam hanc, tanquam Corſellii teſtem, falſarii cujusdam manu eſſe additam. Curioſus autem propius id cognoſcendi, ab Osbornio librum expetii, qui vero eum nondum ad Anglos miſſum aſſeveravit, mihi autem legitimam fraudis ſuſpicionem teſtanti ad probandam ſuam hac in re innocentiam oſtendit literas a Georgio Smith, Britanno, matheſeos autem et linguae Anglicae apud Amſtelodamenſes praeceptore, ſcriptas, queis rogatus erat, ut hunc libri titulum, addita obſervatione atque pretio, inſereret ſuo librorum indici. Ad patrios quum deinde lares reverſus, et amicos Amſtelodamenſes ea de re percontatus eſſem, multa quidem de Smithio huiusque in pingendis quibuscumque characteribus, tum antiquis tum recentibus, inſigni peritia audivi, ipſum vero hoc opuſculum aſſervari tum cognovi a bibliopola Amſtelodamenſi, Petro van Damme, homine non vulgari veterum librorum, numiſmatum, iconum ac picturarum cognitione praedito, harumque rerum commercio per varias Europae partes celebri. Hunc porro magnifica quaevis de iſthac editione praedicaſſe inaudivi: vidi certe legique literas ab ipſo ad Joh. Enſchede, typographum Harlemenſem, datas, in quibus inter varias narrationes iactaverat, cimelium hoc Oxoniam delatum tantas illic turbas excitaſſe, ut univerſus Senatus Academicus illius videndi cauſa congregatus fuerit: quas circumſtantias a vero haud parum remotas eſſe deinceps cognovi. Poſtquam vero oſtenſa Dammio fuit ſubſcriptionis manu additae falſitas, atque e libelli typis conſtiterat de vero impreſſore, ſi bene memini, Richardo Pafraet, Daventrienſi, fraudem agnovit quidem ille bibliopola, ſe tamen eius, non modo non auctorem, at ne participem quidem eſſe, per Smithium vero in libri emtione deceptum perhibuit. Quidquid huius eſt, fertilis circa id tempus fuit noſtris in oris falſarum editionum fabrica. Legimus enim in variis bibliothecarum tam Hagae Comitum, quam Amſtelodami catalogis, praeſertim vero in auctione quadam, luſtro fere abhinc apud Joh. Hartig, bibliop. Amſt. habita, complurium librorum titulos, qui annum impreſſionis 1460. 1470. aut circa hoc tempus mentiebantur, numquam vero exſtitere in rerum natura, imo partim e variis circumſtantiis falſi argui poterant. Parum tamen abfuit, quin deceptus ipſe aliquando fuerim. Quum enim in auctione bibliothecae Gerardi van Loon et aliorum Hagae a. 1759. proſtitiſſet *liber* HELWICI *de exemplis et ſimilitudinibus rerum*, *impreſſus*, teſte epigraphe, *in monaſterio Sublacenſi* 1464. in fol. atque ipſe hunc librum, qui multis in catalogo elogiis extollebatur, introſpiciens in officina librarii haud ſatis luminoſa, bona fide arbitrarer, ſubſcriptionem ab ipſo olim typographo additam, cui incognitam hanc editionem mihi quovis pretio volui, et

mandatario uſus, quod eadem occaſione detexi, homine nequam, eandem comparavi 205. florenis noſtratibus. At codicem hunc domi examinans diſtinctius, ipſamque ſubſcriptionem luci exponens, agnovi editionem eſſe absque anno aut loco quondam excuſam, cui vero recens eaque dexterrima manus literis ipſi typo ſimillimis epigraphen calamo addiderat: queis cognitis hunc librum durante auctione in frequenti licitantium corona reſtitui curavi, pretiumque ſolvere recuſavi, qua in re, agnita per adſtantes fraude, ſtatim acquievit bibliopola, vir honeſtus, quique libri titulum aliunde ita receperat. Atque haec res tales mox excitavit rumores, ut ab eo tempore nullas amplius ſuppoſititias editiones in catalogis offenderimus, de queis tamen ſilere hic, loco opportuno, noluimus, tum ut exteri in emendis huiusmodi mercibus cauti eſſe diſcant, tum ut praeveniremus errores, quos falſi iſtiusmodi libri excitare poſſent in hiſtoria literaria. IDEM.

*VIRO CONSULTISSIMO*

# ANDREAE COLTÉE DUCAREL

*JCto, regiae et exemptae iurisdictionis S. Catharinae iuxta turrim Londinenſem Officiali principali, Civitatis et dioeceſis Cantuarienſis Commiſſario generali, Bibliothecae Lambethanae cuſtodi, itemque almae Curiae Cantuarienſis de arcubus London Advocato,*

*Soc. Reg. Lond. et Antiquariorum Socio,*

*S P. D.*

## GERARDUS MEERMAN.

Multum profecto amicitiae, multum humanitati Tuae debeo. Quum etenim biennio abhinc apud Britannos rei publicae cauſa degerem, nec tamen omnino negligerem literariam, perſaepe auxilio mihi et adiumento fuiſti in quaeſtionibus, circa quas aqua haerebat mihi. De auctoritate celebris illius excerpti e mſ. Lambethano cumprimis ſollicitus eram, quod in eo typographiae Anglicanae primordia ab Harlemenſibus, tanquam artis inventoribus, repeterentur, horum vero cauſa non parum mihi tunc temporis videretur dubia. Quum igitur poſt doctiſſimum MIDDLETONUM non deeſſe Tibi nova etiam argumenta affirmares, queis excerpti illius fides labefactari ulterius poſſet, vehementer expetii, ut ea literis comprehenſa mihi, in patriam mox reverſuro, impertire aliquando velles. Id autem, licet occupatiſſimus, praeſtiturum Te ſpopondiſti, quamprimum per laborioſi muneris Tui rationes liceret: nec fefelliſti profecto fidem. Delata enim eſt tandem ad me elegans Tua et erudita hac de re epiſtola, ſed delata eo demum tempore, quo perſuaſus eram, Harlemenſium cauſam optimam alia, quam hucusque prodierat, defenſio-

ne indigere, imo nonnulla hac de re chartis mandare coeperam. Factum hinc, cultiſſime DUCARELLE, (cur enim diſſimulem?) ut acquieſcere vix potuerim in rationibus, ab utroque, et Middletono et Te ipſo, adverſus excerpti illius fidem allatis, verum ut de integro, quanta potui cum cura, et ſepoſito tamen omni partium ſtudio, perpendenda ſuſceperim totius rei momenta. Factum hinc, ut plurima tandem argumenta in aliam me rapuerint ſententiam, imo omnes etiam nubeculae diſparuerint. Huius itaque rei viciſſim mei duxi eſſe officii Te reddere participem, dum veniam in amica hac lite ab humanitate Tua ultro mihi polliceor.

Ante omnia igitur parum veroſimile arbitror, RICH. ATKINSIUM, virum honeſto loco natum, quem extrema quidem aetate pauperem, nunquam vero malae fidei fuiſſe liquet, verecundiae fines egredi eo usque potuiſſe, ut totam hanc hiſtoriam de translata Harlemo ad Oxonienſes arte comminiſci, publicique porro iuris facere auſus fuerit, adiectis perſonarum nominibus, imo minutiſſimis quoque circumſtantiis. Id vero ne absque ullo fundamento ſtatuere videar, accipe, v. cl., omnes diſſenſus mei a Te rationes.

I. Atkinſius non clanculum hanc diatriben edidit, at in ipſo titulo (*a*) nomen tum ſuum tum typographi expreſſit; indicans etiam, quos adiiſſet, fontes, hiſtorias nempe et archiva regni. Sed, quod magis ad rem facit, inſcriptioni operis ſubiecit approbationem, vel potius mandatum de edendo, ill. MORICII, regii Adminiſtri. Ita vero inſtrumenti huius Lambethani adminiculo ad populum provocare auſus eſt, ſuamque diſſertationem auctoritate publica muniri voluit Atkinſius, quam impoſtor, ſi rogare haud erubuiſſet, obtinuiſſet profecto nunquam.

II.

(*a*) Hunc vide integrum in epiſtola Ducarelliana, not. *a*.

II. Certum eſt, eum ex hoc mſ. (*b*), quod iuſſu ſumtibusque regiis prelum in Angliam fuiſſe olim invectum docebat, inferre, Regique CAROLO II. ac Proceribus perſuadere voluiſſe, typographiam ius eſſe regale. Quo vero propiorem ad eos aditum ſibi ſterneret, diſſertationi binas dedicationes praemiſit, alteram ipſi Regi, alteram utriusque Parliamenti membris inſcriptam. Demus iam verum eſſe, quod cl. Middletonus ſuſpicatus eſt, peculiarem ipſi fuiſſe ſcopum, beneficium impreſſoris regii hoc ſcripto impetrandi, tantum abeſt, ut elici inde poſſit, Atkinſium hunc in finem tale inſtrumentum confinxiſſe, ut potius illud bonam ipſius fidem probet quam maxime. An etenim ſuppoſititio ad ipſum Monarcham, Proceresque regni accedere auſus fuiſſet, in periculum incurrens, ut muneris loco iuſtas ſceleris ſui poenas lueret? Aut ſi eos acquieſcere hac in re potuiſſe perperam ſtatuas, an credibile eſt, typographos Anglos, quorum nullo modo intererat, impreſſoriam artem ut regale conſiderari, imponi ſibi paſſuros fuiſſe inſtrumento ſubleſtae fidei, neque quenquam repertum, qui hominis nequitiam ſcripto aliquo debite perſtringeret?

III. Candorem porro Atkinſii confirmat ipſius expoſitio, cui hoc mſ. deberet. Recepiſſe enim illud ſe teſtatur a viro dignisſimo, ac bibliothecae Lambethanae, e cuius authentico deſcriptum id fuerit, quondam cuſtode. Ea vero perſona ſatis hoc pacto deſignata latere neminem tunc temporis poterat, eiusque opera detegere idcirco in proclivi erat, quid de rei foret veritate.

Sed audio iam Middletoni manes, audio Te ipſum, v. cl., regerentes mihi, rem minime confectam, etſi de bona Atkinſii fide

(*b*) ATKINSIUS vocat *record and mſ.* quem non inficior rectius dicturum fuiſſe, *record or mſ.* Sed hac minutiae videntur mihi, ad cardinem quaeſtionis parum facientes.

de conſtet: fieri etenim poſſe, ut inſtrumentum ab alio confictum, et tamen ille nihil fraudis ſubodoratus fuerit. Haec itaque ut removeatur ſuſpicio, neceſſe eſt, ut ipſius excerpti integritatem ulterius vindicemus.

IV. Quo tempore ergo auctor ſuam diſſertationem emiſit, nemo de veritate eius hiſtoriae vel tantillum dubitavit, quemadmodum et ANT. WOODI verba in *hiſtoria et antiquitatibus univerſitatis Oxonienſis* (*c*), et quae inſcriptioni ſepulchrali Nicolai Corſellis a. 1674. inſerta ſunt, probant. At noſtro demum ſeculo ineunte, quum et Atkinſii et memorati bibliothecae Lambethanae cuſtodis fama intercidiſſet, reperiri vero originale mſ. amplius haud poſſet, nonnulli huius documenti integritatem in controverſiam vocare coeperunt, obloquentibus tamen aliis (*d*), donec a. 1735. maiora auſus vir elegantiſſimi ingenii Middletonus ſpecioſis quibusdam argumentis totam hanc hiſtoriam pro commento habendam univerſae prope nationi Britannicae perſuaſit.

V. JO. BAGFORDUS, qui natus in Anglia eſt a. 1651., adeoque Atkinſium (a. 1677. demum fato functum) noſſe potuit, atque ipſe maximus veterum cimeliorum fuit helluo, in *hiſtoria typographiae Oxonienſis*, Te ipſo indice, v. cl., eos reprehendit, qui de Lambethani mſ. fide dubitabant; addita ratione, quod certo ipſi conſtaret, copiam, quam vocant, authenticam aliquamdiu penes JO. BIRKENHEADIUM, equitem Baronettum, exſtitiſſe, quum a. 1664. demandata ipſi a Parliamento inferiore, cui intererat, provincia eſſet, varia ordinandi circa typographicae artis exercitium. Huius vero rei probe gnarum fuiſſe Bagfordum, acta eius ſenatus confirmant d. 27. Octobr. 1664., ubi legimus, decretam fuiſſe legem de renovanda anteriore circa rem typographicam, rogatumque

(*c*) *Tom. I. p.* 226.

(*d*) Ita MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 30. edit. primae a. 1719. *Quae ex Lambethano mſ. deſcripſit* (Atkinſius), *de eorum veritate cur dubitemus, non video.*

que Birkenheadium, ut eam ad Parliamentum ſuperius deferret, huiusque conſenſum requireret. Aequum quippe erat, concurſum ſuperioris ſenatus per illum expeti, qui legis examinandae curam iuſſu inferioris ſenatus antea ſuſceperat, moxque ferendae exſtiterat ei hortator. In hac ergo circumſtantia ſi non erravit Bagfordus, cur quaeſo lapſus fuiſſet in altera, de apographo documenti, quam optime ſibi cognitam ſcripſit? At copia authentica intelligi nullo modo poteſt absque originali inſtrumento, ad quod transſcripta eſt; neque ſupponere licet, Birkenheadium tanto fuiſſe dignatum honore chartam commentitiam recensque ſcriptam, ſed potius, quae loco aſſervata ſacro ab antiquitate ſeſe commendabat. Quin Oedipo iam non opus erit, ut explicetur, quo caſu id documentum nactus hic eques fuerit. Poſtquam nempe Atkinſius in diatribe ſua, menſe Aprili vel Maio eiusdem anni 1664. edita, publice ad illud provocaſſet, ut Regi vindicaret ius imprimendi libros, Birkenheadius, demandata ſibi a domo Communium provincia circa preli typographici ordinationem, ſui eſſe credidit officii, in totam hanc rem anquirere; utque nihil hac in parte negligeret, ipſum originale inſtrumentum ab Archiepiſcopo Cantuarienſi (GILB. SHELDON) vel bibliothecae Lambethanae cuſtode requiſivit, (iuxta facultatem delegatis Parliamenti membris conceſſam, chartas quaſcunque, etiam arcaniſſimas, in commiſſione ſua uſui futuras, poſtulandi, ut a peritis Britannis accepi) cuius deinde, ob memorabiles circumſtantias circa typographiae in Anglia incunabula, apographum legale per notarium quendam formari iuſſit. At mancam tamen eſſe, quam ex hoc monumento traxerat Atkinſius, conſequentiam animadvertens Birkenheadius inutile duxit quidquam ea de re referre ad ſenatum; aut ſi retuliſſe fingamus, fruſtraneae ſaltem graphiario viſum eſt operae, actis inſeri mentionem inſtrumenti, quod examinandum motu proprio ſuſceperat Birkenheadius, neque obſtare renovationi priſtinae legis voce declaraverat.

VI. Pondus inſuper relationi Atkinſianae addit excerptum ex alio libello mſ., quod SAM. PALMER in hiſtoria typographices (*e*), verum ſuo more, id eſt, parum bona fide, produxit, nobiscum vero ex authentico deſcriptum communicavit eiusdem poſſeſſor, amicusque veſter, M. C. TUTET; quod hic adiicere utile erit. En ergo locum integrum.

*The art of printing was at firſt brought into England in the time of H.* V. *at the charges of the Arch-bp̃. of Canterbury (Boutchier) who employed one Turner, Maſter of the Robes to the K. & one Wm. Caxton, a mercer of London. but uſeing the trade of a merchant to goe to Harlem to endeavour to bring over ſome of the workemen, that had then newly practized that art there, who prevailed with ſome of the underworkemen to come over with them into England, and to teach others their trade. As ſoon as they were landed, they were conveyed under a guard to the Univerſity of Oxford for feare they ſhould runn back againe, & ther they ſett up a preſſe about the year* 1576. *as appeares by ſeveral bookes, that were printed there about that time. The names of thoſe workemen were Wood an Almayn & Wincken de Word* (NB. hic in margine mſ. additur: MOXON *ſayes, his name was Ferd. Corſelles*) *and the charge of this jorney coſt the Arch-bp̃.* 150. *marckes, as appears by ſeverall papers & memorialls relating to this matter, that are ſtill extant in the library at Lambeth.*

Scriptum hoc multo videri antiquius anno 1664. quo Atkinſius diatriben ſuam emiſit, ſcribit idem Palmerius, quod diſplicet Tuteto, quum mentio hic fiat JOSEPHI MOXONI, eius vero *mechanical exerciſes*, in queis nonnulla de arte impreſſoria, demum a. 1677. prodierint. Verum notula illa de Moxono, quum non niſi in margine reperiatur, recentioris eſſe poteſt, atque ipſe contextus, temporis. Imo quidquid de aetate eius libelli mſ. eſt, id

(*e*) *Pag. Rr.* 4. male numerata 127.

id certum, auctorem haec non hauſiſſe ex impreſſo opere Atkinſii, a quo non uno loco variat, ſed ex aliquo reſcire debuiſſe, qui bibliothecae Lambethanae chartas luſtraverat quidem, ſed nonnullas circumſtantias non bene ipſi retulerat, quum circa hiſtoriam translatae Oxoniam artis graviter lapſus fuerit et in tempore, et in nomine operarii (*f*), et in impenſa ſumma. In quatuor tamen circumſtantiis convenit huic auctori cum mſ. Atkinſiano. 1. quod Oxoniam primum adlata ſit ars. 2. quod hortante Archiep. Bourcherio, opitulantibus Turnourio et Caxtono, peractum id fuerit. 3. quod operarius ille Harlemo arceſſitus fuerit. 4. quod Harlemi primum omnium ars fuerit exercita.

VII. Jam ante Atkinſii tempora conſtitit, typographiam Angliae finibus recens appulſam, Oxoniam primum deveniſſe. Id certe BRIANUS TWYNUS in *Apologia pro antiquitate Academiae Oxonienſis*, edita a. 1608. *antiqua ſcripta* referre ait (*g*); unde veroſimile eſt, eum de hoc mſ. Lambethano aliquid inaudiſſe (licet ficulneum porro ſit, quod pro antiquitate preli Oxonienſis petit, argumentum ex officina Jo. Scolar, poſt Caxtonianam annis fere 44. erecta). Quo ſenſu etiam Carolus I. Rex in literis patentibus ad Academiam Oxonienſem datis 5. non. Martias, anno regni undecimo, id eſt, a. 1635. ſcripſit, a tranſlatione artis typographicae in Angliam librorum impreſſores in univerſitate Oxonienſi exſtitiſſe (*h*).

VIII.

(*f*) Palmer dict. lib. *p.* 135. *pr.* ſcribit, apud Angliae hiſtoriographos legi, Corſellium et Roodium transvectos fuiſſe per Caxtonum. Quam vellem, eorum vel unum nominaſſet! At ſaepe fucum lectoribus facit ille impoſtor.

(*g*) En locum integrum *pag.* Fff 3. quae male ſignata eſt Ddd 3. *Artem typographicam, Angliae finibus recenter appulſam, Oxoniam primo deveniſſe, unde Gulielmi Caxtoni opera Londinum quoque traductam eſſe, non ſolum antiqua ſcripta referunt, ſed etiam illud indicat, quod Jo. Scolar primus Oxonienſis typographus officinam typographicam hic aperuit, et Joannis Dedici Oxonienſis acutiſſimi in Moralia Commentarios in lucem edidit anno Dom.* 1518.

(*h*) Verba huc facientia ex archivo illius Academiae, membrana 15. transſcripſit, et

VIII. Vetuſtatem porro Oxonienſis preli prae reliquis Anglicanis, certe Weſtmonaſterienſi, quae a. 1474. coepit, vulgoque princeps habetur, manifeſte probat *Expoſitio* HIERONYMI *in Symbolum Apoſtolorum*, cui addita ſubſcriptio: *Oxoniae impreſſa et finita anno Domini* M. CCCC. LXVIII. *xvij. die Decembris.* Hanc vero epigraphen fingere haud licet a falſario manu fuiſſe additam, (ut circa PLINII *epiſtolarum librum primum* aliquot abhinc annis factum bene obſervaſti, v. cl.) quum in omnibus exemplaribus distincte impreſſa occurrat, qualia ipſe vidi tria, unum in bibliotheca Bodlejana Oxoniae, alterum in publica Cantabrigienſi, tertiumque in amici mei JAC. WESTII muſeo Londini. Novi quidem, cl. Middletonum (*i*) hanc ſubſcriptionem mendoſam ſtatuiſſe, et pro 1468. legi voluiſſe 1478., ſed argumenta eius multum abeſt, ut perſuadendi vim apud me inveniant. Character ſane huius opuſculi ipſiſſimus cum ARISTOTELIS *ethica*, *interprete Leon. Aretino*, et AEGID. DE ROMA *lib. de peccato originali*, Oxoniae a. 1479. editis, tres hoſce libellos eidem fere tempori tribuendos nullo modo probat (*k*), quum unus ſaepe impreſſor

---

et ad me miſit ſummae humanitatis ac doctrinae vir GUIL. BLACKSTONE, iuris illic anteceſſor, quae ſic ſonant: *Et cum pene a tempore, quo primum ars typographica in hoc regnum noſtrum Angliae applicuit, typographi, ſive librorum impreſſores, tam de alienigenis, quam de indigenis, in univerſitate noſtra Oxon. extiterint, qui cuiuscunque generis libros, authoritate privilegiorum eiusdem univerſitatis, per progenitores noſtros conceſſorum, ante quamcunque chartam, inhibitionem, reſtrictionem. aut limitationem ſuper libris imprimendis inde in contrarium factas, liberam imprimendi, ac impreſſos libros diſtrahendi, ac publice per totum regnum noſtrum venditioni exponendi, poteſtatem habuerunt, ipſo Cancellario, ſive eius Commiſſario licentias et privilegia ad huiusmodi libros conferente, variosque inde libros, opuſcula, et tractatus ibidem ſub praelo typographico in lucem emiſerunt; ſicut ex ipſis impreſſis monumentis, quae etiamnum hodie exſtant, manifeſte conſtat.* Idcirco Dominus Rex omnia privilegia, et iura Academiae, quae ad rem typographicam pertinent, confirmat et adauget.

(*i*) Eo duce hoc ipſum quoque ſtatuerunt LEWIS in vita Caxtoni *p.* 22. *ſeq.* AMES *typographical antiquities p.* 438. MARCHAND *Hiſt. de l'imprim. p.* 56.

(*k*) In tribus hiſce libellis ANT. WOODUS *d. l.* perſpicuos magis et pulchriores typos reperiſſe ſibi viſus eſt, quam in impreſſionibus recentioribus. Et certe, obſer-

preſſor per plures annos iisdem typis uſus fuerit, prout Fauſti Schoefferique et aliorum exempla bene multa evincunt (*l*). Imo quum proximi libri Oxonienſes a. 1480. et ſeq. alio plane charactere, et per Theodoricum Rood, Colonienſem, excuſi fuerint (*m*), colligere eſt, huic alium iam praeiviſſe impreſſorem, quem Frid. de Corſellis tamdiu ſtatuam, donec quis mihi probaverit contrarium (*m**). Nec eſt, quod intra annos 1468. et 1479. otioſum propterea fuiſſe Corſellium fingamus, qui varia interim opuſcula absque anni, loci, et nominis ſui indiciis emittere potuit (*n*), ut fecit Ulr. Zellius Coloniae, cuius ab a. 1467. ad 1473. et ab hoc tempore ad 1494. liber cum eiusmodi criteriis innotuit hucusque nullus (*n**). Quod denique attinet ad ſignaturas in Hieronymiana hac editione reperiundas, ſuſpectam illae neutiquam reddere poſſunt anni impreſſionis notam; quum in codicibus mſſ. vetuſtioribus iam interdum compareant (*o*), hosque olim imitari ſtuduerint typographi (*p*); quum porro iisdem ad

ſervante etiam ill. SCHÖPFLINO *Vindic. Cap. I.* §. 9. varii occurrunt libri charactere ſculpto, qui fuſilem nitore vincat. Corſellium, ſi ab a. fere 1458. ad 1468. in praeparandis emendandisque inſtrumentis typographicis occupatus fuit, ad elegantiam ſculpturae tandem perveniſſe mirandum non eſt.

(*l*) Ne quis excipiat, id in fuſis modo typis locum habere, ei oppono *Pſalterium* a. 1457. 1459. et 1490. eodem ſemper ſculpto charactere Moguntiae editum. vid. *Orig. noſtr. Cap. I.* §. *ult.*

(*m*) Vid. Wood *dict. Tom. I. p.* 227. Ames *p.* 438.

(*m**) Nemini ſcrupulum moveat, quod Corſellius nulli libro nomen ſubiecerit; neque enim hoc exemplo caret, ut de Joanne Petershemio iam monui *Orig. Cap. I.* §. *ult.* not. *df.*

(*n*) Huius generis libros v. cl. THOMAS HEARNE reperiſſe ſibi viſus eſt duos, nempe *Actus Alexandri Magni*, et GUIDONIS DE COLUMPNA *Hiſtoriam deſtructionis Troiae.* vid. eius *Not. ad* THOM. CAII *Vindic. antiquit. Acad. Oxon. p.* 801. *ſeq.* unde probabile eſt, doctiſſimum hunc antiquarium ex aequalitate typi cum opuſculo Hieronymiano prelum Corſellii hic agnoviſſe.

(*n**) Vid. *Orig. noſtr. Cap. III. not. i.* et notata ad *Append. docum. N.* 5.

(*o*) Vid. Anonym. in *Tranſact. Philos. a.* 1703. *N.* 288. *Tom. II. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 983.

(*p*) Vid. *Orig. noſtr. Cap. I.* §. 3. not. *r.*

ad opera xylographica uſa iam fuerit Laurentiana (*q*), e qua Corſellius prodierat, officina, et huius deinceps exemplo uſi ſint principes alibi locorum impreſſores, certe Lutetiae (*r*), ac in villa Beronenſi apud Helvetos a. 1470. (*s*), itemque Antverpiae a. 1472. (*t*), ut adeo tota via erraverit Middletonus, dum Venetiis a. 1474. illas a Jo. de Colonia et Jo. Manthen de Gherretzem (*u*) primum introductas coniecit (*x*).

IX. In ipſa tandem hac relatione plura occurrunt, quae cum aliis teſtimoniis non modo haud pugnant, ſed mirifice etiam conſentiunt. Mitto, quod ibi tradatur, Thomam Bourcherium Cancellarium Univerſitatis Oxonienſis, atque inde Archiepiſcopum Can-

(*q*) Vid. ibid. *Cap. ult.* §. 4. *ſeq.*

(*r*) GASP. PERGAMENSIS *epiſtolae*, Pariſiis editae absque anni indicio, ſignaturas iam agnoſcunt. vid. MAITTAIRE *Tom. I. Annal. typogr. p.* 293. *edit.* 2. Illas vero iam a. 1470. prodiiſſe idem docuerat *p.* 25. *ſeq.*

(*s*) Teſtatur hoc *Mammotrectus*, eo anno excuſus typis Heliae de Llouffen. vid. SCHELHORNII *Obſerv. III. de art. typogr. p* 26. Palmerius porro *p.* 54. provocat ad TERENTIUM a. 1470. Mediolani ab Ant. Zaroto impreſſum adiectis ſignaturis, quod an verum ſit, nec ne, examinent, quibus huius libri copia eſt.

(*t*) Probat hoc libellus Belgicus *de Tondali viſione*, cuius mentionem iam feci *Cap. V.* not. *e.* in fin.

(*u*) Argumentum Middletonus ducit e *lectura* BALDI *ſuper Codicem*, ab his typographis a. 1474. impreſſa, ubi ſignaturae in medio demum opere incipiunt. Id vero unice probat, literas ſignatorias ipſis demum inter imprimendum innotuiſſe, aut veniſſe in mentem; inventas ab his probat neutiquam. In eo tamen viro cl. facile aſſentior, ante hoc tempus perquam rarum fuiſſe ſignaturarum uſum, qui et poſtea non ubique ſtatim receptus fuit. Eſt certe penes me SEXT. POMP. FESTI editio Romana 1475. per Joh. Reynhard de Enyngen absque eiusmodi ſignis impreſſa; neque ante a. 1481. adhibere ea coepit Caxtonus. vid. Middletoni *Diſſ. p.* 9. Ames *p.* 26.

(*x*) Praeter haec argumenta aliud Marchantius *d. l.* petit e forma *expoſitionis Hieronymianae*, quam, utpote octavam, tantae vetuſtatis haud credit, ut ad a. 1468. adſcendere queat: aſt iniuria, quum illi ſit perſimilis, prout ᾽αυτόπτης pronunciare poſſum, quam anno iam 1467. ad lib. AUGUSTINI *de ſingularitate clericorum* Coloniae adhibuerat Ulricus Zellius, imo etiam minori forma ad *Horarium* uſus fuerit ipſe Harlemenſis Laurentius. Quale vero argumentum Marchantii ſit e Gothico libelli charactere petitum, vix aſſequor, quum is et a laudato inventore adhibitus, et Corſellii aetate ubique receptus eſſet, Romanum vero primum introduxerint impreſſores Itali.

Cantuarienſem fuiſſe ſub Henrico VI. Rege; mitto, Caxtonum cum Belgis commercium inſtituiſſe, cuius utriusque circumſtantiae veritas aliunde comperta eſt (*y*). Propius nos reſpiciunt, quae de inventione typographiae apud Harlemenſes illic narrantur, et a nobis ex profeſſo adſtructa ſunt (*z*). Ea certe vix eſt, ut vel ab Atkinſio vel quovis alio recentiori ſcriptore Anglo proficiſci potuerint, qui hiſtoriam tranſlati ad Britannos preli e cerebro ſuo fabricaturus, utique conſtantem, et ab omnibus antea huius regni hiſtoriographis paſſim traditam opinionem (*aa*) de reperta Moguntiae arte amplexus fuiſſet, (diſtinctio enim inter ligneos typos et metallicos parum ſeculo ſuperiore cognita erat) ſuumque proinde operarium inde, non Harlemo, repetiiſſet, ut commenta ſua quadam veri ſpecie coloraret. Aſt rem conficit inſerta huic hiſtoriae memorabilis illa circumſtantia, Moguntiam artem primum recepiſſe per fratrem operarii alicuius Harlemi, poſtquam per hunc artis principiis imbutus eſſet. Ea vero narratio, neque Maittairio neque ulli mortalium hactenus perſpecta, quum utrique conveniat Joanni Gensfleiſchio typographo, ſeniori, iuniorique, atque haec circumſtantia, ſuperiore ſeculo incognita, a me demum ex collatione veterum chartarum et teſtimoniorum, noſtra aetate productorum, detecta ſit, fieri haud poteſt, ut vel Atkinſio vel alii cuivis apud Britannos (*ab*), niſi oraculi cuiusdam monitu inſtructo, in mentem illa venire potuerit;

(*y*) De Bourcherio conf. Wood *dict. lib. Tom. II. p.* 405. *ſeq.* de Caxtono vid. Lewis *p.* 2.

(*z*) Lapſus tantum auctor eſt in nomine inventoris Harlemenſis, quem Gutenbergium credidit, reperta Batavorum et Germanorum confundens.

(*aa*) Ita enim CAXTONUS, auctor *Chronici S. Albani*, FABIANUS, HOLINSHEDIUS, BAKERUS, STOWIUS, quos conſului; forte et alii, a me haud viſi.

(*ab*) Fateor, BOHUSL. BALBINUM ſec. XVII. non ignoraſſe, duos fratres primos fuiſſe in Germania impreſſores, ut indicavi *Cap. VII.* §. 9.; verum ille et Germanus fuit, et documenta inedita innumera ad manus habuit, qualia Atkinſio innotuiſſe, atque hanc detexiſſe circumſtantiam probabile non eſt.

rit; ſed proficiſci ea neceſſario debuit a ſcriptore non adeo multum a tempore inventionis remoto, cui ſaltem haec hiſtoria ex optimis monumentis probe erat perſpecta.

Ita vero auctoritate huius excerpti, niſi me omnia fallant, vindicata, aequum eſt, ut ea ſolvam dubia, quae contra illius fidem hactenus allata ſunt, partim a Middletono, partim a Te ipſo, v. cl. (*ac*).

Primarium quidem argumentum inde petitur, quod quum Atkinſius originale mſ. in bibliotheca Lambethana ſuo tempore exſtare tradiderit, id tamen neque inter libros neque archiva illic reperiri potuerit; etiamſi ſaepius, in gratiam tum ill. THOMAE HERBERT, Pembrokiae Comitis, tum aliorum, diligens ad hoc navata fuerit opera; imo quamvis omnia illic cimelia ſedulo a Te examinata, indiceque, quem Tuo beneficio ipſe inſpexi, accuratiſſimo comprehenſa fuerint. Et ſane haec ratio perſuadet mihi, illud neque ſupereſſe ibi, neque a pluribus retro luſtris ſuperfuiſſe amplius; minime autem probat, non exſtitiſſe a. 1664., quo ſcribebat Atkinſius. Copia enim, de qua locuti ſumus, authentica, quaeque hoc ipſo anno penes Birkenheadium erat, pro originali inſtrumento teſtis eſt omni exceptione maior. Archetypum

(*ac*) Ante Middletonum Sam. Palmer *dict. lib. pag. Rr.* (male numer. 122.) *ſeq.* auctoritatem huius mſ. primum oppugnare, moxque defendere ſtuduit. At illius ratiocinationes omnes tam inſulſae ſunt, ut iis immorari tantundem foret, atque abuti otio. Quae vero noviſſime FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 48. in hanc rem protulit, ex antedictis ſua ſponte corruunt; niſi quod adiungere licebit, perperam ab eo negari, 1500. marcis fuiſſe opus ad erigendam in Anglia officinam impreſſoriam, quia ad hunc ſcopum ſuffeciſſet preli et typorum aliquot ceterorumque utenſilium fabrica, tanto pro ea aetate non indigens aere. Nam perpendere v. cl. debuerat, eiusmodi apparatum conſtrui in Anglia non potuiſſe absque praevia cognitione artis, quae aliunde petenda erat; difficilius autem multo fuiſſe, officinae Harlemenſi ſubducere omnia illa inſtrumenta, (quorum uſus etiam absque periti artificis directione multum torſiſſet Britannos) quam muneribus vincere operarium: hunc vero minori pretio obtineri potuiſſe qua ratione probabit Fournierius?

pum ergo ſi revera exſtitit, quidni latuiſſet tum temporis in Lambethanis aedibus, quum Atkinſius diſtincte tradiderit, id inveniri non in Archiep. Cantuarienſis, verum ipſius ſedis bibliotheca; illius autem, ut hac in parte veritati parceret, nullo modo intereſſet? Ita vero locum haud occupavit in *libro memoriali* Archiep. Bourcherii, cui illa potiſſimum inſerta ſunt, quae iura Archiepiſcopatus ſpectant, ſed veroſimiliter inter plures chartas et rationes ad Bourcherium pertinentes, quales magna copia illic asſervari nuper mihi ſignificaſti (*ad*). Neque obſtat, quod illic haud ſuperſit amplius. Quot enim quantaque dantur exempla, ut veteres libri chartaeve e bibliothecis, quarum partem olim conſtituerunt, tandem exulaverint; nec furto tantum, ſed etiam caſu fortuito, cuſtodumve incuria, dum huiusmodi reliquias aliorum uſui impertientes repetere in tempore neglexerunt? Simile fatum huic mſ., ut ſuſpicor, peperit exitium. Birkenheadius enim, ut vidimus, originale inſtrumentum a. 1664. expetens, et per ſcribam publicum transſcribi iubens, finito negotio a Parliamento inferiore ſibi demandato, id forte cuſtodi bibliothecae Lambethanae reſtituere ſtatim praetermiſit; forte etiam ſuperioris Parliamenti deputatis, aut ſi malis, Regi, huiusve miniſtris, curioſis agitatam quaeſtionem circa ius typographiae regale denuo examinandi, tradere iuſſus eſt. Atque ita, dum per aliquod tempus extra legitimam ſedem vagaretur id mſ., periisſe hoc tandem arbitror atroci illo incendio Londinenſi, d. 3. Septemb. 1666. quod plusquam tredecim mille aedes, et monumenta literaria innumera conſumſit. Iſthaec quibus diſplicet con-

(*ad*) Scilicet cl. Ducarellius pluribus poſt tranſmiſſam longiorem ſuam, quam edidi, epiſtolam menſibus ad me ſcripſit, in aedibus Lambethanis ſeptem repertos fuiſſe ſaccos, qui repleti eſſent variis chartis membranaceis, tempore Henrici VI. Regis exaratis, ab a. 1422. ad 1460. itemque rationibus aliquot expenſarum ac redituum Archiep. Bourcherii, quae vocantur *Computus generales Baillivorum et miniſtrorum Dom. Archiepiſcopi.*

coniectura, illi operam velim navent, ut (quod vehementer opto) exhibitione originalis inſtrumenti convincere me erroris aliquando poſſint.

Alterum argumentum elicitur e circumſtantiis temporis, quibus parum convenire hanc hiſtoriam putat Middletonus, quod Rex Henricus VI. bello civili tum involutus eſſet. At nollem hoc argumentum tanto viro excidiſſet. Quid ſi enim ipſi opponam exempla bene multa ex hiſtoria, tum vetere, tum recenti, ubi media inter bella inteſtina artes ſcientiaeque fuere promotae? Sed non opus erit, ut iis congerendis bonas horas perdam. Animadvertiſſe ſuffecerit, Archiepiſcopum Cantuarienſem bene perſpexiſſe utilitatem, e typographiae exercitio ad populares ſuos redundaturam, eamque ob oculos poſuiſſe Regi, qui ſi ob levem impenſam mille et quingentarum marcarum, (quae adaequantur mille libris ſterlingicis) eo nomine erogandam, occaſionem adeo propitiam neglexiſſet, regio nomine et titulo fuiſſet omnino indignus. Imo conſtat, propenſo erga literas animo fuiſſe Henricum, quum et Collegium Etonenſe fundaverit, et regii apud Cantabrigienſes iecerit fundamenta, et medios etiam inter tumultus duobus Collegiis Oxoniae, ubi prima olim ſcientiarum elementa imbiberat, largitiones fecerit (*ae*).

Tertium argumentum inde infertur, quod Guil. Caxtonus, qui Weſtmonaſterium a. 1474. artem attulit, eam didicerit Coloniae, quo iter porrigere ei haud opus erat, ſi exercita illa tunc Oxoniae fuiſſet. At vero parum id ſtringit, ſi vitae rationem Caxtoni perpendamus. Hic enim ipſe in praefatione *hiſtoriae Troianae* (*af*), cuius interpretationem Anglicam Brugis 1. Martii

---

(*ae*) Vid. Twynus in *Apolog. pro antiq. Acad. Oxon. Lib. III.* §. 174. *ſeq.* Ant. Woodus *dict. lib. Tom. I. p.* 224.

(*af*) *Recuyel of the hiſtoryes of Troy, by Raoul le Fevre.* vid. ap. Lewis *p.* 2. et Ames *p.* 2.

tii 1468. coepit, Gandavi profecutus eſt, et Coloniae 19. ſept. 1471. finivit, ſuisque porro typis a. 1472. vel ſeq. hac ipſa (ut probabile eſt) in urbe impreſſit, teſtatur, ſe per triginta annos maximam temporis partem in Belgio tranſegiſſe, imo addictum fuiſſe aliquamdiu aulae Margaretae, Burgundiae Ducis, et ſororis Eduardi IV. Angliae Regis. Nemo igitur eſt, qui non videat, ipſi in Flandria degenti oportunius fuiſſe, Coloniam Agrippinam, quam trans mare Oxoniam currere, ut typographiae principiis innutriretur. Sed aderat praeterea ſpecialis ratio. Corſellius, qui operarius fuerat Harlemi, non aliam artem inferre potuit Oxoniam, niſi quam apud Batavos didicerat, nempe ſculptis, ligneis cum maxime, characteribus. Haec vero ſculptura res erat immenſi laboris. Caxtonus itaque, poſt divulgatam a. 1462. per Moguntinae officinae operarios fuſoriam artem, hanc ſibi addiſcendam vidit, ut in re typographica Oxonienſes vinceret; quod mente agitans Germanos adire debuit. Simili plane ratione, atque Theodoricus Martini, natione Belga, novam artem in Germania, Galliaque didicit, inque patriam intulit, etſi vetus antea in officina Laurentiana exerceretur (*ag*). Caxtonus itaque pari etiam ſubſcriptione, qua novum typographiae genus extollebatur (*ab*), atque Th. Martini ſocius Jo. de Weſtphalia (*ai*), in libris ſuis uſus eſt.

Quartum argumentum Middletono ſuppeditavit diligentiſſimus antiquarius JO. LELANDUS, a. 1552. fato functus (*ak*), quando *Gul. Caxodunum* (Caxton) vocavit *Angliae prototypographum* (*al*). Sed illud quidem, ut Corſellium ex antiquiori poſſeſſione deiicere

(*ag*) Conf. *Orig. noſtr. Cap. V.* §. 1.

(*ab*) Vid. ad calcem laudatae modo hiſtoriae Troianae, referentibus Lewiſio *p.* 6. et Ameſio *p.* 4.

(*ai*) Vid. Maittaire *Annal. Tom. I. p.* 346. *ſeq.*

(*ak*) Conf. THOM. TANNERI *Bibliotheca Britanno-Hibern. p.* 475. *ſeq.* Poſt Lelandum id alii quoque tradiderunt, a Middletono citati; ſed quum omnes aevi modo praecedentis ſint, eorum auctoritates levis hac in parte momenti videntur.

(*al*) *Lib. de ſcriptoribus Britanniae Cap.* 586. *p.* 480.

re poſſit, verendum non eſt. Quam in rem non utar vel Jo. Bagfordi ſolutione (*am*), qui primos codices impreſſos in genere Corſellio, at Anglica lingua editos Caxtono tribuit, quoniam perquam ieiuna mihi videtur, vel ingenioſiore Proſp. Marchantii conciliatione (*am**), qui dum Corſellium principem Angliae typographum ſtatuit, quod primos illic libros impreſſiſſet, eundem tamen titulum Caxtono alio ſenſu adſcribi poſſe credidit, quod huius opera atque induſtria (nam per Caxtonum ac Turnourum Harlemo ſeductus Corſellius et in Angliam transvectus eſt) typographia ad Britannos pervenerit. Quum enim alibi Lelandus (*an*) ſcripſerit, Caxtonum *primum Londini artem exercuiſſe typographicam*, exiſtimo, hunc ſcriptorem metropolin Angliae habuiſſe pro prima huius regni urbe typographica. Sed nodus, ut ego puto, latet in intellectu vocabuli *artis impreſſoriae*, ſeu *typographicae*, per quam veteres intellexere artem typis aeneis imprimendi, ut ſuo loco oſtendi (*ao*). Et ita Lelandus hac locutione non excluſit anteriores impreſſiones, typis ligneis a Corſellio factas; perinde atque inſcriptio ſepulchralis Theod. Martini, a me producta (*ap*), nihil vel adimit vel minuit monumentis officinae Laurentianae literariis.

Minoris momenti eſt, quod infertur quinto loco ex epigraphe, ſubiecta PHALARIDIS *epiſtolis*, per Franc. Aretinum tranſlatis, edit. Oxon. circa a. 1485. quam integram apponere utile erit:

*Hoc Teodoricus Rood, quem Collonia miſit,*
*Sanguine Germanus, nobile preſſit opus,*
*Atque ſibi ſocius Thomas fuit Anglicus Hunte.*
*Dii dent, ut Venetos exuperare queant.*

*Quam*

(*am*) Ita ex huius ſchedis mſſ. refert Thom. Hearne in *Not. ad* GUL. NEUBRIGENSIS *Hiſt. Angl. Vol. III. p.* 744. edit. Oxon. 1719.
(*am**) *Hiſt. de l'imprim. Part. II. p.* 122.
(*an*) *Dict. lib. Cap.* 505. *p.* 423.
(*ao*) *Orig. typ. Cap. VII.* §. 3.
(*ap*) Ibid. *Cap. V.* not. *e.*

*Quam Jenſon Venetos docuit vir Gallicus artem,*
*Ingenio didicit terra Britanna ſuo.*
*Celatos Veneti nobis transmittere libros*
*Cedite, nos aliis vendimus, o Veneti.*
*Quae fuerat vobis ars primum nota Latini,*
*Eſt eadem nobis ipſa reperta preſens.*
*Quamvis ſeiunctos toto canit orbe Britannos*
*Virgilius, placet his lingua Latina tamen.*

Verſiculo ſexto indicari Middletonus putat, artem in Anglia non ab extero, verum indigena, primum exercitam, qualem fuiſſe Corſellium haud liquet, Caxtonum conſtat (*aq*). At vero totus contextus probat, verba haec interpretationem literalem haud pati, quia ſic innuerent, artem Venetos quidem ab extero, Nic. Jenſone, primum didiciſſe, Britannos autem proprio excogitaſſe ingenio; quod utrumque repugnat veritati. Nam Jenſoni, qui imprimere coepit Venetiis a. 1470., jam biennio illic praeceſſerat Joannes de Spira (*ar*). Britannis autem ſive Corſellium ſive Caxtonum primum impreſſorem demus, utrumque extra Angliam didiciſſe artem certum eſt. Quum vero de Jenſone ipſi ſcripſerint veteres, eum ceteros eleganti imprimendi ratione viciſſe (*as*), mens Poëtae mihi quidem videtur perſpicua; quod

(*aq*) Ipſius Caxtoni verbis docuit Lewis, illum in Comitatu Kentiae lucem adſpexiſſe.

(*ar*) Ante Jenſonis adventum Venetiis libros iam excuſos fuiſſe pridem tradidit Chronographus Colonienſis. vid. *Append. N.* 5. quin imo ipſe Spirenſis in ſubſcriptione *epiſtolarum* CICERONIS *ad familiares* 1469. primum ſeſe impreſſorem Venetum tradidit; unde certiſſimum eſt, epigraphen libri, dicti *Decor puellarum*, et a. 1461. Nic. Jenſoni adſcripti, (quam vero Schelhornius in *not. ad lib. Card. Quirini p.* 100. calamo additam perperam ſuſpicatus eſt) vitio laborare, et legendum 1471., quod et Middletonus agnovit, et ulterius deinde confirmarunt CL. DE BOZE *Tom XIV. des Memoires de l'Acad. des Inſcript. Part. I. p.* 232. atque auctor *Catalogi Bibliothecae Smithianae p.* 116.

(*as*) Vid. verba, quae ex praefat. OMNIBONI ante QUINTILIAN. 1471. adduxi *Cap. I. Orig.* §. 5. *in not.* Addam nunc ſimilia BENED. BROGNOLI e *praefat.* DIOG. LAËR-

quod ſicut Veneti hanc typographiae perfectionem extero, nempe Jenſoni, debebant, ita Angli proprio ingenio artem ad ſimilem gradum evexerint; unde etiam *caelatos* ab his libros dixit, ut impreſſionum elegantiam exprimeret. Ita vero extollere auctor voluit non primum Britanniae typographum, ſed impreſſorem opuſculi Thomam Hunte, Anglum; utpote quem iam optaverat, fore, ut cum ſocio Theod. Roodio ipſos aliquando ſuperaret Venetos: qua in parte ſi cui aqua porro haereat, hunc perſimile NIC. GUPALATINI teſtimonium de Clementis Patavini impreſſionibus omnino convincet (*at*).

Sexto argumento coniungere licebit, quae ex ſilentio ipſius GUL. CAXTONI, MATH. PARKERI, ſcriptorum porro Belgii noſtri, et RICH. PRYNNE de hac hiſtoria, ducuntur obiectiones; quandoquidem huiusmodi argumentationes ex logices principiis conſtat perquam eſſe infirmas.

Caxtonus ſcilicet ſuae *Polychronici* continuationi, quam perduxit ad finem regni Henrici VI. ne verbum quidem de hac expeditione immiſcuit; imo origines impreſſoriae artis repetiit Moguntia, quod Middletoni opinione non feciſſet, ſi ipſe Corſellium Harlemo conduxiſſet ad Anglos (*au*). Sed haec nihil aliud probant

TII, Venet. 1475. *Omitto, quod cum multi ſint impreſſores in hac excellentiſſima in omni rerum genere civitate, ab eo videbam Diogenem imprimendum eſſe, qui ſine controverſia caeteris omnibus eius artificii magiſtris multum etiam antecedit, Nicolao Jenſone.*

(*at*) Verba occurrunt in praefat. MESUAE *de medicinis univerſalibus*, edit. Venet. 1471. *Verum tamen hac in re me palam profiteri minime pudebit, ita quoque hanc artem, ut pleraque alibi inventa, cum in Italiam traducta fuerint, politiorem excultioremque factam eſſe. Cuius rei ſane clariſſimum exemplum praebet libri huius elegantisſimus impreſſor Clemens Patavinus, ſacerdos bonus, virque non ſolum litterarum ſtudiis apprime eruditus, ſed et omnium, quos unquam novi, in dedaleo praeſertim et manuali opere ingenioſisſimus. Nam cum neminem tale artificium operantem unquam proſpexerit, ſuo perſpicaci ingenio, elementis quibusdam tantum huius artis perceptis, reliqua conſummatisſime reperiens, Italorum primus libros hac arte formavit.* En ergo Clementi Patavino ſimillimum Thomam Hunte, Anglum, quum uterque principiis modo artis imbutus proprio illam deinde excoluerit ingenio!

(*au*) Quum Caxtoni praenomen non exprimatur in excerpto mſ., dubitavi aliquando, an unus idemque cum Weſtmonaſterienſi typographo foret: etſi enim adii-

bant, quam Caxtonum omiſiſſe hiſtoriae ſuae inſerere, quae ad prima artis incunabula ſpectant; id vero ipſi cum omnibus eius aevi chronographis commune fuit. Et profecto, ſalva Middletoni ſententia, longe magis mirandum eſt, Caxtonum neque in hoc Chronico, neque in ullis librorum, quos excudit, praefationibus, ubi de ſe peregrinationibusque ſuis haud raro verba fecit, ſe ipſum tradidiſſe primum Angliae typographum. Ut adeo Caxtoni hac de re ſilentium Middletoni cauſam iugulet potius, quam firmet (*ax*). Quod vero artem impreſſoriam adſcripſerit Moguntiae, reſtringendum ad typos metallicos certiſſimum eſt; neque hac in parte quidquam e propria penu Caxtonus attulit, deſcribens tantummodo *Faſciculum temporum* ab HENRICO WIRZBURG DE VACH interpolatum, uti poſt Caxtonum ab aliis quoque factum (*ay*).

Parkerum bona fide arbitror, origines artis in Anglia omnino ignoraſſe; unde ex eius ſilentio non magis enervatur preli translatio Harlemo ad Oxonienſes per Corſellium, quam Colonia ad Weſtmonaſterienſes per Caxtonum, quam in dubium vocat nemo. In typographiae originibus quam parum verſatus fuerit Parkerus, ipſe prodit, dum Argentorato inventionem adſcribit tempore Bourcherii Archiep. Cantuar., adeoque poſt a. 1454. quod a veritate tam longe abeſt, ut mea refutatione non egeat.

Belgicos ſcriptores de hac hiſtoria ſiluiſſe mirandum non eſt, quod

---

ciatur illic, eum mercaturae cauſa ad Belgas excurriſſe, id tamen aeque applicari poſſet Richardo Caxton, mercatori Londinenſi, qui circa idem tempus floruit; ſi vera ſunt, quae Palmer *p.* 139. ſcripſit. Sed huius hominis commenta ex innumeris locis mihi patuerunt.

(*ax*) Urget Middletonus, quod in ſubſcriptionibus ſuis ita typographiam deſcribat Caxtonus, atque iis moris erat, qui primi artem in exteras regiones adferebant. Verum facere id ſummo iure potuit, quod primus ipſe eſſet Londini, vel accurate loquendo Weſtmonaſterii, impreſſor; imo maiore, quam Udalr. Gallus, ſimili epigraphes genere Romae uſus, tametſi iam Conradum Sweynheim et Arn. Pannartz in typographiae exercitio illic habuiſſet praecurſores.

(*ay*) Vid. *Append. noſtr. docum. N.* 24. *et* 25.

quod illa Anglorum quidem reſpectu memorabilis, at Batavorum leviſſimi momenti eſſet, horumque gloriae nihil vel adderet vel detraheret. Imo, qui de inventione artis Harlemi, eiusque ad Moguntinos migratione omnino tacuerant, cur aliquid ſcripſisſent de translatione diu poſthac ad Anglos facta? HADR. JUNIO autem ſufficiebat, priori de re verba facere, quod aſſertionem Moguntinorum, artem impreſſoriam ſibi vindicantium, infringere Batavorum cauſam, etſi perperam, exiſtimaret. At quum Britanni nunquam ſibi inventum aſſcripſiſſent, ſcrupuloſe inquirere ipſi haud opus erat, qua ratione artem illi mutuati eſſent ab Harlemenſibus; quae ignoraſſe etiam Junium arbitror.

E teſtimonio Richardi Prynne, in cauſa a. 1642. agitata, vereor, ut inferri poſſit, hiſtoriam Corſellii fuiſſe tunc incognitam. Lis quippe erat typographos inter, et ſingulari privilegio a Rege donatos. Illorum iura quum defenderet Prynnius, ad auctoritatem mſ. Lambethani fruſtra provocaſſet, unde alia omnia elici poterant. Pro fundamento itaque poſuit, typographiam per Caxtonum primum advectam in Angliam, provocans ſine dubio ad Lelandi aliorumque teſtimonia. Qui vero privilegium a Rege impetraverant, probabiliter ſeſe, ut ius typographiae regale defenderent, munivere teſtimonio huius mſ., quod iam a. 1608. cognitum fuiſſe ex Twyni verbis collegi. Eius ergo documenti non authenticitati quidem (a nemine in dubium tunc vocatae) ſed fidei hiſtoricae detrahere quum e re eſſet Prynnii, ſcribit, *adverſarios* (qui nempe artem ad Oxonienſes ſumtibus regiis primum perveniſſe ope huius mſ. ſtatuebant) *circa translationem artis in Angliam errorem commiſiſſe;* ipſe interea non animadvertens, utramque et auctoris mſ. Lambethani et Lelandi traditionem veram eſſe, dum ille artem impreſſoriam latiore, hic ſtrictiore ſenſu intellexit. Atque ita commodam interpretationem recipiunt verba Prynnii, quae obſcura Tibi, v. cl., viſa ſunt.

Quod porro ſpectat deciſionem in cauſa, inter Academiam Cantabrigienſem et typographum regium ante paucos annos agitata,

ta, recte omnino huic homini privilegium excluſivum libros iuridicos edendi abiudicavit Curia, quum nusquam locorum typographia regalibus annumerata fuerit. At ſi eadem Curia ſimul reiecit auctoritatem mſ. Lambethani, ita ſine dubio iudicavit, quod Middletoni argumenta vim perſuadendi apud eam inveniſſent, indeque pro ſpurio haberetur, quod produci amplius in archetypo haud poterat, documentum.

Quod tandem Corſellii nomen incognitum ſtatuis in Anglia ante ſeculum XVII. ipſe, v. cl., ſatis perſpicis, ſupponere, Corſellii typographi ad Oxonienſes iter eſſe imaginarium, quod nos inter controverſum eſt. Quid quod in re ipſa quoque lapſus ſis, quum Corcellii cuiusdam ex Anglia ignominioſe eiecti ad a. 1586. meminerit GUIL. CAMDENUS (*az*). Imo nomen hoc gentilitium aevo XV., quo decantata illa accidit hiſtoria, non incelebre erat (*ba*); quandoquidem Thomas de Corſellis, Theologiae magiſter, et Canonicus Ambianenſis in Gallia, orator exſtitit in Concilio Baſileenſi a. 1434. ſeq., de quo multa retulit AENEAS SYLVIUS (*bb*). Uti vero plerique iſto proximoque ſeculo de maioribus ſuis parum ſolliciti erant, ita nemo mirabitur, Nicolaum Corſellis, qui genealogiam ſuam a. 1664. Heraldicae artis praefecto tradidit, latuiſſe gradus, quibus ab impreſſore Fride-

(*az*) *Annal. rer. Angl. regnante Elizabetha, Tom. II. p.* 466. edit. Thom. Hearne.

(*ba*) Familia haec proprio, ut arbitror, vocabulo *de Courcelles* ſeu *Courſelles* dicta fuit, atque ex Flandria affinibusque regionibus originem traxit. Certe Jacoba de Courcelles illic occurrit in charta a. 1215. et Guilielmus de Courcelles eques a. 1340. vid. JOH. LE CARPENTIER *Hiſt. geneal. de Cambray Part. III. p.* 245. *et* 601. Leodii etiam ſec. XVI. atque initio XVII. clari fuere Petrus Chriſtianus de Courſêle, Jctus, huiusque filius Gerardus Corſelius, anteceſſor poſthac Lovanienſis. vid. VALER. ANDREAS in *Faſt. Acad. Lovan. p.* 202. *edit.* 1650., atque in *Biblioth. Belg. p.* 347. edit. FOPPENS; pluresque eius nominis occurrunt *dans le Recueil heraldique des Bourguemaitres de Liege*, edit. Leod. 1720. Sed et Zeaganus Corſellis, de quo ſtatim loquemur, origine Flander erat.

(*bb*) *Lib. I. Commentar. de hoc Concilio.*

derico ipſe diſtabat, atque ita, quum adſcendere non poſſet ad tempora adeo remota, contentum fuiſſe originem repetere a patre Zeagano, qui e Flandria in Angliam migraverat; etſi Friderici oblitus deinde haud fuerit Joannes Corſellis in inſcriptione ſepulcrali Nicolao erecta a. 1674.

Sic igitur aſſeruiſſe atque ab obiectionibus liberaſſe mihi videor Oxonienſis typographiae prae reliquis Angliae vetuſtatem: quam etſi cauſam veritatis potiſſimum amore incitatus ſuſceperim defendendam, non parum tamen gaudeo, aliquod grati animi teſtimonium proferre mihi licuiſſe erga illuſtriſſimam hanc urbem atque academiam, ubi tot humanitatis officia ſemel iterumque expertus ſum, quum a. 1756. nobiliſſima Comes POMFRETTIA ob eximium antiquorum marmorum donum, proximoque triennio novus Cancellarius, vir ill. Joannes, WESTMORLANDIAE Comes, acclamationibus et feſtivitatibus iuſſu univerſitatis exciperetur; atque hac occaſione d. 3. Julii 1759. in frequentiſſima auditorum, ipſiusque ſexus elegantioris, corona Doctoris gradum in iure civili honoris cauſa obtinerem. Neque enim leve illi profecto civitati videri poteſt, ſi, quae a tot retro ſeculis ſcientiarum altrix iam exſtiterat, prima etiam apud Britannos artis, literarum propagatricis, fuiſſe probetur fautrix. At erunt fortaſſe, qui aliter ſentientes non omnino ad liquidum perductam rem exiſtimabunt: proinde aequum eſt, ut controverſiam hanc eorum porro ſubmittamus judicio, quibus ius ſuffragii eſt. Hos inter vero nominari cum maxime velim reverendiſſimum illum in Chriſto patrem, THOMAM SECKERUM, Cantuarienſem Archiepiſcopum, cuius eruditionem, candorem, atque humanitatem, multis modis comprobatam mihi, ſuſpexi cominus, ſaepiusque imitandam aliis propoſui. Huic interea Praeſuli digniſſimo ut ſalutem meo nomine impertiaris plurimam, Tibique etiam me ſemper habeas commendatiſſimum, oro quaeſoque. Dab. Roterodami menſe Decembr. MDCCLXI.

# OBSERVATIO NOVISSIMA
## *de inventis Moguntinenſium in arte chalcographica.*

Ut dies diem docet, ita quotieſcunque aut aliorum aut propria obſervata plus mihi lucis foenerantur, a priori opinione lubens recedo. Exempla huius rei duo triave lector offendet in *Originibus typographicis*, ubi emendavi aut correxi, quae antea in *Conſpectu* ſcripſeram. Neque id exprobrabit mihi, aut fluctuanti ingenio adſcribet paulo candidior quisquam. Cui etenim in obſcuriſſima materie, quae tot viris doctis negotium faceſſivit, imo plauſtra excitavit errorum, adeo liceat eſſe perſpicaci, ut omnes illico tenebras diſpellat? Quum itaque tanto apud me veritas in pretio ſit, diſſimulare etiam nec poſſum nec volo, novam adhuc mihi poſt deſcriptam typis magnam Diatribes noſtrae partem obveniſſe ideam, quam ſubſtituere alteri quum integrum idcirco haud fuerit, liberum iam manebit lectori electionis arbitrium.

Per totum igitur opus noſtrum ſtatui, ligneos typos mobiles Harlemo deberi, Moguntiae metallicos; quae ſententia, utpote plurimis veterum auctoritatibus directe ſuperſtructa, ut everti facile poſſit, verendum non eſt. In metallicis deinde partes inventionis deberi tum utrique Joh. Gensfleiſchio, tum Petro, qui poſtea acceſſit, Schoeffero, evictum quoque dedi. At qua ratione inventa haec utrimque diſpertiri oporteat, paulo aliter apud me nunc ſedet, quam *Cap.* I. et VII. expoſueram.

Tota autem diſceptatio, ut in re obſcura, quantum pote, ſimus perſpicui, ab hac quaeſtione pendet: num ſcil. Petrus Schoefferus artem fuſoriam ad typos primus applicuerit, ut vulgo creditur, an vero coeptam ab alio emendaverit modo ac perfecerit. Priori caſu dicendum erit, Gensfleiſchios ambos praeter ea, quae in reliquo apparatu impreſſorio correxerunt, nihil excogitaſſe novi, niſi converſionem typorum ligneorum in metallicos, nihil praeſtitiſſe, niſi ſculpturam e duriſſima materie perquam laborioſam; quae priſtina mea opinio fuit. Poſteriore ca-

ſu ipſa iam fuſoriae typorum artis principia ab illis repetenda ſunt, etſi a Schoeffero ſuperati poſthac fuerint longiſſime. Diſcutiamus primum hanc quaeſtionem rationibus a veroſimili petitis.

Defectus characterum Harlemenſium, ſeu ligneorum, tales erant, ut longas moras ante, multasque difficultates inter impreſſionem parere debuerint (*a*). His ſi ſola materiei mutatione obviam ire potuiſſet prototypographus Laurentius, id neglecturum hunc fuiſſe credendum non eſt. Quid enim? an fingi poterit, illum, qui, JUNIO teſte, magno erat ac ſubacto ingenio, quique per integrum decennium ſculptis e ligno typis uſus fuit, nunquam cogitaſſe de metalli ſubſtitutione, ſi multum inde ſibi ſpopondiſſet emolumenti? Talis certe idea neque Oedipo indigebat, neque exſecutione impoſſibilis erat, ut contra FOURNIERIUM oſtendi (*a**). Sed quid illa iuviſſet Laurentium? Duplum ad minimum temporis atque adeo pretii impendendum fuiſſet ad typos e metallo ſculptos, quam in ligneos exponi neceſſum erat. Aſſeverare hoc eo maiore cum fiducia poſſum, quod utriusque ſculpturae curaverim fieri experimentum. Et per me licet, ut alibi locorum denuo illud inſtituant viri literati, queis periti artifices ad manus ſunt, ut Pariſiis, Londini, Norimbergae, alibi. At qui literis e metallo caelatis minus iam favere me profiteor, reticere earundem commoda pro meo candore haud debeo. Materies illarum quum profecto ſolidior ſit, atque lignea, diutius etiam prelo reſiſtere potuit. Verum exempla librorum exiguo tunc numero excudebantur, imo ſi e buxo fabricati eſſent typi, bis mille ad minimum vicibus (forte et pluries) chartae appreſſionem ferre poterant, ut docuit me numerus exemplarium, quae tum in ipſo *Originum* libro (*b*), tum ſeparatim excudi iuſſi. Maior

(*a*) *Orig.* noſtr. *Cap. I.* §. 10.
(*a**) Vid. dict. *Cap.* not. *br.* et *co.*
(*b*) Ib. not. *bn.*

ior porro, inquies, conciliari poterat metallicis literis nitor, quam quidem ligneis, idque probabis ſpeciminibus a me exhibitis. At ſi elegantia iſthaec coniuncta fuit cum longe maiori et opera et ſumtu, placere illa non poterat Laurentio, de lucro magis quam gloria ſollicito (*c*).

Ligneorum ergo characterum vitia quum praecipue reſiderent tum in ſculpturae moleſtia, tum in iuncturae difficultate, utrique ſane malo ſuccurri haud potuit, niſi ſubſtitutione quidem metalli, ſed ita ut ſimul illi comes eſſet ars fuſoria. De hac fieri potuiſſe, ut cogitarit aliquando Laurentius, non equidem negaverim. At fuſilium typorum veſtigia in nullo eius opere apparent, et receptus hac in parte apud Batavos, quem profligavi, error e turbido BELLEFORESTII fonte dimanavit, qui, praeter argumenta a me ſuo loco (*d*) prolata, inde quoque refellitur, quod rude informeque Laurentii inventum vocaverint ZURENUS et COORNHERTIUS, imo auctorem ante perfectam celebratamque artem defunctum ſcripſerit GUICCIARDINUS (*e*). Itaque certum apud me manebit, prototypographum eo usque artem promovere non potuiſſe ob difficultates in confectione metalli ceterique apparatus ad hoc neceſſarii obvias. Contentus itaque ligneis typis eſſe quum debuerit, in his perfectioribus reddendis ſuam collocavit induſtriam, nec omnino absque ſucceſſu, prout ectypi noſtri fidem faciunt (*f*).

Hos igitur e ligno typos in officina Laurentiana invenit, hos Moguntiam deinde tranſtulit Jo. Gensfleiſchius ſenior, et ad opuſcula

(*c*) Add. ſupr. *Cap. IV.* §. 8. junct. *Cap. V.* §. 1.

(*d*) Dict. *Cap. IV.* §. 7.

(*e*) Vid. *Append.* noſtr. *Documentor. N.* 81. 82. *et* 84.

(*f*) Origo et progreſſus typorum Laurentii videri poteſt *Tab. I. II. III. IV.* et qua ratione lignei hi characteres poſtea adhuc ab illius heredibus emendati fuerint, *Tabulae V. VI. VII.* oſtendunt.

puſcula ALEXANDRI GALLI, PETRIque HISPANI adhibuit (*g*). Iis autem forte detritis, ſaltem reiectis, ſubſtituendi erant novi. Jamne exiſtimabimus, illum, cui idem atque Laurentio ſcopus lucri erat, de ſola materiei mutatione fuiſſe ſollicitum, aut, ſi fuerit, an meruiſſe illum dicemus nomen, quod obtinuit, inventoris artis impreſſoriae (*h*)? Profecto minime. Apage igitur meram typorum e metallo ſculpturam. Oportet utique, graviora eum habuiſſe occupatum, et talia proinde, in queis deferbuerat Laurentii induſtria. Fuſoriam ergo artem agitare coepit animo, quam licet finxeris ſimpliciſſimam, duo praeſtari oportuit: primum, ut debita inveniretur metalli compoſitio, quae ſi nimia duritie peccaſſet, magna in fuſione creare poterat obſtacula; ſi mollitie, non diu ſuſtinuiſſet prela: deinde, ut excogitarentur moduli, ad materiem igne liquefactam recipiendam indeque procreanda ſigna impreſſoria, accommodati. Sicut igitur artes nunquam fere perficiuntur, niſi per gradus, ita nemo hercle mirabitur, primos Moguntiae impreſſores, etſi totis in hoc opus viribus incubuerint, haud parum tamen reliquiſſe aliorum induſtriae. Materia ſiquidem initio nimis revera mollis erat, quam ut multas recipere impreſſiones poſſet (*i*), eaque tandem inventa mixtura, quae voto aliqua ratione ſatisfaceret, eo tamen perventum haud illico fuiſſe arbitror, ut ex modulis eo prodirent habitu typi, quo impreſſioni eſſent accommodati. Minime. Nihil ergo praeſtitum aliud, quam ut funderentur corpora metallica, literas cultelli ope mox receptura. Multum interea iam protulerat haec res adiumenti. Si enim ſubſtantiam huiusmodi typorum reſpicias, maior utique ſoliditas ac durities; ſi fabricam, reductio ſculpturae integrae ad partem; ſi compoſitionem in paginas, melior iunctu-

ra

(*g*) Vid. *Cap. IV. §. ult.*
(*h*) Conf. *Cap. VII. §. 6. ſeq.*
(*i*) Id diſerte teſtatur FAUSTUS ASCHAFFEBURGIUS. vid. *Cap. VII. §. penult.*

ra (*k*); ſi denique impreſſionem, maior elegantia eos prae ligneis commendabant. Earum literarum ideam primaque tentamina, quum circa a. 1440. imprimendorum librorum ratio Moguntiae a veteribus tribuatur (*l*), deberi exiſtimo Jo. Gensfleiſchio ſeniori, perfectionem Gutenbergio, indeque eveniſſe, ut ſcriptorum plerique miſſa illius mentione verba de hoc ſolo fecerint. Sic igitur Gutenbergius meritus elogium eſt inventoris artis impreſſoriae, quatenus haec in metallicarum literarum uſu conſiſtere, atque ab arte fundendi inſeparabilis eſt credita. Sic reperta Harlemenſium, a queis ars illa fuſoria aberat, a ZELLIO ceterisque conſiderata fuerunt, ut impreſſoriae praeludia. Quot vero difficultates ſuperandae fuerint ad iſthaec omnia perficienda, quivis intelligit, neque idcirco mirabitur, ab anno 1442. vel ſequenti in hac arte laboratum, donec anno demum 1450. *Biblia* prodierint, quae ſi ipſiſſima ſunt, ut ego arbitror, Coenobii Benedictinorum Moguntinenſium (*m*), tantam hercle iam produnt elegantiam et aequalem linearum diſtantiam, ut literis mere ſculptis imprimi vix potuerint, quod et de utroque *Pſalterio* anni 1457. et 1459. dictum velim (*n*). Licet enim in typis, quos integros ex aere ſculpendos curavi (*o*), mira pelluceat corporum aequalitas, hoſce tamen animadvertendum eſt, et paucas fuiſſe

(*k*) Profluere haec inde neceſſario debuit, quod aequalius fundi corpora quam ſculpi poſſent. In hac tamen arte fuſoria non omnes Gutenbergii diſcipuli aeque ac inventor fuiſſe videntur periti; atque adeo modulos interdum confeciſſe non affabre ſatis formatos iuſtaeve proportionis. Certe fili in compoſitione nexum metallicis etiam typis nonnunquam inſerviiſſe *Cap. I.* §. 11. oſtendi, inutilem profecto, ni corpora inaequalitate laboraſſent. Hoc vero quum ad Schoefferianos typos, utpote perfectiſſimos, applicare vix liceat, intelligendum de ſculpto-fuſis, qui diu adhuc ſubſtitere, conſequens eſt.

(*l*) Vid. *Cap. VII.* §. 12.

(*m*) Dict. *Cap. VII.* not. *e*.

(*n*) Id me docuerunt horum operum ectypi accuratiſſimi, *antiquitatibus* noſtris *typographiae Moguntinenſis*, Deo volente, inſerendi.

(*o*) Vid. *Cap. I.* not. *br*.

fuiſſe numero, et eo ſculptas ordine, quo ſubſequi ſeſe in compoſitione debebant, atque ita dari potuiſſe ab artifice operam, ut optime ſibi cohaererent. Id autem fieri vix licuit in characteribus magna copia ſculptis, qui promiſcue ex ſui ordinis loculo petuntur, neque centies permutari atque adaptari praecedentibus a typothetis poſſunt.

Typus igitur a Moguntinis primum inventus, et Gutenbergianus, eſt ſculpto-fuſus. Sed hic artem minime abſolverat. Defectus adhuc forte aliqui ſupererant in compoſitione materiei, et quod caput rei erat, multum adhuc temporis indeque profluentis impenſae deſiderabat literarum inciſio fuſis corporibus ope ſcalpri. Utrique malo ſuccurrit tandem ſagacisſimus ille Petrus Schoefferus; nam et metalli mixturam reddidit perfectisſimam, et excogitavit porro archetypos, queis ſignarentur moduli, *matrices* iam dicti, atque ita effecit, ut ex ſignatis hiſce modulis prodirent corpora non inertia, verum, ut ita loquar, animata, ſuoque charactere, ſive alphabetico ſive quocunque alio, inſtructa. Ita typos fabricavit illius praeſtantiae, quales admirata eſt, conſtanterque adhibuit poſterior aetas.

Sic itaque coniecturam noſtram ad quendam probabilitatis gradum evexiſſe me opinor. At ſi veterum illa teſtimoniis oſtendi iam posſit congrua, elevabitur illa usque ad gradum certitudinis. Agedum igitur examinemus ea, quaecunque huc faciunt, modeſta criſi.

Primum praecipuumque hac in parte adiumentum nobis praebet TRITHEMII locus in *Annalibus Hirſaugienſibus*, ubi ſcriptum legimus (*p*): *Poſt haec inventis ſucceſſerunt ſubtiliora, inveneruntque* (Gutenbergius Fauſtusque, de queis verba fecerat) *modum fundendi formas omnium Latini alphabeti literarum, quas ipſi matrices nominabant, ex quibus rurſum aeneos ſive ſtanneos characteres fun-*

(*p*) Locum integrum exhibemus in *Append. N.* 4.

*ſundebant ad omnem preſſuram ſufficientes*, *quos prius manibus ſculpebant.* Locus integer ſi e calamo viri praeclari ita profluxit, lapſum hunc fuiſſe duplici nomine oportet; primum, quod *formas* et *matrices* pro ſynonymis habuerit, deinde quod ipſas matrices fundi ſolitas exiſtimaverit. Prius ſtatuere vix licet, quum recepta illo aevo *formarum* ſignificatio eſſet pro ſignis impreſſoriis ſive coniunctis ſive disiunctis, eaque paulo ante ipſe uſus fuerit Trithemius (*q*), quem profecto eodem in loco *formas* ſenſu tantopere diverſo adhibuiſſe credendum non eſt. Poſterius ſupponere iniquum plane foret, quum auctor multis libris editis clarus ſaepiſſime rem cum typographis habere debuerit, imo, quod magis eſt, totam hanc hiſtoriam cum omnibus circumſtantiis ab ipſo cognoverit Petro Schoeffero; unde ignorare haud potuit, matrices ipſas neutiquam fundi, fuſi autem metalli eſſe receptacula. Quum vero *Annalium* horum editori non ipſum ſcriptoris autographum, utpote flammis iam tum conſumtum, ſed apographum duntaxat exprimere licuerit (*r*), credere malim, ſubeſſe hic errorem librarii, qui originale opus transſcribens duas voculas aut omiſit per errorem, aut ſuperfluas iniuria credidit. Omne enim, mea opinione, vitium tolles, ſi poſt vocem *literarum* addas *e modulis*, aut quod levius multo eſt *ex iis*, ut referatur ad ſtatim ſequentes *matrices*; locutione aevo Trithemii ſat familiari. Sic itaque locum integrum lego atque interpretor: *Poſt haec inventis ſucceſſerunt ſubtiliora*, *inveneruntque modum fundendi formas* (id eſt, corpora) *omnium Latini alphabeti literarum* EX IIS, *quas ipſi matrices nominabant; ex quibus rurſum* (h. e. poſtmodum, ſive ſucceſſu temporis, ut opponatur ſequenti particulae *prius*) *aeneos ſive ſtanneos characteres* (id eſt, literas corporibus impoſitas; hoc enim ſenſu vocem *characteres* ſupra iam

(*q*) Vid. *Cap. I.* not. *ab.*
(*r*) Vid. *praefatio* edit. San-Gallenſis 1690.

iam adhibuit) *fundebant ad omnem preſſuram ſufficientes*, *quos prius* (quando ſcil. non niſi corpora fundebantur) *manibus ſculpebant.* Ita ergo progreſſum artis fuſoriae diſtincte nobis explicuit Trithemius, primo corporum duntaxat (queis characteres deinde incidebantur) poſtea ſimul cum characteribus fuſorum. Quid vero hac in parte Gutenbergio, quid Schoeffero debeatur, latere nos haud ſinit auctor; dum prioribus inventis Gutenbergio tributis mox ſubiungit, Petr. Schoefferum *faciliorem deinde modum fundendi characteres excogitaſſe*, *artemque compleviſſe.* Hic ergo artifex, originem et progreſſum artis impreſſoriae referens Trithemio, non ipſam ſibi tribuit fuſoriae artis ad typos applicationem, ſed faciliorem duntaxat methodum, cum formis nempe ſimul etiam characteres fundendi. Quum vero perquam glorioſus homo eſſet (*s*), fingi non poteſt, vel minimum ſuae detraxiſſe inventioni, aliter profecto locuturus, nec quidquam hac in parte ceſſurus Gutenbergio, ſi ipſe revera primus artis literarum fuſoriae exſtitiſſet auctor. Ita quum naturalem haec verba explicationem admittant, non placet altera longius petita, qua uſus ſum antea (*t*).

Ex memorato Trithemii loco commodam pro noſtra ſententia explicationem porro recipiet alter, digniſſimi nempe illius, ad quem totiens provocavimus, ZELLII (*u*). Hic ſcil. de ipſius Gutenbergii apud Moguntinos inventis loquens, eaque anterioribus Batavicis opponens, multo illa fuiſſe his excellentiora ac ſubtiliora (*vill meyſterlicher ind ſubtilicher*) addit. At qui ligno ſimpliciter metallum ſubſtituit, hunc ſubtilem ingenio fuiſſe non recte dixeris, ſummo autem iure illum, qui fuſionem metalli ad ty-

(*s*) Patet hoc ex carmine, quod ſubiecit ſuae *Inſtitutionum* JUSTINIANI editioni 1468. *Append.* noſtr. *N.* 4.
(*t*) *Cap. VII.* §. *penult.*
(*u*) *Append. N.* 5.

typos applicando artem reddidit et expeditiorem et cultiorem. Ac ne dubites, Trithemius *loc. cit.* eadem uſus phraſi *ſubtiliora inventa* dixit, quae in modo fundendi formas omnium alphabeti literarum conſiſterent.

BERGELLANUS, qui e Chrônico Trithemii et narrationibus civium Moguntinenſium ſuum poëma contexuit ($x$), etſi hoc lapſus ſit nomine, quod a tabulis ligneis ad Schoefferianos typos illico ſaltum faciat, illasque ſolas Gutenbergio acceptas referat, male capiens Trithemii verba, in eo tamen recte ipſius mentem asſecutus eſt, quod Schoefferum primum fudiſſe vocum in aere figuras ſcripſerit. Ignoravit igitur Bergellanus non ligneos modo typos ſingulares, de queis ſiluerat Trithemius, ſed etiam ſculptofuſos; atque ea de cauſa toreumatum (a Gutenbergio iam adhibitorum) inventionem tribuit Schoeffero, cui tamen debebantur modo archetypi, hisque matrices ſignandi ratio.

Quod ad FAUSTUM ASCHAFFENBURGIUM attinet in *relatione* ex familiae documentis petita, hic omne totius artis impreſſoriae repertum Moguntia repetiit, atque agnato quondam ſuo Jo. Fauſto et tabulas et ſingulares literas e ligno retulit acceptas, Batavis manifeſto iniurius. Mox ad P. Schoefferi inventa tranſiens ex vero ſcribit, eum clam matricem abecedariam incidiſſe, et cum characteribus inde fuſis hero ſuo Jo. Fauſto monſtraſſe; partem veritatis tamen reticens, nempe iam antea literas ſculpto-fuſas reperiſſe Gutenbergium, cuius gloriae invidum eſſe oportebat hominem, nimio et ſuae gentis et, quae cognatione illi iuncta erat, Schoefferianae amore captum.

Adiungere his liceret alia duo teſtimonia vetuſta, niſi tam generalia eſſent, ut interpretationem in utramque partem reciperent. Horum unum ſcriptoris anonymi eſt in carmine ſubnexo *Inſtitutionibus* JUSTINIANI, edit. Mogunt. 1468. quum ſcribit ($y$), Petr.

($x$) Vid. *ibid.* *N.* 74.
($y$) Ibid. *N.* 4.

Petr. Schoefferum utrique Gensfleiſchio praeſtitiſſe ſculpendi lege; quod ſane verum eſt, ſive mere ſculptas ſive ſculpto-fuſas literas praeiviſſe Schoefferianis ſtatuas. Idem dictum velim de teſtimonio JO. SCHOEFFERI in ſubſcriptione *Breviarii Trithemiani* edit. 1515., quum ait (z), Fauſtum (huic etenim chalcographiae inventum adſcribit) adiutum fuiſſe opera ac multis neceſſariis adinventionibus Petri Schoefferi, cui etiam filiam ſuam Chriſtinam pro digna laborum multarumque adinventionum remuneratione nuptui dederit. Neque enim ſupponi poteſt, Fauſti munus nimium fuiſſe pro eiusmodi, quale nos iam ſtatuimus, invento, ſi conſideremus, quantos vel ſic amputaverit Schoefferus et labores et ſumtus, quantamque libris ex perpetua earundem literarum aequalitate conciliaverit gratiam.

Ita vero ſi res ſeſe habeat, diſtingui poterunt mobiles typi quondam adhibiti reſpectu materiei, e qua conficiebantur, in ligneos et metallicos. Illos Harlemo, hos Moguntiae originem debere plusquam manifeſtum eſt. Illorum progreſſus in maiori ſculpturae elegantia, horum in emendatione tum ſubſtantiae metallicae, tum modulorum, quibus iſthaec infundebatur, quaerenda eſt. Si autem diſtinguere verſatiles typos malis ratione diverſae naturae, commodam illi partitionem in tres claſſes recipient; maxime quum hae ſingulae ſuos habuerint auctores: ita enim fuere typi vel ſculpti tantum, iique Laurentiani; vel ſculpto-fuſi, ſive Gensfleiſchio-Gutenbergiani; vel fuſi tantum, hique Schoefferiani. Ita levis etiam afferetur immutatio *Originibus* noſtris; quaecunque enim tam de ligneis typis, quam de metallicis in genere, harumque ſpecie altera, ſcil. mere fuſili, illic ſcripſimus, manebunt ſarta tecta; de ſculptis e metallo ubi verba fecimus, intelligendum hoc erit de ſola literarum inciſione fuſis corporibus (z*).

Ne

(z) Dict. *Append. N.* 47.

(z*) Ridicula igitur iam diſputatio eſſet de vero *typorum fuſilium* auctore, et ad logomachiam reditura; quippe pendens a diverſo ſenſu huius dictionis, quae aut fuſoriam artem ſolam deſignare poteſt, aut illi quoque comitem dare ſculptoriam.

Ne tamen ullus hac in parte maneat lectori, in difficili materie non ſatis exercitato, ſcrupulus, verbo addemus, ubi et quando ſingulae typorum ſpecies fuerint receptae. Et Harlemi quidem ſoli in uſu fuiſſe lignei videntur ante adventum typographorum e ſchola Martiniana; quandoquidem inaequalitas vocum ac linearum, in poſtremis adhuc *Speculi ſalutis* editionibus conſpicua, ſculpto-fuſas multoque magis fuſiles literas inde excludit (*aa*): imo in *Hiſtoria Alexandri Magni*, ceterisque libris eodem charactere impreſſis (*ab*), nimis mihi rudes videntur typi, quam ut ſculpto-fuſis accenſere eos poſſim (*ac*). Argentorati quoque prima per Gutenbergium tentamina facta ſunt literis ligneis, ceterae ſpecies a Mentelio demum illic uſurpatae (*ad*). Moguntiae, poſt adhibitos ad opuſcula ALEX. GALLI et P. HISPANI ligneos characteres, Gensfleiſchius ſenior Gutenbergiusque ſculpto-fuſos introduxerunt, queis et *Biblia* a. 1450. et utrumque *Pſalterium* 1457. et 1459. excuſa iam obſervavimus. Quum vero fuſiles literas Schoefferus, miniſter Fauſti, perfecerit demum poſt huius cum Gutenbergio a. 1455. ſeparationem, (prima quippe vice iis uſus ad *Rationale* DURANDI 1459.) eandemque artem tenuerit occultam, usque dum capta a. 1462. Moguntia per famulos officinae Fauſto-Schoefferianae divulgata fuit (*ae*), conſequens eſt

(*aa*) Vid. *Orig. Cap. IV.* not. *ak. Cap. V.* §. 8.

(*ab*) Hoſce recenſui *Cap. VI.* §. 7.

(*ac*) Metallici igitur typi, e quorum reliquiis, JUNIO *App. N.* 2. teſte, conflata deinceps oenophora, adhibiti demum videntur ab his, qui poſt coloniae Martinianae ad Belgas adventum officinas Harlemi inſtruxere: nam horum quoque typographia circa a. 1486. collapſa, nec a quoquam per ſeptuaginta annos reſtaurata, (vid. *Cap. VI.* §. *ult.*), materiem literarum metallicam vaſis conficiendis inſerviiſſe, mirandum non eſt. Neque obſtat, quod in Laurentianis illud contigerit aedibus, quum typographiam ſuam abdicantes Laurentii nepotes elocare eas novis chalcographis, et ab his tanto operi mox imparibus atque obaeratis inſtrumenta impreſſoria loco mercedis recipere potuerint.

(*ad*) Vid. *Cap. VIII.* §. 5. *et* 17.

(*ae*) Vid. *Cap. VII.* §. 12. et ſubſcriptio *Breviarii Tritbemiani* 1515. *Append. N.* 47.

eſt, libros intermedio tempore editos tum ab ipſo Gutenbergio, tum a ceteris operariis, qui a. 1455. Fauſti partes deſeruerant, aut ligneis tantum aut ſculpto-fuſis literis componi debuiſſe. Hae certe inſervierunt *Catholico* a. 1460. Moguntiae per Gutenbergium excuſo, in cuius epigraphe *mira* quidem *patronarum* (intellige paginas integras) *formarumque* (intellige corpora literarum) *concordia*, *proportio*, *ac modulus* a typographo extolluntur, de ipſis literis autem, quas inaequales ſibi eſſe accurata libri inſpectio docet, altum ſiletur (*af*). Poſt annum vero 1462. duplex in Germania alibique ſubſtitit typographorum colonia, quandoquidem Schoefferiani diſcipuli variis in locis officinas erigentes fuſilibus typis ad magiſtri exemplum (*ag*) libros compoſuerunt; Gutenbergiani vero, magna adhuc ſculpto-fuſorum (*ah*) et forte ligneorum (*ai*) copia inſtructi, illos ſive ex neceſſitate ſive etiam data opera ad literas calamo exaratas imitandas in impreſſione retinuerunt; qua de cauſa utrorumque ad exitum usque ſeculi XV. veſtigia contemplari licet, donec illis reiectis fuſiles tandem ſoli iure meritoque praevaluerunt (*ak*).

(*af*) De hac ſubſcriptione, circa cuius ſenſum *Cap. I.* §. 12. erraveram, ex profeſſo ago in not. *g.* ad *N.* 3* *Append. docum.*

(*ag*) Unicus liber, qui poſtmodum e prelo Schoefferi alio, quam mere fuſo, charactere exiit, eſt *Pſalterium* a. 1490. iisdem repetitum, queis priores editiones a. 1457. et 1459. typis.

(*ah*) Illis e. g. anno 1469. uſus eſt Nicolaus Bechtermuntze, impreſſor Altavillae, ad Vocabularium *ex quo.* vid. *Append.* noſtr. *d. l.* et uſi ſunt, ut puto, alii, qui literas ex aere ſculptas adhibuiſſe ſeſe profitentur, quandoquidem paſſim illae in his libris offenduntur inaequales. iung. *Cap. I.* not. *di.* Imo ſtatuere poſſumus, eas adhibitas in omnibus iis libris, ubi ſola literarum diſſimilitudine excepta aequalitas in paginis, lineis, atque in tota impreſſione nitor conſpiciuntur.

(*ai*) Multi etenim libri in vetuſtis bibliothecis offenduntur, perquam ſordide rudique minerva excuſi, queis inſerviiſſe ligneos typos probabile eſt. Neque tamen regulam hanc omni exceptione maiorem eſſe patet ex his, quae ſupr. not. *k.* obſervavimus; nempe ipſos etiam ſculpto-fuſos typos aliquando peccaſſe corporum debita aequalitate aut proportione; quod proinde vitium quum fili nexu adiuvari quidem parumper, tolli tamen non omnino poſſet, neceſſario inelegantiam in impreſſione produxit. Accuratiſſimo igitur in his libris examine oculisque lynceis opus eſt, ut ex eorum impreſſione iudicetur de typi adhibiti natura.

(*ak*) Add. *Cap. I.* §. *ult.*

# PROBATIONES

## AD

# ORIGINES TYPOGRAPHICAS,

QUAE SISTUNT

PARTIM DOCUMENTA ET TESTIMONIA VETUSTA

DE INVENTIONE ARTIS,

PARTIM SPECIMINA PRIMARUM IMPRESSIONUM

AERI INCISA,

# INDEX AUCTORITATUM
## DE INVENTIONE
# ARTIS TYPOGRAPHICAE.

## CLASSIS I.

*Teſtimonia eorum, qui inventioni vel primis exercitiis impreſſoriae artis interfuerunt.*

1. Inſtrumenta litis in cauſa Jo. Gutenbergii, Argentorati agitata a. 1439.
2. CORNELII bibliopegi, quondam famuli Laurentii Jo. fil. Harlemenſis, teſtimonium de heri ſui inventionibus. Ex HADR. JUNII *Batavia.*
2*. Notitia de laudo inter Jacob. et Jo. Fauſtos ex una, et Jo. Guttenberg ex altera parte, in quo agitur de pecunia in librorum impreſſionem inſumta. dat. 1455.
3. JO. FUST et PETR. SCHOEFFERI ſubſcriptiones librorum duae. 1457. ſeq.
3*. Subſcriptio, Moguntinae editioni *Catholici* JO. DE JANUA a. 1460. ſubjecta.
4. PETRI SCHOEFFERI teſtimonia quaedam ſeparata. 1468. ſeq.
5. ULRICI ZELL relatio. Ex *Chronico Colonienſi.* 1499.

## CLASSIS II.

*Teſtimonia ſcriptorum ſeculi XV. omnia, ac XVI. potiora, quibus certum tempus aſſignari potuit.*

6. JOH. ANDREAS, Epiſc. Alerienſis, in dedicat. Epiſtol. Hieronymi. 1468.
7. WERNER. ROLEVINK DE LAER, in Faſciculo temporum. 1470.
8. FRANC. PHILELPHUS, in epiſtola 8. Kal. Aug. 1470.
9. GUIL. FICHETI carmen, ad calcem Epiſt. Gaſparini Pergamenſis, 1470.
10. ERH. WINDSBERG epigramma, inter Epiſtolas Cynicas, circa a. 1470.
11. LUDOV. CARBO in dedicat. Plinii epiſtol. 1471.
12. NICOL. GUPALATINUS, in dedicat. operum Meſuae. 1471.
13. ANONYMI carmen in laudem Barth. Cremonenſis, in edit. Virgilii. 1472.
14. NIC. PEROTTUS in epiſt. ad Franc. Guarinum, circa a. 1472.
15. JO. MULLER, vulgo Regiomontanus, in Praefat. Dialogi contra Ger. Cremonenſis theoricas planetarum, circa a. 1474.
16. JOH. PHIL. DE LIGNAMINE, in Chronico, edit. 1474.
17. JUNIANUS MAIUS, in praefat. Lib. de priſcor. propriet. verb. 1475.
18. BONUS ACCURSIUS, in dedicat. Metamorph. Ovidii. 1475.

19. DOMI-

19. DOMINICUS DE DOMINICIS, in praefat. Moralium Gregorii Papae. 1475.
20. ANONYMUS in epigrammate, ad calcem Epiſt. Gaſparini Pergamenſis, edit. Baſil. circa a. 1475.
21. HIER. BONONII carmen in primi impreſſoris commendationem, editum ad calcem Comm. Tortellii de ortographia Lat. ſerm. 1477.
22. JO. SCHALLUS, in dedicat. Hiſt. eccl. Euſebii. 1479.
23. MATH. PALMERIUS, Piſanus, in contin. Chronici Euſebiani. 1481.
24. HENRICUS WIRCZBURG DE VACH, in Faſciculo temporum a ſe interpolato et aucto, edit. 1481.
25. GUL. CAXTON, in *his continuation of the Poly-chronicon of Ran. Higden.* 1482.
26. ANONYMUS auctor, in *the Chronicles of Englande with the frute of times*, edit. 1483.
27. QUINTII AEMILIANI carmen in laudem primi impreſſoris, in edit. Bibl. Lat. Venet. 1483.
28 JAC. PHIL. BERGOMAS, in Supplemento Chronicorum, edit. 1483.
29. BERTOLDUS, Archiep. Moguntinus, in mandato poenali. 1486.
30. JO. TRITHEMII teſtimonia. 1486. ſeq.
30*. DIDACUS VALERA, in epiloge Chronici Hiſpaniae, edit. 1487.
31. FELIX FABER, in Hiſt. Suevorum. 1489.
32. JACOBUS MEYDENBACH, in ſubſcript. Horti ſanitatis 1491.
33. DONATUS BOSSUS, in Chronico, edit. 1492.
34. MARSIL. FICINUS, in epiſt. 13. Sept. 1492.
35. Auctores Chronici, edit. Norimb. 1493.
36. BAPT. FULGOSUS, in libro dictorum et factorum memorabilium, ſcripto ante 1494.
37. FRANC. MAR. GRAPALDUS, lib. de partibus aedium. 1494.
38. NICOL. GILLES, *dans ſes Annales de France.* 1498.
39. ROB. GAGUINUS, in arte metrificandi. 1498.
40. SEBAST. BRANT carmen. 1498.
41. JODOCUS BADIUS, Aſcenſius, in epiſtola, praemiſſa Epiſtolis illuſtrium virorum. 1499.
42. PHIL. BEROALDUS, in endecaſyllabo ad Germaniam. 1499.
43. POLYD. VERGILIUS, lib. de inventoribus rerum, 1499. emendato 1517.
44. JAC. WIMPHELINGII teſtimonia. 1499. ſeq.
45. JO. NAUCLERUS, in Chronographia. 1500.
46. CONR. CELTIS teſtimonia. 1502. ſeq.
47. JOH. SCHOEFFERI, Petri fil. teſtimonia, itemque Imp. MAXIMILIANI, ULRICI HUTTENI, et NICOLAI CARBACHII de eo. 1503. ſeq.
48. MARC. ANT. COCCIUS SABELLICUS, in Hiſtoria univerſali. 1504.
49. ROBERT. FABIAN, in *his Chronicle*, quod finivit a. 1504.
50. HENR. BEBELIUS, in carmine in laudem Germaniae, 1504.
51. PETR. MONTANUS, in Adagiis. 1504.
51*. CONR. PEUTINGERUS in Sermonibus convivalibus. 1506.
52. CHRISTOPH. SCHEURLUS, lib. de laudibus Germaniae. 1506.
53. RAPH. VOLATERRANUS, in libris Commentariorum urbanorum. 1506.
54. Epitaphium Jo. Gutenbergii, per IVONEM WITIGISIN, 1507.
55. Auctor Chronici Belgici, vulgo dicti *de Diviſie-Chronyk.* edit. 1517.
56. MICH. EYSENHARD, in contin. Chronici Herm. Gygantis, abſoluta 1517.
57. FRANC. IRENICUS, in Germaniae exegeſi. 1518.
58. DESID. ERASMI teſtimonia. 1519. ſeq.
59. JO. AVENTINUS, in Annalibus Bojis, ſcriptis circa a. 1519.
59*. Inſignia gentilitia ab Imp. Friderico

co III. Johanni Mentelio conceſſa, in lucem edita 1520.

60. JACOBI SPIEGELII teſtim. 1520. ſeq.

61. HIER. GEBWILERI teſtimon. 1521. ſeq.

62. PETR. APIANUS, in Coſmographia. 1524.

63. Anonymi (probabiliter JAC. CROMBERGERI) relatio de inventione typographiae, edita poſt Alph. de la Torre *Viſion delectabile*. 1526.

64. ANDR. ALTHAMERUS, in Comm. ad Taciti Germaniam. 1529.

65. JO. CARIO in Chronico. 1532.

66. ADR. BARLANDUS, in Hiſtoriis. 1532.

67. PAUL. LANGII teſtimonia. 1532. ſeq.

68. ACH. PIRM. GASSARI teſtimonia. 1534.

69. CASP. HEDIONIS teſtimonia. 1537. ſeq.

70. HULDR. HUGW. MUTIUS, lib. de Germanorum origine. 1539.

71. SEBAST. FRANCKEN VON WORD teſtimonia. 1539. ſeq.

71*. JO. SAPIDI epigramma. 1539.

72. CHR. MACAEUS, in Chronico. 1540.

73. ROB. ALDRYDGE, in *the black book, or regiſter of the Garter*, quod perduxit ad a. 1540.

74. JO. ARN. BERGELLANUS, in Encomio chalcographiae. 1541.

75. PETR. MEXIA, in *Silva de varia leccion*. 1542.

76. SEBAST. MUNSTERUS, in Coſmographia, edit. 1544.

77. ALEX. VENEGAS, in *Diferencia de libros*. 1546.

78. GUL. INSULANUS, Menapius, in Statera chalcographiae. 1547.

79. THEOD. BIBLIANDER, in Commentar. de ratione communi linguarum. 1548.

80. JOSEPH HACCOHEN, in Chronico Regum Franciae et domus Ottomannicae. 1554.

81. JO. A ZUYREN, in Dialogo de prima artis typographicae inventione, ſcripto intra annos 1549. et 1560.

82. THEODORUS VOLCKARDI COORNHERTIUS, in dedicat. Officiorum Ciceronis ex Belgica interpretatione. 1561.

83. HENR. PANTALEON, lib. de viris illuſtribus Germaniae. 1565.

84. LUDOV. GUICCIARDINUS, in *Deſcrizione di tutti i Paeſi baſſi*, edit. 1567.

85. DAN. SPECKLINUS, in *Straſsburgiſchen Chronick*, ſcripto circa a. 1580.

86. ANONYMUS, in *Straſsburgiſchen Chronick*, circa idem tempus ſcripto.

87. NATALIS COMES, in Hiſtoria ſui temporis. 1581.

88. HENR. SCHORI relatio de inventione typographiae apud Harlemenſes, in Joh. Walchii Decade Fabularum.

## C L A S S I S III.

*Alia teſtimonia, quibus certum tempus aſſignari haud potuit.*

89. Epitaphium Joannis Genszfleiſch, ſenioris, per ADAMUM GELTHUS.

90. Verſus LAUR. VALLAE, ſed perperam, tributi de inventa apud Germanos typographia.

91. PETRUS GUNTHERUS, in carmine, quod praemiſſum Dialogo Wig. Wirt, contra Weſalianicam perfidiam.

92. Excerptum e mſ. Lambethano de introducta Harlemo Oxoniam impresſoria arte, publicatum a Rich. Atkyns a. 1664.

93. Excerptum ex mſ. Moguntino, edit. a Nic. Serario.

94. Excerptum ex Chronico Norimbergenſi mſ. editum a Joh. Frid. Fauſt ab Aſchaffenburg.

95. MARIANGELI ACCURSII teſtimonium de Donato in Hollandia olim impresſo, editum ab Angel. Rocha.

96. COEL. CALCAGNINUS, in Orat. pro promotore doctore.

97. Mentio relationis JO. FRID. FAUST AB ASCHAFFENBURG, junioris, de origine typographiae.

# DOCUMENTORUM
## ET
# TESTIMONIORUM
## DE INVENTIONE ARTIS TYPOGRAPHICAE
# CLASSIS PRIMA.
## *Teſtimonia eorum, qui inventioni vel primis exercitiis impreſſoriae artis interfuerunt.*

### NUM. I.

*Inſtrumenta litis, in cauſa Jo. Gutenbergii, Argentorati agitata a.* 1439. (*a*)

A. Ex protocollo Senatus maioris, cuius rubrum: *Dicta Teſtium magni conſilii Anno Dni M°. CCCC°. Triceſimo nono.*

Dis iſt die worheit, die Jerge Dritzehen geleit hat wider Johan von Mentze genant Gutenberg. *In praeſentia* Claus Duntzenheim und Claus zur Helten.

*Haec eſt veritas, quam profeſſus eſt Georgius Dritzehen contra Johannem de Maguntia, dictum Gutenberg. In praeſentia Nicolai Duntzenheim et Nicolai zur Helten.*

§. 1. I*tem Barbel von Zabern die Koüffelerin hatt geſeit das ſü uff ein nacht allerleye mit*

§. 1. Barbara Tabernenſis inſtita dixit, ſe colloquendo cum Andrea Dritzehen, ver-

(*a*) Inſtrumenta haec ex codice authentico, qui Argentinae in turri nummaria, cimeliorum cuſtode, aſſervabatur, primus in lucem protraxit ill. SCHÖPFLINUS ad calcem *Vindiciarum typogr.*, cuius verſionem quoque retinuimus, praeterquam ubi de typo-

*mit Andres Dritzehen gerett habe und under andern worten ſprach ſü zu ime wöllent nit dolme gon ſlaffen, do habe er ir geantwurt Ich muſz diſz vor machen, Alſo ſprach dize gezugin, aber hülffe Gott was vertünt ir gros geltes es möchte dolme über X. guldin haben coſtet, Antwurt er ir wider und ſprach du biſt ein dörin weneſtu das es mich nuwent X. gl. gecoſtet habe, höreſtu betteſtu als vil als es mich über III^c. bare guldin gecoſtet hett du betteſt din leptage gnüg, und das es mich minder gecoſtet hatt dann V^c. gl. das iſt gar lützel one das es mich noch coſten würt darumb ich min eigen und min erbe verſetzt habe, Sprach diſe gezugin aber zu ime, heiliges liden miſſelinge uch dann wie woltent ir dann tun, Antwurt er ir uns mag nit miſſelingen, ee ein jor uſskommet ſo hant wir unſer houbtgut wider und ſint dann alle ſelig Gott welle uns dann blogen.*

§. 2. *Item frouwe Ennel Hanns*

verſus concubiam noctem aliquando dixiſſe: an non tandem petiturus es lectum; et illum reſpondiſſe: coepta prius perficiam; tunc hanc teſtem proclamaſſe: Proh! magnam pecuniae ſummam, quam tu impendis, decem florenorum valorem paene excedentem; illum vero reſpondiſſe: non bene ſapis, credis ne decem tantum florenis opus mihi conſtitiſſe? heus! ſi tu haberes id quod ultra trecentos florenos impendi, fortunata ad dies vitae eſſes, certe quingentos fere florenos negotio impendi, ne dicam de ſumtibus adhuc futuris, quapropter etiam non modo quae in dominio ſunt, ſed et futuram hereditatem oppigneravi. Adiecit haec teſtis: ſed proh Deum! quid ſi male res cedat? ille vero: nunquam hoc eveniet. Ante elapſum anni ſpatium ſortem nos inde recipiemus, niſi Deus nos punire decreverit.

§. 2. Anna, Joh. Schultheiſſii

---

pographia ſermo erat, ſenſumque verborum non bene intellexerat vir cl., qua de re diximus *Cap. VIII.*, ubi haec documenta ex profeſſo illuſtrantur. Ut vero tum lectoris tum noſtro commodo inſerviremus, his teſtimoniis paragraphos appoſuimus.

*Hanns Schultheiſſen frouwe des holtzmans hatt geſeit das Lorentz Beildeck zu einer zit inn ir hus kommen ſy zu Claus Dritzehen irem vetter und ſprach zu ime, lieber Claus Dritzehen* (*b*), *Andres Dritzehen ſelig hatt iiij. ſtücke inn einer preſſen ligen, do hatt Gutenberg gebetten das ir die uſz der preſſen nement und die von einander legent uff das man nit gewiſſen kune was es ſy dann er hatt nit gerne das das jemand ſihet. Diſe gezugin hatt ouch geſeit, Als ſye by Andres Dritzehen jrem vetter geweſen ſy do habe ſü jme deſſelben wercks dick helffen machen tag und naht, Sie hatt ouch geſeit das ſü wol wiſſe das Andres Dritzehen jr vetter ſelig in den ziten ſin pfenning gelt verſetzt habe ob aber er das zü dem werck gebrucht habe wiſſe ſü nit.*

§. 3. *Item Hanns Sidenneger hatt geſeit das jme Andres Dritzehen ſelig dick und vil geſeit habe, das er gros gelt uff das egemelte werck geleit habe und jn vil*

ſii lignarii conjux, profeſſa eſt, Nicolaum Beildeck aliquando domum ſuam ad Nicolaum Dritzehen, ſuum cognatum, veniſſe, eique dixiſſe: mi Nicolae Dritzehen! Andreas Dritzehen beatae memoriae, quatuor paginas in prelo repoſitas habuit, quas ut inde auferres atque disjiceres, Gutenberg rogavit, ne quis rem incognitam addiſceret, nolle enim ſe quenquam mortalium eam videre. Haec teſtis porro enunciavit, ſe, cum apud Andream Dritzehen ſuum cognatum commoraretur, noctu diuque in opere hoc conficiendo ei fuiſſe adjutricem; porro, ſibi bene conſtare, Andream Dritzehen illis temporibus ſortem, ex qua annuos reditus percipiebat, oppigneraſſe, caeterum ſe ignorare, an huic operi ſummam impenderit.

§. 3. Item Johannes Sidenneger enunciavit, Andream Dritzehen ſaepius ſibi dixiſſe, multum aeris ipſum conſumſiſſe in dicto opere; nec ſcire, quid tan-

(*b*) Hic in Orig. ſeqq. verba deleta extant: *min Juncher Hanns Gutemberg hatt uch gebetten das*; SCHÖPFLINO teſte.

*vil coſtete und ſprach damit zü diſem gezugen er wuſte nit wie er darinne tun ſolte, Alſo antwurte jme diſer gezuge und ſprach, Andres biſtu darin kommen ſo müſtu je ouch darus kommen, Alſo ſprach Andres aber zü diſem gezugen er müſte das ſine verſetzen, antwurt jm diſer gezuge ſo verſetze es und ſage nyemand nutzit davon, das habe nu Andres geton, ob aber der ſumma uf die zit vil oder lutzel geweſen ſy wiſſe er nit.*

§. 4. *Item Hannſz Schultheiſz hatt geſeit das Lorentz Beildeck zu einer zit heim inn ſin huſz kommen ſy zü Claus Dritzehen als diſer gezuge jn heim gefürt hette, Als Andres Dritzehen ſin bruder ſelige von todes wegen abgangen was, und ſprach da Lorentz Beildeck zu Claus Dritzehen, Andres Dritzehen uwer bruder ſelige hat iiij. ſtücke undenan inn einer preſſen ligen, da hatt uch Hanns Gutemberg gebetten das ir die daruſz nement und uff die preſſe legent von einander ſo kan man nit geſehen was das iſt, Alſo gieng Claus Dritzehen und ſuchete die ſtücke do vant er nutzit,*

*Diſer*

tandem ſibi faciendum, cumque hic teſtis reſpondiſſet: tuum eſt Andrea rem inceptam perficere; Andreas ad haec reſpondit, bona ſua ſibi oppigneranda, regeſſit ipſi hic teſtis: age id facias, ſed vide ne quisquam illud ſciat. Fecit hoc Andreas; caeterum ſe ignorare, quanta fuerit illa pecuniae ſumma.

§. 4. Item Johannes Schultheiſs dixit, Laurentium Beildeck aliquando domum ſuam veniſſe ad Nicolaum Dritzehen, mortuo jam Andrea Dritzehen, huius fratre, eundemque Laurentium Beildeck Nicolao Dritzehen ſic locutum eſſe; Andreas Dritzehen frater tuus beatae memoriae quatuor paginas in inferiori parte preli repoſitas habuit, quas inde auferres, diſſolutasque prelo imponeres, Johannes Gutenberg rogavit, ne quis rem introſpiceret. Nicolaus Dritzehen abiens formas quaeſivit, nihil vero invenit. Idem teſtis edixit, ſe jam olim ex Andrea Dri-



tze-

*Diſer gezuge hat ouch geſeit das er vor guter zit von Andres Dritzehen gehört habe ee er von todes wegen abgangen ſy das er ſprach das werck hette jn me dann III^c guldin coſtet.*

tzehen, antequam fato eſſet extinctus, audiviſſe, opus ipſi trecentis minimum florenis conſtitiſſe.

§. 5. *Item Cunrad Sahſpach hatt geſeit das Andres Heilman zu einer zit zu jme komen ſy inn Kremer gaſſe und ſprach zu jme lieber Cunrad als Andres Dritzehen abgangen iſt da haſtu die preſſen gemaht und weiſt umb die ſache do gang dohin und nym die ſtücke uſz der preſſen und zerlege ſü von einander ſo weis nyemand was es iſt, da nu diſer gezuge das tun wolte und alſo ſuchete das were uff Sanct Steffanns tag nehſt vergangen do was das ding hinweg, Diſer gezuge hatt ouch geſeit das Andres Dritzehen ſelige zu einer zit gelt umb jn gelehenet habe das habe er zu dem werck gebruchet, Er hatt ouch geſeit das Andres Dritzehen ſelige jme zu einer zit geſeit habe und clagete er müſte pfenning gelt verſetzen, ſprach diſer gezuge das iſt böſe, doch biſtu darin kommen, ſo muſtu ouch darus, und alſo wiſſe er wol das er ſin pfenning gelt verſetzt habe.*

§. 5. Item Conradus Saſpach dixit, Andream Heilmann aliquando ad ſe in plateam mercatorum veniſſe atque dixiſſe: mi Conrade! cum Andreas Dritzehen mortuus ſit, et tu prelum confeceris, reique conſcius ſis, abi, exime prelo paginas, disjice illas, et nemo ſciet, quid rei ſit; ſed cum hic teſtis id facere voluiſſet, et ita proxime praeterito die St. Stephani ſcrutatus eſſet, opus iam fuiſſe ſublatum. Idem teſtis addidit, eundem beatae memoriae Andream aliquando ab ſe pecuniam mutuo accepiſſe, eique operi impendiſſe, eundemque Andream aliquando conqueſtum eſſe, annuos ſuos reditus ſe cogi oppignerare, tunc hunc teſtem reſpondiſſe: vae! ſed tuum eſt te eripere; adeoque probe ſe noſſe, quod reditus ſuos oppigneraverit.

§. 6. §. 6.

§. 6. *Item Wernher Smalriem hatt geſeit das er by iij. oder vier koüffe geton habe, wen aber das anegienge wiſſe er nit, und under andern iſt ein kouff geweſen by C. und XIII. guldin, an demſelben gelt hant ir drye für LX. guldin verſiglet do hatt Andres Dritzehen ſelige XX. angebürt, und uff ein zit vor dem zile ſprach Andres Dritzehen zu diſem gezugen er ſolte heim kommen und die XX. gl. nemen, Antwurt jme diſer gezuge er ſolte jme das gelt zuſamen bringen und inſammeln, das tett Andres, und alſo darnach kam Andres Dritzehen aber zu diſem gezugen und ſprach das gelt wer by einander inn Herrn Anthonien Heilman hus do ſolte er das holen, das tett diſer gezuge und nam das gelt inn Herrn Anthonien hus, und das überige gelt das habe allewegen Fridel von Seckingen bezalt.*

§. 6. Item Wernerus Schmalriem dixit, ſe tres vel quatuor emtiones feciſſe, cuius nomine vero id fecerit, ſe ignorare. Harum una centum et tredecim florenorum fuit, de qua ſumma ad ſexaginta usque florenos caverunt tres, inter quos Andreas Dritzehen pro viginti. Paulo ante praefixum ſolutionis tempus Andreas huic teſti dixit: veni domum et viginti iſtos florenos accipe; teſtis vero reſpondit: totam ſummam collige. Andreas hoc facto rediit et totam ſummam in domo Domini Antonii Heilmann poſitam eſſe dixit; abiret modo, eamque inde tolleret; fecit hoc teſtis, reliquam vero pecuniam omnem Fridelinus à Seckingen ſolvit.

§. 7. *Item Mydehart Stocker hatt geſeit Als Andres Dritzehen ſelige uff Sanct Johannis tag zu Winahten do man den Krutzgang tett ſich nydergeleit habe und ſiech wart do lag er inn dis gezugen ſtuben an eim bette, Alſo kam*

§. 7. Item Mydehart Stocker dixit, Andream Dritzehen beatae memoriae, cum feria Sti. Johannis poſt feſtum Nativitatis Chriſti tempore proceſſionis aegrotare coepiſſet, in huius teſtis hypocauſto decubuiſſe. Teſtis

*kam nu diſer gezuge zu jme und ſprach, Andres wie got es, Antwurt er jme ich weis werlich mir iſt gar tötlich und ſprach damit, ſoll ich ſterben ſo wolte ich das ich nye inn die geſelleſchafft kommen wer, ſprach diſer gezuge wie ſo, ſprach er aber do weis ich wol das ·mine brüdere mit Gutemberg nyemer uberkommen kunnent, ſprach diſer gezuge, iſt dann die gemeinſchafft nit verſchriben oder ſint keine lute da geweſen, ſprach Andres ja es iſt verſchriben, do frogete jn diſer gezuge wie die gemeinſchafft zugangen wer, do ſeite er jme wie das Andres Heilman, Hanns Riffe, Gutemberg und er* (Andres Dritzehen) *inn eine gemeinſchafft kommen werent, darin hetten Andres Heilman und er jr jeglicher LXXX. guldin geleit, alz er behalten habe, Alſo ſü nu inn der gemeinſchafft werent do werent Andres Heilman und er zu Gutemberg kommen* (ſupple *zu*) *Sanct Arbogaſt do hette er nu ettliche kunſt vor jnen verborgen die er jnen nit verbunden was zu zeugen, darane hetten ſü nu nit ein gevallen gehebt und hetten daruff die gemein-*

ſtis eum accedens interrogavit: Andrea quomodo vales? ſed hic reſpondit: ſatis male; et porro dixit: ſi moriendum mihi eſt, optarem nunquam me iſtam contraxiſſe ſocietatem; et huic teſti rationem eius rei interroganti ſic reſpondit: praevideo diſcordias inter fratres meos et Gutenberg. Interrogavit porro hic teſtis; nullum ne inſtrumentum ſuper hac ſocietate confectum, nec teſtes actui interfuerunt? ille reſpondit: imo confectum eſt inſtrumentum; atque huic teſti leges ſocietatis ſcire cupienti hunc in modum reſpondit: Andreas Heilmann, Johannes Riffe, Gutenberg et ego (*Andreas Dritzehen*) ſocietatem inivimus, vi cuius Andreas Heilmann et ego quisque octoginta florenos contulimus, quantum memini. Durante igitur ſocietate, ego cum Andrea Heilmann ad St. Arbogaſtum convenimus Gutenberg, hic vero nonnulla artis ſuae arcana, tanquam ad illa revelanda non obligatus eſſet, celavit, quod nobis diſplicuit, et rupta hac ſocietate aliam inivimus, ita ut quilibet noſtrum, ego ſci-

*meinſchafft abgeton und ein ander gemeinſchafft mitteinander verfangen alſo das Andres Heilman und er jr jeglicher zu den erſten LXXX. guldin ſo vil geben und legen ſolte das es V^c. guldin wurdent, und werent ſü zwene ein man inn der gemeinſchafft, und desglich ſoltent Gutemberg und Hanns Riſſe jr jeglicher innſunders ouch als vil legen als die zwene, und daruff ſolte Gutemberg alle ſine kunſt die er kunde nit vor jnen verbergen, und darüber wer ein gemeinſchafft brief gemaht worden, und wer das jr einre inn der gemeinſchafft abgienge ſo ſoltent die überigen gemeinere deſſelben abgangen erben C. guldin harus geben, und das überig gelt und was inn die gemeinſchafft geborte ſolte dann under den andern gemeinern inn der gemeinſchafft bliben. Diſer gezuge hatt ouch geſeit das jme Andres Dritzehen ſelige zu der zit ouch geſeit habe ſo wiſſe er ouch das von jme ſelbs wol das er ettlich ſin pfenning gelt verſetzet habe, ob aber das vil oder wenig oder obe er das zu dem werck gebruchet habe oder nit wiſſe er nit.*

ſcilicet atque Andreas Heilmann prioribus octoginta florenis tot ſuperadderemus, donec numerus quingentorum impleretur, amboque in hac ſocietate pro uno ſtetimus: conventioni inſertum, ut Gutenberg et Johannes Riſſe totidem quisque pecuniae praeſtarent, quantum hi duo praedicti; quo facto Gutenberg omnia artis ſuae, quae noſſet, arcana communicaret. De his omnibus commune inſtrumentum confectum, hac conditione, ut uno vel altero ſociorum mortuo, reliqui ſocii eius heredibus centum florenos reſtituerent, reliqua vero pecunia, et quicquid ad communionem pertineret, in eadem permaneret. Teſtis adjecit, Andream Dritzehen eodem tempore ſibi dixiſſe, ſatis inſuper ipſum noſſe, quod aliquos redituum ſuorum oppigneraverit, quanta vero eius pecuniae ſumma ſit, et an eandem huic operi impenderit, ſe ignorare.

*In praeſentia* Diebolt Brant et Jocop Rotgebe.

§. 8. *Herr Peter Eckhart lutprieſter zu Sant Martin* dixit *das Andres Dritzehen ſelig in den Winahten virtagen noch jme ſchihte er ſolt ſin Bihte hören, und da er zu jm kam und er gerne gebihte da fragete jn diſer gezuge ob er yeman ſchuldig wer oder ob man jme ſchuldig wer, oder ob er utzit geben hette das ſolt er ſagen, da ſprach Andres er hette gemeinſchafft mit etlichen, Andres Heilman und andern, und da hette er wol II<sup>c</sup>. guldin oder III<sup>c</sup>. uſzgeleit das er keinen pfenig hette, und ſeit ouch das Andres Dritzehen dann zemol in den cleidern lege am bett.*

§. 9. *Thoman Steinbach het geſeit das Heſſe der underkouffer uff ein zit zu jm kam und frogte jn ob er keinen kouff wüſte do man lutzel an verlure wann er wuſte ettliche, und nante domit Johann Gutenberg, Andres Dritzehen und einen Heilman die bedörffte wol bar gelt. Alſo do kouffte diſer gezug jnen xiiij. Lützelburger und wuſte domit wol einen kouffman der ſü wider kouf-*

*In praeſentia Theobaldi Brant et Jacobi Rotgebe.*

§. 8. Dominus Petrus Eckhart Parochus eccleſiae St. Martini dixit; Andream Dritzehen feriis Nativitatis Chriſti ipſum ad confeſſionem audiendam vocaſſe; qua lubenter perfecta teſtis hic eum interrogavit, an aes alienum contraxiſſet, ſive an cuiquam mutuo dediſſet nec ne? reſpondit Andreas, ſe in ſocietatem cum Andrea Heilmann aliisque ducentos vel trecentos florenos contuliſſe, ac ne obolum quidem habere; addidit, Andream veſtibus ſuis indutum tum cubaſſe ad lectum.

§. 9. Thomas Steinbach dixit, Johannem Heſs proxenetam aliquando ad ſe veniſſe, et quaeſiviſſe, an non quendam noſſet, qui pecuniam exiguo cum damno erogaret? cum ſciret aliquos, et inter hos nominavit Johannem Gutenberg, Andream Dritzehen et Heilmann quendam, quibus pecunia parata opus eſſet. Tunc hic teſtis quatuordecim Lützelburgicos pro-

*kouffen wolt, und verkouffte ſü ouch widerumb und wurdent bi den XII½. (12½) guldin daran verlorn und wart Fridel von Seckingen burge fur ſü und wart ouch in das kouffhus buch verſchriben.*

pro illis emit, aliumque iam ſcivit emtorem, cui eosdem venderet, vendiditque cum damno duodecim cum dimidio florenorum, eiusque ſummae praedem ſe obtulit Fridelinus à Seckingen, id quod etiam in rationes domus mercatoriae relatum.

§. 10. *Lorentz Beldeck het geſeit das Johann Gutenberg jn zu einer zit geſchickt het zu Claus Dritzehen, nach Andres ſins bruders ſeligen dode und det Clauſen Dritzehen ſagen das er die preſſe die er hünder jm hett nieman oigete zoigete, das ouch diſer gezug det, und rette ouch me und ſprach er ſolte ſich bekumbern ſo vil und gon über die preſſe und die mit den zweyen wurbelin uff dun ſo vielent die ſtucke voneinander, dieſelben ſtucke ſolt er dann in die preſſe oder uff die preſſe lege ſo kunde darnach nieman geſehen noch ut gemercken, und wenn jr leit uskeme ſo ſolt er zu Johann Gutenberg hinus kumen dann er het ettwas mit jn ze reden. Diſer gezuge iſt vvol ze vviſſen das Johann Gutenberg Andres ſeligen nut ze dun ſundern Andres Hans*

§. 10. Laurentius Beldeck dixit, ſe aliquando à Johanne Gutenberg ad Nicolaum Dritzehen poſt mortem Andreae, fratris eiusdem, miſſum eſſe, ut ipſi nunciaret, ne prelum, quod apud ſe haberet, cuiquam monſtraret; idque ſe curaſſe. Addidit, Gutenberg ipſi inſuper mandaſſe, ut ſubito ad prela ſe conferret, et illud prelum, quod duabus cochleolis munitum eſſet, aperiret, ut paginae dilabantur in partes, easque partes vel intra vel ſupra prelum poneret. Ita neminem rem vel inſpecturum, vel aliquid eius intellecturum; utque iuſtis ſolutis ad Johannem Gutenberg extra urbem veniret, ſibi enim cum eo diſſerendum. Teſtis hic bene ſibi conſcius eſt, Johannem Gutenberg nihil debuiſſe Andreae defuncto, ſed Andream

*Hans Gutenberg ze dun vver und jm ſollichs ze zilen geben ſolt, in den zilen er ouch abging. Er het ouch geſeit das er in nie keiner burſe bi jme geweſen ſig wann die burſe nach den Winahten anging. Diſer gezug het Andres Dritzehen ſeligen dick geſehen by Johann Gutenberg eſſen aber er geſach jn nie kein pfening geben.*

§. 11. *Reimbolt von Ehenheim het geſeit das er vor den Winahten unlang zu Andres kam und frogte jn was er alſo mehte mit den nötlichen dingen domit er umging, Antwurt jm Andres ſelige Es hett jn me dann V^c. guldin koſtet doch ſo hofftet er wann es us gefertiget wurde das ſü gelt loſten ein güt notdurfft, do von er diſem gezugen und andern gelt geben möhte und ouch alles das leides ergetzet wurde. Diſer gezug het geſeit das er jm des ſelben moles VIII. guldin lech wenn er gelt haben müſt. So hett ouch dis gezugen kellerin Andres ettwie dick gelt geluhen, Andres kam ouch zu einer zit zu diſem gezugen mit einem ring den ſchetzet er für XXX. guldin,*

dream Johanni Gutenberg; cuius debiti portiones definitis temporibus ſolvendae, intra quae mortuus ſit. Idem teſtis affirmavit, ſe nulli ſociorum conventui apud ipſum habito interfuiſſe, qui poſt feſtum Nativitatis Chriſti haberi coeperit; ſeque ſaepius Andream Dritzehen cum Gutenbergio menſae accumbere, nunquam vero denarios erogare vidiſſe.

§. 11. Reimboltus Ehenheimenſis dixit: ſe paulo ante feſtum Nativitatis Chriſti ad Andream veniſſe, eumque interrogaſſe, quid de rebus, circa quas tam ſolicite verſaretur, faceret? illum reſpondiſſe: easdem iam ſibi quingentis minimum conſtare florenis, ſperare tamen ſe, fore, ut opere feliciter conſummato, largos inde denarios reciperet, quibus eidem teſti aliisque ſatisfaceret, et animum poſt tot aerumnas relaxaret. Idem teſtis enunciavit, ſe tunc temporis illi octo florenos mutuo dediſſe, cum pecunia maximopere indigeret. Teſtis huius uxor praeterea Andreae ſaepius pecuniam mutuavit; qui aliquando ad teſtem hunc

*din, den verſatt er jm ze Ehenheim für V. guldin hünder die Juden. Diſer gezug het ouch geſeit das jm wol wiſſen ſig das er im herbſt II. halb omen geſottens wins in zweyen veſſeln gemaht het do ſchanckte er Johann Gutenberg* ∔ ($\frac{1}{2}$) *Omen und den andren halben omen ſchenckte er Midehart und ſchenckte ouch Gutenberg etwie vil biren, Andres bat ouch diſen gezugen zu einer zit das er jm II. halb fuder wins kouffte, das ouch diſer gezug dett, und von denſelben II. halben fudern hant Andres Dritzehen und Andres Heilman Hans Gutenberg das eine halb fuder gemein geſchenckt.*

hunc acceſſit cum annulo, quem triginta florenis aeſtimans Judaeis in Ehenheim pro quinque florenis oppigneravit. Idem teſtis etiam affirmavit, conſtare ſibi, illum tempore vindemiae duas dimidias menſuras mulſi duobus doliolis praeparaſſe, alteramque Johanni Gutenberg cum multis pyris, alteram vero Mideharto donaſſe. Andreas quoque rogavit hunc teſtem, ut ipſi duas dimidias amphoras vini emeret, quo facto Andreas Dritzehen et Andreas Heilmann communibus ſumtibus unam Gutenbergio donarunt.

§. 12. *Hans Niger von Biſchoviſsheim het geſeit das Andres zu jm kam und ſprach er bedörffte gelts, dar umb ſo müſte er jm und andern ſinen lebenluten deſsen getrangen dun, wenn er het ettwas under henden daruff kunde er nit gelts genug uffbringen, Alſo do frogte diſer gezug was er ſchaffen hett, Antwurt er, er wer ein ſpiegelmacher, Alſo do ſtalte diſer gezuge tröſchen und furte ſin korn gon Molſsheim und Ehenheim und verkouffte das do*

§. 12. Johannes Niger, Biſchofsheimenſis, dixit: Andream ad ſe veniſſe, ipſique dixiſſe, opus ſibi eſſe pecunia, ideo cogi ſe ipſum aliosque debitores compellere; ſiquidem aliquid tractaret, ad quod perficiendum non ſatis pecuniae corrogare poſſet. Cumque hic teſtis eum interrogaſſet, quidnam tractaret? reſpondit: ſpeculorum confectorem ſe eſſe; tunc hunc teſtem tritores conduxiſſe; far ſuum Molshemii et

*do und bezalt jn. Diſer gezug het ouch geſeit das er und Reimbolt jm zu einer zit II. halb fuder wines koufften und furte es diſer gezug har, und alſo er kam bi Sant Arbegaſt do hatt er ouch* $\frac{1}{2}$ ($\frac{1}{2}$.) *omen geſöttens wins uff dem wagen, den nam Andres und trug jn Johann Gutenberg heim, und ouch ettwie vil biren, und von denſelben II. halben fudern verſchanckte Andres ſelige und Andres Heilmann Johann Gutenberg I. halb fuder wins.*

et Ehenhemii venum expoſuiſſe, eidemque ſatisfeciſſe. Hic teſtis quoque edixit, Dritzehenium cum Reinboldo aliquando duas dimidias amphoras vini à ſe emiſſe, ſeque teſtem illas Argentoratum advexiſſe; cumque ad St. Arbogaſtum veniſſet, dimidiam menſuram mulſi, quae eidem carpento impoſita erat, Andream in domum Gutenbergii portaſſe, cum multis pyris, et ex illis duabus dimidiis amphoris Andream defunctum et Andream Heilmann Gutenbergio unam dono dediſſe.

In byweſen Böſchwilrs.

*In praeſentia Böſchwiler.*

§. 13. *Item Fridel von Seckingen hat geſeit, das Gutenburg ein kouff geton habe und das er fur jnen bürge würde und das er nit anders wuſt dann das es Her Anthonie Heilman ouch angieng, und das aber darnoch die ſchulde von des ſelben kouffs wegen bezalt worden ſy. Er hat ouch geſeit, das Gutenburg Andres Heilman und Andres Dritzehen jnen gebetten haben jr bürge zu werden, gegen Stoltz Peters dohterman vür CI. guldin, das ha-*

§. 13. Item Fridelinus de Seckingen dixit: Gutenberg emtione facta, ſe ut praedem conſtitueret, rogaſſe; neque aliter ſibi conſtare, niſi quod Antonius Heilmann eiusdem emtionis particeps fuerit; poſtea vero idem debitum ſolutum fuiſſe. Edixit quoque Gutenberg: Andream Heilmann et Andream Dritzehen aliquando ipſum rogaſſe, ut praedem ſe offerret genero Petri Stoltz, pro centum unoque florenis; id quod fe-

*habe er geton, alſo, das ſü drye jm deſhalp einen ſchadeloſs brieff geben ſoltent, der ouch geſchriben und mit Gutenburgs und Andres Heilmans Inſigeln verſigelt würde, Aber Andres Dritzehen hette jn alles hünder jm und kunde jm von jm nit verſigelt werden, doch ſo habe Gutenberg ſölich gelt darnoch alles bezalt in der vaſt meſſe nehſt vergangen. Dirre gezuge hat ouch geſeit, das er von der obgenanten dryer gemeinſchafft nit gewiſſet habe, dann er nye dar zu gezogen noch doby geweſen ſy.*

fecerit, ea tamen lege, ut literas indemnitatis triumviri iſti ſibi traderent, ſignatas ſigillo Gutenbergii et Andreae Heilmann; verum Andream Dritzehen ſigillum ſuum adjicere ſemper diſtuliſſe, imò nunquam adjeciſſe, Gutenberg nihilo minus poſtea illud debitum tempore nundinarum quadrageſimalium proxime extinctarum ſolviſſe. Idem teſtis quoque dixit, ſe plane ignoraſſe ſocietatem horum trium, cum ad illam vocatus fuerit nunquam, nec ipſi interfuerit.

Gutenbergs Worheit wider Jörge Dritzehen.

*Depoſitio Teſtium Gutenbergii contra Georgium Dritzehen.*

In byweſen Frantz Berner und Böſchwiler.

*In praeſentia Franciſci Berner et Böſchwiler.*

§. 14. *Item Her Anthonie Heilman hat geſeit Als er gewar wurde das Gutenberg Andres Dritzehen zu einem dirten teil wolte nemen in die Ochevart zu den Spiegeln do bete er jn gar fliſſeclich das er Andres ſinen bruder ouch darin neme, wolte er zu mol gern umb jn verdienen, do ſpreche er zu jm, er enzwuſte,*

§. 14. Item Dominus Antonius Heilmann enunciavit: ſe cum animadvertiſſet, quod Gutenberg Andream Dritzehen pro tertia parte in ſocietatem ſuſcepturus eſſet ad Nundinas Aquisgranenſes ſpeculorum, enixe rogaſſe, ut Andream, fratrem ſuum, eandem in ſocietatem admitteret, quod de eo bene ſit

*wuſte, Andres frunde möhten morn ſprechen es were göckel werck, und were jm nit wol zu willen, do über bete er jn und mahte jm einen zedel, den ſolte er jnen beden zoigen und ſolten daruff gar wol zu rate werden, den zedel brehte er jnen und wurdent zu rote das ſü es alſo woltent tun, was im zedel verzeichent ſtunde, und ginge es alſo mit jm in. In diſen dingen bäte Andres Dritzehen diſen gezugen jm umb gelt zu helffen, do ſpreche er, hette er gut underpfant, er wolte jm balde helffen und hülffe jm alſo zu leſte umb LXXXX.* ℔. *und brehte jm das gelt hin uſz zu Sant Arbgaſt, und domit loſte er den Frowen Sant Agneſen II.* ℔. *geltz abe, und ſpreche dirre gezuge was ſol dir ſo vil geltz du bedarfft doch nit me dann LXXX. guldin, do antwurte er jme, er müſte ſuſt ouch gelt han, und das wer II. oder III. tage in der faſten vor unſer Frowen tage do gebe er LXXX. guldin Gutenberg, So gebe dirre gezuge ouch LXXX. guldin, wann die beredunge were LXXX. guldin jegelichem teil, umb das überige dir-*

ſit meriturus; tum alterum reſpondiſſe, vereri ſe, ne cognati Andreae dicerent, rem eſſe praeſtigias, ideoque non facile ſe id permiſſurum; iteratis vero precibus et oblata ſchedula, quam duobus alteris monſtraret, ut rem bene ponderarent, concluſum eſſe, facturos ſeſe, ut in ſchedula perſcriptum eſſet, atque ſic ſocietatem cum eo initam eſſe. Inter haec Andream Dritzehen ab eodem teſte pecuniam mutuam petiiſſe, huncque reſpondiſſe, bona ſe pignora habere, quibus confeſtim ſubvenire poſſet, eique tandem 90. libras dediſſe, quas ad St. Arbogaſtum portaſſet, et a Monialibus S. Agnetis reditus duarum librarum redemiſſet. Regeſſit hic teſtis: quid tibi tantum pecuniae, cum octoginta modo florenis opus habeas? reſpondit vero ille, et ad alia ſe pecunia egere, biduoque vel triduo ante feſtum Annunciationis Mariae Gutenbergio octoginta florenos ſe daturum, quantum nempe idem daturus ſit teſtis, cum conventio fuerit 80. florenorum à ſingulis ſolvendorum, pro reliqua ter-

*dirteteil ſo dann Gutenberg noch hette, und wurde das gelt Gutenberg, umb den teil und umb die kunſt, und wurde in kein gemeinſchafft geleit. Darnoch ſo habe Gutenberg zu diſem gezugen geſprochen Er müſte ein anders gedencken das es in allen ſachen glich würde, ſit er jn vor ſo vil geton hette und gantz mitenander in eins kement, nit das einer vor dem andern ut verhelen möhte, ſo dienet ouch es wol zu dem andern. Der rede was dirre gezuge fro und rümete es den zwein, und darnoch über lang do ſpräche er aber dieſelbe rede, do bäte jn dirre gezuge aber als vor, und ſpräche er wolte es umb jn verdienen. Darnoch ſo mehte er jm ein zedel uff dieſelbe rede und ſpreche zu diſem gezugen, heiſſen ſü wol zu rote werden, obe es jr gefug ſy, das dete er und wurdent daruff etwie lange zu rate, Sü nement jn joch ouch zu rate, do ſpreche er ſit dem mole das yetz ſo vil gezüges do iſt, und gemaht werde das uwer teil gar nohe iſt gegen uwerem gelt, ſo wurt uch doch die kunſt vergeben. Alſo gingent ſü die ſache* mit

tertia parte, quam Gutenberg adhuc haberet, pecuniamque eam ipſi datam pro receptione in ſocietatem et pro arte, neque communi ſorti eam adjectam eſſe. Inde Gutenberg huic teſti dixiſſe, de alia re ſibi mentionem faciendam, quomodo nimirum in recognitionem tot praeſtitorum ſervitiorum in omnibus aequales fierent, neque ulla res in poſterum inter ipſos celaretur; idque ad reliquum opus pertinere. Laetus hoc ſermone teſtis, reliquis duobus eum retulit. Longo poſt tempore eadem (*Gutenberg*) dixit, teſtisque hic eum, ſicut antea, obteſtatus eſt, promittens, bene ſe de eo eam ob rem meriturum. Quo facto ſcheda ab illo ſibi tradita cum hoc monito: iubeas reliquos rem ut bene perpendant, videantque num ſibi placeat? Fecit hoc (*teſtis*), illique inter ſe diu deliberarunt, Gutenberg ipſum conſulentes, qui alio poſtea tempore dixit: nunc tot inſtrumenta comparata ſunt, ut pars veſtra pecuniam à vobis illatam fere aequet, et ſic artem gratuito didiciſtis. Itaque cum eo convenerunt ſuper duos

*mit jme in, umb zwen punten, den einen gar abe zu tunde, und den andern baſs zu lüternde. Der punt abe zu tunde was, das ſü nit wolten verbunden ſin, von Hans Riffen wegen groſs oder clein, wan ſü nit von jme hettent, was ſü hetten, das hetten ſü von Gutenbergs wegen. Der ander punte zu lüternde was, wer es das jr keiner von todes wegen abeginge, das das baſs gelütert würde, und wart der alſo gelütert, das man des erben ſo abeginge, ſolte vür alle ding gemaht oder ungemaht vür gelt geleit ſo ſich jegelichem teil gebürt zu koſten zu zu legen und formen und allen gezügk nützit uſgenommen, noch den fünff joren geben hundert guldin, do dett er jn groſs vorteil wer es das er abeginge, wan er lieſs jn ouch darin gon, alles ſo er für ſinen koſten ſolte voran han genommen zu ſinem teil, und ſolten doch ſinen erben nit me wann hundert guldin geben für alle ding, als der andern einer. Und geſchach das uf das wer eſs das jr einer abeginge, das man nit muſte allen erben die kunſt wiſſen und uffen ſagen oder offenboren,*

duos articulos, quorum alter abrogaretur, alter vero illuſtraretur. Articulus abrogandus erat: ut nullo modo de Johanne Riff caverent, nihil ipſis cum praeſtitiſſet, omniaque Gutenbergio deberent. Articulus illuſtrandus vero caſum mortis reſpexit, ut ſi quis ſociorum vita excederet, reliqui pro ſoluta pecunia, omnibus inſtrumentis, formis et impenſis cuiuscunque nominis, nulla re excepta, eius heredibus centum florenos poſt quinquennium ſolverent. Gutenberg ipſis magnum beneficium ſe dicebat praeſtare, cum ſcilicet ſuis heredibus centum quoque tantum florenos ſit ſtipulatus, ita ut his centum florenis omnia impenſa, ſuo proprio nomine antehac facta, comprehenderentur. Haec omnia facta ſunt eo fine, ne uno vel altero ex ſociis mortuo, eius heredibus ars manifeſtanda eſſet, quod ſingulis aeque gratum foret. Deinde uterque Andreas ſub tribu pellionum teſti huic dixit, ſe conveniſſe cum Gutenbergio de obligatione, atque articulum, Johannem Riff concernentem, abrogatum, poſteriorem ve-

*ren, und das were alles eime alſo gut als dem andern. Darnoch ſo habent die zwene Andres diſem gezugen under den Kürſenern geſeit, das ſü mit Gutenberg eins worden ſient von des zedels wegen, und hette jnen den punten von Hans Riſſen wegen abegelon und wolte jnen den leſten punten baſs lütern, ſo in dem nehſten artickel ſtet, und ſeitent ouch doby das Andres Dritzehen hette Gutenberg geben XL. guldin, und dis gezugen bruder jm L. guldin, wann die beredunge uff das zil was fünfzig guldin, als der zedel wiſet, und darnach in den nehſten Winahten XX. guldin, und das ſyent die Winahten nehſt vergangen, und dann darnach zu halbvaſten aber gelt als der zedel wiſet do ſich dirre gezuge uffgezuhet, und ſpricht auch diſer gezuge das er den zedel bekenne by den zilen, und würde das gelt nit in gemeinſchafft geleit es ſolte Gutenberges ſin. So habe ouch Andres Dritzehen kein burſe mit uns geleit und nye kein gelt uſgeben, do uſſe für eſſen und trincken ſo ſü do uſſe dotent.*

*Dirre gezuge hat ouch geſeit das*

vero ab illo approbatum eſſe; inſuper Andream Dritzehen Gutenbergio quadraginta florenos et fratrem huius teſtis quinquaginta dediſſe, quippe ita inter ſe pactos, ut ſub finem Septembris quinquaginta floreni, et poſtea feſto Nativitatis Chriſti viginti ſolverentur, idque effectum eſſe dicto feſto nuper elapſo; denique ſub medium Quadrageſimae adhuc quandam pecuniae ſummam, vi obligationis ab hoc teſte productae, fuiſſe ſolvendam. Idem teſtis quoque dixit, ſe hanc obligationem veram affirmare, et pecuniam iſtam non communi maſſae eſſe illatam, ſed Gutenbergio fuiſſe addictam. Andream quoque nunquam pecuniam in commune contuliſſe, nec erogaſſe pro victu et potu extra urbem ipſis miniſtrato.

Idem teſtis inſuper dixit, ſe probe

*das er wol wiſſe das Gutenberg unlange vor Wihnahten ſinen knebt ſante zu den beden Andreſen, alle formen zu holen, und würdent zur loſſen das er eſs ſehe, und jn joch ettliche formen ruwete.*

*Do noch do Andres ſelige abeginge, und dirre gezuge wol wuſte das lüte gern hettent die preſſe geſehen, do ſpreche Gutenberg ſü ſoltent noch der preſſen ſenden er forhte das man ſü ſehe, do ſante er ſinen knebt harjn ſü zur legen, und wann er müſſig were ſo wolte er mit jn reden, das entbot er jn. Er hat ouch geſeit das von Reimbolt Muſelers wegen und von ſinen wegen ſy nye gedaht worden.*

*Item Her Anthonie Heilman hat anderwerbe geſeit, das der lengeſte zedel under den zwein zedeln geweſen ſy von dem in ſiner obegemelten ſage ſtet, ſo Gutenberg den zwein Andres geben lieſs ſich daruff zu bedencken, und von des andern zedels wegen der der erſt geweſen ſin ſol, do weis dirre gezuge nit obe er es ſy oder nit, dann es ſy jm uſſer ſynne gangen. Er hat ouch geſeit, das Andres Dritzehen und An-*

probe ſcire, Gutenberg paulo ante Nativitatis feſtum famulum ſuum ad utrumque Andream miſiſſe, ut omnes formas peteret, easque in conſpectu eius diſſolutas, et complures etiam formas defectu laboraſſe.

Deinde cum poſt mortem Andreae hic teſtis haud ignoraret, multos curioſos eſſe prela videndi, Gutenberg mandaſſe, ut quendam mitterent, qui impediret, ne quis prela videret, ſuumque famulum miſiſſe ad disiectionem faciendam, ſe vero otio dato cum illis collocuturum promiſit. Dixit quoque, de Reinboldo Muſeler et de ſe nunquam eſſe mentionem factam.

Item Dominus Antonius Heilmann altera vice dixit: inter obligationes duas, de quibus in ſupra dicta ſua depoſitione ſermo eſſet, iſtam, quae maioris formae, eandem eſſe, quam Gutenberg utrique Andreae dediſſet perpendendam, de altera vero et antecedenti obligatione ſibi non conſtare, ejuſque ſe plane oblitum eſſe. Dixit quoque, Andream Dritzehen et Andream Heilmann Gutenbergio pro-

*Andres Heilman dem obgenanten Gutenberg ein halp ſuder wins geben hant vür das ſü by Im do uſſe geſſen und getruncken hant, So habe ouch Andres Dritzehen Im beſonders geben I. omen geſottens wins und by hundert Regelsbiern. So hat er ouch geſeit, das er ſinen bruder darnoch gefraget habe, wann ſü anfingent zu leren, do habe er jm geantvvurt, Gutenberg breſte noch X. guldin von Andres Dritzehen, an den funftzig guldin ſo er an ruckes geben ſolt han.*

pro convictu ipſis ſubminiſtrato dimidiam amphoram vini, et Andream Dritzehen proprio ſuo nomine menſuram mulſi, centumque circiter pyra dediſſe. Edixit inſuper, ſe fratrem ſuum poſtea interrogaſſe, quonam tempore addiſcere inciperent? eumque reſpondiſſe: Gutenberg adhuc decem florenos reſtantes, ut ſumma quinquaginta florenorum promiſſa compleretur, ab Andrea Dritzehen expetere.

§. 15. *Item Hanns Dünne der goltſmyt hat geſeit, das er vor dryen joren oder doby Gutemberg by den hundert guldin abe verdienet habe alleine das zu dem trucken gehöret.*

§. 15. Item Johannes Dünne aurifaber dixit: ſe iam ante tres vel circiter annos, ad centum florenorum pretium pro rebus ad impreſſionem pertinentibus à Gutenbergio accepiſſe.

§. 16. *Item Midehart Stocker hat geſeit..... das Er von Andres Dritzehen gehort habe, das er ſpreche, hülff jn Got das das gemahte vverck in der gemeinſchaft vertriben vvürde, ſo hoffte und truvvete er uſs allen ſinen nöten zu kummen.*

§. 16. Item Midehartus Stocker dixit, ſe audiviſſe ex ore Andreae Dritzehen: ſi Deus benedixerit, ut res à ſocietate perfectae emtores inveniant, tum ſe ſperare atque confidere, ſe ex omnibus anguſtiis ſuis eſſe emerſurum.

B. Laurentii Beildeck, qui famulus Gutenbergii fuit, querimonia, ex Protocollo Senatus majoris, cujus rubrum: *Queremonie et teſtes regiſtrati Magni Conſilii, Anno Dni M°. CCCC°. XXX nono.*

*Ich Lorentz Beildeck clage uch Herren der meiſter abe Jorg Dritzehen, Als hatt er mir für uch mine gnedigen Herren meiſter und Rat gebotten. Ime ein worheit zu ſagen, da ich ouch by minem geſwornen eide geſeit habe was ich davon wuſte. Als iſt nu der egenannt Jörg Dritzehen darnoch aber für uch komen und hatt einen botten anderwerbe an mich gevordert jme eine worheit zu ſagen und hat damit geret ich habe vor nit wor geſeit. Darzu hat er ouch zu mir offenlich geruffet, höreſtu worſager du muſt mir wor ſagen ſolte ich mit dir uff die leiter kommen, und hatt mich damit frevenlich geſchuldiget und gezugen das ich ein meineidiger böſewicht ſye, da er mir doch von den gnaden Gottes unrecht geton hatt das doch ſwer böſe ſachen ſint etc.*

Ego Laurentius Beildeck defero ad Vos, Dominos Magiſtros, Georgium Dritzehen, quod cum ad Vos, inclytos Magiſtros et Senatum, me citaſſet, ut dicerem verum, egoque quidquid iſta de cauſa noveram iurato dixiſſem; Georgius ille Dritzehen poſtea iterum ad Vos acceſſit, & per alium nuntium, ut verum dicerem, denuo poſtulavit, antea minus vera me edixiſſe incuſans. Praeterea publice me compellavit his verbis: Audisne, homo veridice, cogam te verum dicere, ſi vel patibulo tecum ſuſpendi deberem; adeoque periurum nebulonem me eſſe, nefarie arguit, quamvis gratia Dei ſim innocens. Imputatio gravis!

Poſt

*Poſt medium huius Protocolli, ubi enumerationes teſtium in diverſis cauſis, ſequentia leguntur:*

| | |
|---|---|
| Dis iſt Gutenbergs Worheit wider Jerge Dritzehen. | *Haec eſt Gutenbergii veritas* (teſtes) *contra Georgium Dritzehen.* |
| *Item Her Anthonie Heilman* | Item Dom. Antonius Heilman. |
| *Item Andres Heilman* | Item Andreas Heilman. |
| *Item Claus Heilman* | Item Nicolaus Heilman. |
| *Item Mudart Stocker* | Item Mudartus Stocker. |
| *Item Lorentz Beldeck* | Item Laurentius Beldeck. |
| *Item Wernher Smalriem* | Item Wernherus Smalriem. |
| *Item Fridel von Seckingen* | Item Fridelinus de Seckingen. |
| *Item Ennel Drytzehen* | Item Anna Dritzehen. |
| *Item Conrat Saſpach* | Item Conradus Saſpach. |
| *Item Hans Dunne* | Item Johannes Dunne. |
| *Item Meiſter Hirtz* | Item Magiſter Hirtz. |
| *Item Her Heinrich Olſe* | Item Dom. Heinricus Olſe. |
| *Item Hans Riffe* | Item Johannes Riffe. |
| *Item Her Johans Dritzehen.* | Item Dom. Johannes Dritzehen. |
| Dis iſt Jerge Dritzehen Worheit gegen Hans Gutenberg. | *Haec eſt Georgii Dritzehen veritas* (teſtes) *contra Johannem Gutenberg.* |
| *Item Lütprieſter zu Sant Martin* | Item Parochus ad St. Martini. |
| *Item Fridel von Seckingen* | Item Fridelinus de Seckingen. |
| *Item Jocop Imeler* | Item Jacobus Imeler. |
| *Item Hans Sydenneger* | Item Johannes Sydenneger. |
| *Item Midhart Honöwe* | Item Midhartus Honöwe. |
| *Item Hans Schultheis der holtzman* | Item Johannes Schultheis, lignarius. |

*Item* Item

| | |
|---|---|
| *Item Ennel Dritzehen ſin husfröwe* | Item Anna Dritzehen, uxor eius. |
| *Item Hans Dunne der goltſmit* | Item Johannes Dunne, aurarius faber. |
| *Item Meiſter Hirtz* | Item Magiſter Hirtz. |
| *Item Heinrich Biſinger* | Item Heinricus Biſinger. |
| *Item Wilhelm von Schutter* | Item Wilhelmus Schutterenſis. |
| *Item Wernher Smalriem* | Item Wernherus Smalriem. |
| *Item Thoman Steinbach* | Item Thomas Steinbach. |
| *Item Saſpach Cunrat* | Item Saſpach Conradus. |
| *Item Lorentz Gutenbergs knebt und ſin fröwe* | Item Laurentius, Gutenbergii ſervus, cum uxore ſua. |
| *Item Reimbolt von Ehenheim* | Item Reimboldus de Ehenheim. |
| *Item Hans IXjor von Biſchoffsheim.* | Item Johannes Neunjor de Biſchoffsheim. |
| *Item Stöſſer Neſe von Ehenheim* | Item Agnes Stœſſer de Ehenheim. |
| *Item Berbel das clein fröwel* | Item Barbara muliercula. |
| *Item Her Jerge Saltzmütter* | Item Dom. Georgius Saltzmütter. |
| *Item Heinrich Sidenneger* | Item Heinricus Sydenneger. |
| *Item ein brieff über X. ℔. gelts hant die Herren zum jungen Sant Peter her Andres verſetzt* | Item chirographum X. librarum argenti, quod Canonici D. Petri minoris Eccleſiae, Dom. Andreae pignori dederunt. |
| *Item ein brieff über II. ℔. gelts hant die Wurmſer ouch* | Item chirographum II. librarum argenti, quod in Wurmſeriorum manibus eſt. |
| *Item Hans Roff der goltſmit und ſin fröwe* | Item Johannes Roff, faber aurarius, et uxor ejus. |
| *Item Her Goſſe Sturm zu Sant Arbegaſt* | Item Dom. Goſſe Sturm ad S. Arbogaſtum. |
| *Item Martin Verwer.* | Item Martinus Verwer. |

C. Sen-

C. Sententia Senatus in Gutenbergii cauſa, ex Protocollo Contractuum, Anno M°. CCCC°. Triceſimo nono.

*Wir Cune Nope der Meiſter und der Rat zu Straſsburg thun kunt allen den die diſen brieff ſehent oder hörent lesſen, daſs für uns kummen iſt Jerge Dritzehen vnſer burger im namen ſin ſelbs und mit vollem gewalt Clauſs Dritzehen ſins bruders, und vorderte an Hans Genſzefleiſch von Mentz genant Gutenberg, vnſern hinderſoſz, und ſprach alſs hette Andres Dritzehen ſin bruder ſelige ein erber gut von ſime vatter ſeligen geerbet, und deſselben ſins vetterlichen erbs und guts etwa vil verſetzet und darus ein trefflich ſumme gelts brobt, und wer alſo mit Hanſz Gutenberg und andern zu einer geſellſchafft und gemeinſchafft kommen, und hett ſolch gelt in dieſelbe gemeinſchafft zu Hans Gutenberg geleit, und hettent gut zit Ir gewerbe mittenander gemaht und getriben des ſie auch ein mychel* (groſz) *teil zuſammen brobt hettent, So were auch Andres Drytzehen an vil enden do ſie bli und anders das darzu gehört kaufft hettent, bür-*

Nos Cuno Nope Praetor et Senatus Argentoratenſis notum facimus omnibus, praeſentes literas inſpecturis vel audituris, quod Nos adierit Georgius Dritzehen, civis noſter, tam proprio nomine, quam mandato Nicolai Dritzehen, fratris ſui, inſtructus, agens contra Johannem Genſſefleiſch de Moguntia, dictum Gutenberg, incolam noſtrum, et exponens, defuncto ſuo fratri Andreae Dritzehen luculenta ex paterna hereditate obveniſſe bona, ex quorum oppigneratione non parvam redegerit pecuniae ſummam, quam ſocietati, cum Johanne Gutenberg aliisque initae, intulerit; diuque illos in ſocietate perſtitiſſe, quaeſtumque magno emolumento exercuiſſe. Andream Dritzehen diverſis in locis, ubi plumbum aliaque ad id neceſſaria comparaverint, fidem ſuam interpoſuiſſe, ac facta ſolutione liberaſſe. Andrea igitur mortuo, ſe fratremque ſuum Nicolaum petiiſſe ſaepius a Johanne Gutenberg, ut ſocios ipſos

*bürge worden, das er auch vergolten und bezalt hette, Alſs nu derſelbe Andres von tode abegangen were, hette er und ſin bruder Clauſs ettwie dick an Hannſz Gutenberg gefordert, daſs Er ſie an Irs bruder ſeligen ſtat, in die gemeinſchafft nemen ſolte, oder aber mit Inen überkommen umb ſolich ingeleit gelt, ſo er zu Im in die gemeinſchafft geleit hette, das er aber alles nie getun wolte, und ſich domit behülffe, daſs Andres Dryzehen ſolich gelt in die gemeinſchafft zu Im nit geleit haben ſolte, do er aber hoffte und truwete erberlich zu erzügen wie er dovor geret hette, daſs das alſo ergangen were, und darumb ſo begerte er noch hütbitage daſs Gutenberg In und ſin bruder Clauſs in Ir erbe und in die gemeinſchafft an Irs bruder ſeligen ſtat ſetzen, oder aber ſolich ingeleit gelt, von Irs bruder ſeligen wegen wider harus geben wolte, Alſs Inen das von erbes und rechtes wegen billich zugehörte; Oder aber ſeite warumb er das nit tun ſolte.*

*Dagegen antwurt Hanns Gutenberg, daſs Ime ſolich vorderunge von Jerge Drytzehen unbillig*

pſos in locum fratris defuncti reciperet, aut de collata in ſocietatem pecunia cum ipſis transigeret; quae vero omnia recuſaverit, pecuniam iſtam ab Andrea Dritzehen in ſocietatem collatam eſſe negans. Cum vero dictorum veritatem ſatis ſe probaturum confidat, ideo ſe petere adhuc, ut Gutenberg ſe et fratrem ſuum Nicolaum in partem collatae pecuniae et lucri ſocietatis loco defuncti fratris admittat, aut collatam a fratre pecuniam, ipſis legitimis eius heredibus reſtituat, aut cur recuſet, exponat.

Reſpondit ad haec Johannes Gutenberg: Georgii Dritzehen petitum ſibi injuſtum videri, cum

*billig neme, Sit er doch durch etlich geſchrifft und zedel ſo er und ſin bruder hinder Andres Dryzehen Irem bruder noch tode funden hätte wol underwiſsen were, wie er und ſin bruder ſich mittenander vereyniget hettent, Dann Andres Dryzehen hette ſich vor ettlichen Jaren zu Im gefüget und underſtanden ettlich kunſt von Im zu leren und zu begriffen, Deſs hett er In nu von ſiner bitt wegen geleret, Stein bollieren das er auch zu den ziten wol genoſſen hette, Donoch über gut zit, hette er mit Hanns Riffen vogt zu Lichtenow ein kunſt underſtanden Sich der uff der Ocher heiltums fart zu gebruchen und ſich des vereynigt daſs Gutenberg ein zweiteil und Hans Riffe ein dirteil daran haben ſolte, Deſs were nu Andres Dryzehen gewar worden, und hette In gebeten Inen ſolich kunſt auch zu leren und zu underwiſen, und ſich erbotten daſs noch ſim willen umb In zu verſchulden. In dem hette Her Anthonie Heilmann Inen deſsglichen von Andres Heilmanns ſins bruders wegen auch gebetten, do hette er nu Ir beden bitt*

cum ex ſcriptis et ſchedis, apud defunctum fratrem Andream Dritzehen repertis, ſatis ipſe (*actor*) leges ſocietatis, a ſe (*Gutenberg*) cum eius fratre contractae, intelligere poſſit. Scilicet, quod Andreas Dritzehen ante aliquot annos ſecum coniunxerit, quandam a ſe artem diſcere conatus. Annuiſſe ſe eius petito et lapides poliendi artem ipſi monſtraſſe, unde et lucrum non exiguum ceperit. Diu poſt ſe cum Johanne Riff, praefecto Lichtenavienſi, quandam artem exercere coepiſſe, qua in Nundinis Aquisgranenſibus uterentur, ita ut duae tertiae lucri Gutenbergio, reliqua pars Johanni Riff obvenirent. Andream Dritzehen, hac re intellecta, petiiſſe, ut et ſibi artem iſtam explicaret, praemium, quod vellet, promittens. Interea Antonium Heilmann pro fratre ſuo, Andrea Heilmann, eadem rogaſſe; annuiſſe ſe amborum petitis, artem ſuam illos docens, ac emolumentorum fructuumque dimidiam partem ipſis ſpondens; ita ut ii ambo unam partem, Johannes Riff alteram, ipſe vero dimidiam conſequeretur;

*bitt angeſehen und Inen verſprochen Sie des zu leren und zu underwiſsen, und ouch von ſolicher kunſt und afentur das halbe zu geben und werden zu laſsen, alſo daſs ſie zween ein teil Hans Riff den andren teil und er den halben teil haben ſolte, Darumb ſo ſoltent dieſelben zwene Im Gutenberger hundert und LX. gulden geben in ſinen ſeckel von der kunſt zu leren und zu underwiſen, Do Im auch uff die zit von ir jeglichem LXXX. gulden worden were, Als hettent ſie alle vor Inen daſs die heiltums fart uff dis Jar ſolte ſin, und ſich daruff gerüſtent und bereit mit Ir kunſt, Alſs nu die hieltumbfart ſich eins Jares lenger verzogen hette, hettent ſie fürbas an In begert und gebetten Sie alle ſin künſte und afentur ſo er fürbaſſer oder in ander wege mer erkunde oder wuſte, auch zu leren und des nicht vür Inen zu verhelen, Alſo überbatent ſie Ine daſs ſie des eins wurdent und wurde nemlich beret daſs Sie Im zu dem erſten gelt geben ſoltent II½$^{c}$ gulden, das were zuſammen* 410. *gulden, und ſoltent Im auch des hundert gulden geben alſs bar, deſs*

tur; pro mercede traditae artis ambos ſibi Gutenberg 160. florenos ſolvere debuiſſe, ac definito tempore quemlibet illorum 80. ſibi aureos perſolviſſe. Cumque omnes perſuaſi eſſent, Nundinas Aquenſes eo anno celebratum iri, omniaque ad eas paraſſent, illae vero ad annum ſequentem differrentur, ſocios a ſe (*Gutenberg*) petiiſſe, ut omnes, quas calleret, artes mirabiles atque ſecretas, nulla excepta, ipſis traderet. Reſpondiſſe ſe illorum voto, ea conditione, ut priori ſummae 250. florenos adderent, unde ſumma 410. florenorum prodiret, quorum centum parata pecunia ex his ſtatim ſolvendae; id quod etiam praeſtitum ſit ab Andrea Heilmann, qui 50. florenos exſolverit, et ab Andrea Dritzehen, qui ſolverit 40. florenos; adeoque florenorum decem adhuc debitor exiſtat; 75. florenos autem, qui reſtent a ſingulis ſolvendi, ambo adnumerarent tribus illis, de quibus tum convenerint, definitis temporibus. Cum vero Andreas Dritzehen interea temporis obierit, iſtaque pecunia ab ipſo perſoluta nondum

*deſs Im auch uff die zit* 50. *gulden von Andres Heilmann und* 40. *fl. von Andres Dryzehen worden werent, und ſtundent Im von Andreſs Dryzehen des noch* 10. *fl. uſs. Darzu ſoltent die zwene Ir jeglicher Im die* 75. *fl. geben zu dryen zilen noch dem dann dieſelbe zil deſsmols beret worden werent, Do ober Andres Dryzehen in ſölichen zilen von tode abegangen were und Ime ſölich gelt von ſinet wegen noch uſsſtünde, ſo were auch uff die zit nemlich beret, daſs ſölich Ir aſſenture mit der kunſt ſolt weren fünff gantze Jar, und wer es daſs ir einer under den vieren in den fünff jaren von tode abeginge, ſo ſolte alle kunſt, geſchirre und gemaht werck by den andern bliben, und ſoltent des abegangenen erben dafür noch uſsgang der fünff jor werden hundert gulden, Das und anders auch alles zu der zit verzeichent und hinder Andres Dryzehen kommen ſy darüber einen verſigelten brieff zu ſetzen und zu machen alſs das die zeicheniſs luter uſwiſset, und habe auch Hanſs Gutenberg ſie ſithar und daruff ſölich afentur und kunſt gelert und*

dum ſit, ad hoc inter ipſos quinque annorum terminus placuerit pro exercenda arte mirabili, et additum ſit, quod, ſi unus quatuor contrahentium intra definitum quinquennium deceſſerit, omnia artis utenſilia et opera inſtrumentis perfecta apud reliquos manerent, qui finitis quinque annis defuncti heredibus centum redderent florenos. Cuius rei acta apud Andream Dritzehen depoſita, ita ut ſolenne inſtrumentum ſigillo munitum deinceps conficeretur, id quod ipſa quoque acta teſtentur; Johannem Gutenberg quoque poſtea hanc ſecretam et mirabilem artem ipſos docuiſſe, quod et Andreas Dritzehen, morti proximus, confeſſus ſit. Cum itaque chartae, hac ſuper re confectae, et apud Andream Dritzehen repertae, hoc clare contineant ac oſtendant, ipſeque praeterea probatis teſtibus ſe demonſtraturum confidat, petere ſe, ut Georgius Dritzehen et eius frater Nicolaus 85. florenos, quos defunctus eorum frater ſibi (*Gutenberg*) nondum ſolvit, de illis centum florenis detrahant; ſe reſiduos quindecim flo-

*und underwiſen, deſs ſich auch Andres Dryzehen an ſine tot bett bekant hette, Darumb und wile die zedel ſo darüber begriffen und hinder Andres Dryzehen funden werent, das luter beſagen und innhalten, und er das auch mit guter kuntſchafft hofte byzubringen, ſo begerte er, daſs Jörge Dryzehen und ſin bruder Clauſs Im die* 85. *gulden ſo Im von Irs bruder ſeligen wegen noch alſo uſsſtünden, an den* 100. *gulden abeſchlahent, ſo wolle er Inen die überigen* 15. *gulden nochgeben, wiewol er des noch etliche jahr zil hette, und Inen darumb tun noch wiſunge ſolicher zedel davon begriffen, Und alſs Jerge Dryzehen fürbas gemeldet hette wie Andres Dryzehen ſin bruder ſelige etwie vil ſins vatters erbe und guts gehebt, verſetzet oder verkauſt habe, das gange Ine nicht an, und Im ſy von Im nit me worden, dann er vor erzalt habe, uſsgeſat ein halben omen geſotten wins, ein korp mit bieren und er und Andres Heilmann haben Im ein halb fuder wins geſchencket, do ſie zwene faſt me by Im verzert hettent, darumb Im aber nützit wor-*

florenos ipſis redditurum, quamvis dies ſolutionis nonniſi poſt aliquot annos venturus ſit; adeoque heredibus ſe ſecundum literas ſuper hac re conſcriptas ſatisfacturum. Quod autem Georg. Dritzehen porro alleget, Andream Dritzehen, defunctum ſuum fratrem, multa ex paterna hereditate partim oppigneraſſe, partim alienaſſe, hoc ſibi praeiudicio eſſe non poſſe, cum praeter dictam pecuniam et praeter dimidiam vini cocti menſuram et caniſtrum pirorum acceperit nihil, niſi quod is (*Dritzehen*) atque Andreas Heilmann ſibi dimidiam carratam vini dono dederint, cum illi plus fere penes ſe conſumſerint, pro quo tamen nihil perceperit. Fruſtra quoque ipſum (*Georgium*) petere, heredis titulo in emolumenta ſocietatis admitti, cum nullas eius rei obligationes noſcat; neque Andream Dritzehen uſquam pro plumbo aliisve rebus comparandis fidem ſuam interpoſuiſſe, niſi apud Fridelinum a Seckingen, qua tamen ipſe (*Gutenberg*), poſt mortem eius, numerata a ſe pecunia, eum liberaſſet, quae vera

*worden were, Darzu als er fordert Inen in ſin erbe zu ſetzen, do wiſse er dehein erbe noch gut do er Ine inſetzen ſolle oder dovon er Im iht zu thun ſy. So ſy auch Andres Dryzehen niergent ſin bürge worden, weder für bli oder anders, one ein mol gegen Fridel von Seckingen, von dem habe er Ine noch ſime tode widergelidiget und gelöſet, und begert darumb ſin kuntſchafft und worheit zu verleien.*

vera probaturum ſe offert per teſtes.

*Alſs nochdem Wir Meiſter und Rat obgenannt forderunge und antwurt, rede und widerrede, auch kuntſchafft und worheit ſo ſie beder ſite fürgewant habent und beſunder den zedel wie die beredung vor Vns geſcheen, verhörtent, do komment Wir mit recht urteil überein und ſprochent es auch zu recht: wile ein zedel da iſt der da wiſet in welcher maſse die beredunge zugangen und geſchehen ſin ſoll. Sy dann daſs Hanns Riff, Andres Heilmann und Hanns Gutenberg ſchwerent einen eit an den Heiligen, daſs die ſache ergangen ſient, alſs das der obgemelt zedel wiſet, und das derſelbe zedel daruff begriffen wurt daſs ein beſigelter*

Nos Praetor et Senatus audita dicta actione et exceptione, petito et reſponſione, probatione et teſtimoniis, ab utraque parte allatis, et praecipue charta conventionis examinata, iudicamus et ſtatuimus, ratam eſſe conventionis formulam, quam initam eſſe, ex charta patet, ita-tamen, ut Joh. Riff, Andreas Heilmann et Joh. Gutenberg iureiurando ad ſanctos praeſtito fidem dictae chartae ſuppleant, et affirment, dictam conventionem publici inſtrumenti formam accepturam fuisſe, ſi Andream Dritzehen mors non praeripuiſſet. Joh. quoque Gutenberg inſuper iureiurando ſi aſſeveret, illos 85. florenos

*ſigelter brieff daruſs gemaht ſin ſolt ob Andres Dryzehen by ſinem leben bliben were, und daſs Hanſs Gutenberg do mit ſweret, daſs Im die* 85. *gulden von Andres Dritzehen noch unbezalt uſsſtont, ſo ſollen Im dieſelben* 85. *gulden an den obgemelten* 100. *gulden abegon, und ſoll die übrige* 15. *gulden gemelten Jörge und Claus Dryzehen harus geben, und ſollent die* 100. *gulden domit bezalt ſin noch innhalt der obgemelten zedel, Und ſoll Gutenberg fürbas von deſs wercks und gemeinſchafft wegen mit Andres Dryzehen all nützit zu tun noch zu ſchaffen haben. Solichen eit Hans Riff, Andres Heilman und Hanns Gutenberg vor Vns alſo geton habent, uſsgenommen daſs Hans Riff geſeit hat daſs er by der beredung am erſten nit geweſsen ſy, ſo bald er aber zu In kommen und ſie Im die beredung ſeiten, da lieſs er das auch daby bliben, daruff gebieten Wir dieſe verheiſsung zu halten.* Datum vigil. Lucie et Otilie (d. 12. Dec.) Anno XXXIX.

renos ipſi ab Andrea Dritzehen nondum fuiſſe ſolutos, deducat ille iſtos 85. florenos a centenis, quos debet, et ſi reſiduos quindecim Georgio et Nicolao Dritzehen reddiderit, centum illi floreni ſoluti cenſeantur, ſecundum tenorem ſupra dictarum chartarum; Gutenbergioque ratione operis et ſocietatis nihil amplius cum illis ſit commune. In dictam formulam iurarunt Johannes Riff, Andreas Heilmann et Joh. Gutenberg, nobis praeſentibus, niſi quod Joh. Riff enuntiaverit, ſe primae deliberationi non interfuiſſe, acquieviſſe tamen, cum ipſo ſuperveniente conventionis formulam repetierint. Jubemus ergo, ſtandum eſſe dictae conventioni. *Datum vigil. Lucie et Otilie* (d. 12. Dec.) Anno XXXIX.

NUM. II.

## NUM. II.

CORNELII *bibliopegi, quondam famuli Laurentii Jo. fil. Harlemenſis, teſtimonium de heri ſui inventionibus, quod ſervavit* HADR. JUNIUS *in* Batavia, *pag.* 253. *ſeq. edit. Lugd. Bat.* 1588. (*c*).

Redeo ad urbem noſtram (*Harlemum*), cui primam inventae iſthic artis typographicae gloriam deberi, et ſummo iure asſerendam aio, utpote propriam et nativam: ſed luminibus noſtris ſola officit inveterata illa et quae encauſti modo inſcripta eſt animis opinio, tam altis innixa radicibus, quas nulli ligones, nulli cunei, nulla rutra revellere aut eruere valeant, qua pertinaciter credunt, et perſuaſiſſimum habent apud Magontiacum claram et vetuſtam Germaniae urbem primo repertas literarum formulas quibus excuderentur libri. Utinam hic incredibilem illam dicendi vim, quae in Carneade fuiſſe perhibetur, voto exoptare posſem, qui nihil defendiſſe unquam, quod non probarit, nihil oppugnaſſe, quod non everterit, dicitur; ut ſaltem refugam illam laudem poſtliminio revocare, et hoc quaſi trophaeum erigere poſſem, veri interpolator: quod ego non alio optarim, quam ut veritas recte a Poëta vetere Temporis filia nuncupata, aut (ut ego ſoleo) χρόνȣ ἔλεγχος, tandem detegatur, quaeque iuxta Democritum, altiſſimo in puteo demerſa hactenus delituit, in apertum proferatur. Si glorioſum certamen ſuſcipere non piguit Aegyptios et Phoenicas de literarum inventione, his Deo duce earum inventum ad ſe trahentibus, quando tabulas θεοχαράκτους, hoc eſt, a Deo exaratas iactant: illis a ſe repertas Graeciae intuliſſe gloriantibus, quando Cadmus Phoenicum claſſe vectus, rudibus Graecorum populis artis illius auctor, eas commonſtravit. Rurſus ſi Athe-

(*c*) De hoc loco, quantum ſatis eſt, egimus *Cap. III.* §. 2. *et* 10. ac *Cap. IV. per tot.*

Athenienſes Cecropi ſuo, Thebani Lino, eandem laudem vindicant: Palamedi Argivo excogitatorum characterum gloriam Tacitus et Philoſtratus deferunt: ut Hyginius Latinorum Carmentae Evandri matri. Si itaque controverſam dubiamque gloriam cunctae gentes ad ſe ceu propriam rapere non erubuerunt, quid vetat quo minus indubitandae laudis poſſeſſionem, de qua per ſocordiam avitam exturbati ſumus, quaſi poſtliminii iure repetamus? Equidem non invidia, aut malevolentiae ſtudio transverſus agor, ut huic afferam, quod alteri derogem ac detraham. Craſſi impudentiam non imitabor, hinc Scaevolae ſanctimoniam et gravitatem affectando, illinc prehenſationibus favorem hominum eblandiendo: haud is ſum, corruptis arbitriis planum agere non decrevi, veritatem illam unam perſpicuam, quam uti caeleſte Solis iubar, nulla nox, nulla caligo quantumvis alta obtenebrare poteſt, exhibiturus, quantum in me eſt, idque ſimplici ac minime fucato orationis filo, quod illa amat. Quod ſi optimus ille teſtis eſt, auctore Plutarcho, qui nullo obſtrictus beneficio, neque alterius addictus ſtudio, libere quod ſentit loquitur et intrepide, meum teſtimonium merito locum habeat, qui nec mortuum aut haeredes poſterosve cognatione attingam, neque gratiam aut beneficium inde expectem, qui quicquid huius feci, id totum ſepultis Manibus pietatis ergo impendi. Dicam igitur quod accepi a ſenibus et auctoritate gravibus, et Reipub. adminiſtratione claris, quique a maioribus ſuis ita accepiſſe graviſſimo teſtimonio confirmarunt, quorum auctoritas iure pondus habere debeat ad faciendam fidem.
„ Habitavit ante annos centum duodetriginta Harlemi in aedibus „ ſatis ſplendidis (ut documento eſſe poteſt fabrica quae in hunc „ usque diem perſtat integra) foro imminentibus e regione Pala„ tii Regalis, Laurentius Joannes cognomento Aedituus Cuſtos„ ve, (quod tunc opimum et honorificum munus familia eo „ nomine clara haereditario iure poſſidebat) is ipſe qui nunc „ laudem inventae artis Typographicae recidivam iuſtis vindiciis „ ac ſacramentis repetit, ab aliis nefarie poſſeſſam et occupatam,

„ ſum-

„ ſummo iure omnium triumphorum laurea maiore donandus.
„ Is forte in ſuburbano nemore ſpatiatus (ut ſolent ſumpto cibo
„ aut feſtis diebus cives qui otio abundant) coepit faginos corti-
„ ces principio in literarum typos conformare, quibus inverſa
„ ratione ſigillatim chartae impreſſis verſiculum unum atque alte-
„ rum animi gratia ducebat, nepotibus generi ſui liberis exem-
„ plum futurum. Quod ubi feliciter ſucceſſerat, coepit animo
„ altiora (ut erat ingenio magno et ſubacto) agitare, primumque
„ omnium atramenti ſcriptorii genus glutinoſius tenaciusque, quod
„ vulgare lituras trahere experiretur, cum genero ſuo Thoma
„ Petro, qui quaternos liberos reliquit omnes ferme conſulari
„ dignitate functos (quod eo dico ut artem in familia honeſta et
„ ingenua, haud ſervili, natam intelligant omnes) excogitavit,
„ inde etiam pinaces totas figuratas additis characteribus expres-
„ ſit: quo in genere vidi ab ipſo excuſa Adverſaria, operarum
„ rudimentum paginis ſolum adverſis, haud opiſtographis: is li-
„ ber erat vernaculo ſermone ab auctore conſcriptus anonymo,
„ titulum praeferens, *Speculum noſtrae ſalutis*: in quibus id ob-
„ ſervatum fuerat inter prima artis incunabula (ut nunquam ulla
„ ſimul et reperta et abſoluta eſt) uti paginae averſae glutine
„ commiſſae cohaereſcerent, ne illae ipſae vacuae deformitatem
„ adferrent. Poſtea faginas formas plumbeis mutavit, has dein-
„ ceps ſtanneas fecit, quo ſolidior minusque flexilis eſſet mate-
„ ria, durabiliorque: e quorum typorum reliquiis quae ſuper-
„ fuerant conflata oenophora vetuſtiora adhuc hodie viſuntur in
„ Laurentianis illis, quas dixi, aedibus in forum proſpectantibus,
„ habitatis poſtea a ſuo pronepote Gerardo Thoma, quem ho-
„ noris cauſſa nomino, cive claro, ante paucos hos annos vita
„ defuncto ſene. Faventibus, ut fit, invento novo ſtudiis ho-
„ minum, quum nova merx, nunquam antea viſa, emptores un-
„ dique exciret cum huberrimo quaeſtu, crevit ſimul artis amor,
„ crevit miniſterium, additi familiae operarum miniſtri, prima
„ mali labes, quos inter Joannes quidam, ſive is (ut fert ſuſpi-

„ cio) Fauſtus fuerit ominoſo cognomine, hero ſuo infidus et „ infauſtus, ſive alius eo nomine, non magnopere laboro, quod „ ſilentum umbras inquietare nolim, contagione conſcientiae „ quondam dum viverent tactas. Is ad operas excuſorias ſacra- „ mento dictus, poſtquam artem iungendorum characterum, fu- „ ſilium typorum peritiam, quaeque alia eam ad rem ſpectant, „ percalluiſſe ſibi viſus eſt, captato opportuno tempore, quo „ non potuit magis idoneum inveniri, ipſa nocte quae Chriſti „ natalitiis ſolennis eſt, qua cuncti promiſcue luſtralibus ſacris „ operari ſolent, choragium omne typorum involat, inſtrumento- „ rum herilium ei artificio comparatorum ſupellectilem conva- „ ſat, deinde cum fure domo ſe proripit, Amſtelodamum prin- „ cipio adit, inde Coloniam Agrippinam, donec Magontiacum „ perventum eſt, ceu ad aſyli aram, ubi quaſi extra telorum „ iactum (quod dicitur) poſitus tuto degeret, ſuorumque fur- „ torum aperta officina fructum huberem meteret. Nimirum ex „ ea, intra vertentis anni ſpacium, ad annum a nato Chriſto „ 1442. iis ipſis typis, quibus Harlemi Laurentius fuerat uſus, „ prodiſſe in lucem certum eſt Alexandri Galli *Doctrinale*, quae „ Grammatica celeberrimo tunc in uſu erat, cum Petri Hiſpani „ *tractatibus*, prima foetura ". Iſta ſunt ferme quae a ſenibus annoſis fide dignis, et qui tradita de manu in manum quaſi ardentem taedam in decurſu acceperant, olim intellexi, et alios eadem referentes atteſtantesque comperi. Memini narraſſe mihi Nicolaum Galium, pueritiae meae formatorem, hominem ferrea memoria et longa canitie venerabilem, quod puer non ſemel audierit Cornelium quendam bibliopegum ac ſenio gravem, nec octogenario minorem (qui in eadem officina ſubminiſtrum egerat) tanta animi contentione ac fervore commemorantem rei geſtae ſeriem, inventi (ut ab hero acceperat) rationem, rudis artis polituram et incrementum, aliaque id genus, ut invito quoque prae rei indignitate lachrymae erumperent, quoties de plagio inciderat mentio: tum vero ob ereptam furto gloriam ſic ira exardeſcere

ſolere

ſolere ſenem, ut etiam lictoris exemplum eum fuiſſe editurum in plagiarium appareret, ſi vita illi ſuperfuiſſet: tum devovere conſueviſſe diris ultricibus ſacrilegum caput, noctesque illas damnare atque execrari, quas una cum ſcelere illo, communi in cubili per aliquot menſes exegiſſet. Quae non diſſonant à verbis Quirini Taleſii Coſ. eadem fere ex ore librarii eiusdem ſe olim accepiſſe mihi confeſſi. Iſta dictare me compulit cupiditas, et ſtudium defendendae veritatis, quamvis illa odium ſui plaerunque parere ſoleat: in qua tuenda potius quam ut deſerere vadimonium velim, ad ſuſcipiendum odium paratior ſim ac promptior. Nam iſtud facile ponent, qui rem ipſam ſincere ac candide indagabunt et expendent, tanquam in Critolai bilance appenſam: at Veritatis, quae Dei imago quaedam eſt, qui non libenter patrocinium ſuſcipiat, vix hominis appellationem mereri exiſtimo, cuius cura atque amore nihil cuiquam vel ſanctius vel antiquius eſſe debet. Tuendo veritatem et conſtabit ſuus urbi noſtrae honos, in cive ereptam inventionis pulcherrimae gloriam recuperaturae, et cadet eorum arrogantia, quos falſam alienae gloriae haereditatem cernere non puduit, et quaſi deiectis de ponte ſexagenariis alieni iuris poſſeſſionem ſuperbe uſurparunt. At vereor ut ſurdis iſta auribus canantur: utcunque tamen erit, iuvabit me et memoriae inventoris et gloriae urbis pro virili conſuluiſſe, dum apud leves et veri incurioſos animos plus valet praeiudicium opinionis (quod antea quoque teſtatus ſum) quam cum ratione auctoritas. Quae iniuria muſſitanda eſt et devoranda parum lubentibus. Quanquam dolendum minus foret eam laudem in clariſſimam Germaniae urbem, velut aliam in familiam, tranſiſſe, ſi non plagio, ſed recta ratione factum id fuiſſet. Verum arbitror fatis volentibus hanc viam commodiſſimam viſam, uti citiſſime ad nitorem ſuum ac perfectionis culmen perveniret inventum illud, orbi ſale (quod dicitur) et ſole magis neceſſarium, nimirum in maiore luce hominum, per ſtudia, magnatum praemia, et honores (quibus artes aluntur) facilius emerſurum, uti accidiſſe res docuit, quam

in extremo orbis terrarum receſſu quodam et recondito angulo, inter hominum privatorum ſordes.

## NUM. II.*

*Laudum inter Joh. et Jacob. Fauſtos ex una, et Jo. Guttenberg ex altera parte, agens de pecunia in librorum impreſſionem inſumta. Dat. Moguntiae 6. Novemb.* 1455. (*d*).

## NUM. III.

JOANNIS FUST *et* PETRI SCHOEFFER DE GERNSHEIM *ſubſcriptiones librorum duae* (*e*).

### A. *In Pſalterio a.* 1457.

Preſens Spalmorum (*ita per errorem legitur pro* Pſalmorum) Codex venuſtate capitalium decoratus, rubricationibusque ſufficienter diſtinctus adinventione artificioſa imprimendi ac caracterizandi absque calami ulla exaracione ſic effigiatus, et ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatus, per Johannem Fuſt, civem Maguntinum, et Petrum Schoiffer de Gernſheim anno Domini milleſimo. CCCC. LVII. in vigilia aſſumpcionis.

---

(*d*) Inſigne hoc documentum, ne quis a nobis id omiſſum exiſtimet, titulo tenus notaſſe hic ſuffecerit, quum non inventionem aſt perfectionem artis ſpectet. Legi illud poteſt apud auctores, quos *Cap. VII.* not. *as. num.* 9. citavi, atque inſerendum poſthac quoque erit *Antiquitatibus* noſtris *Moguntiae typographicis*.

(*e*) Has ſeligere viſum fuit ex pluribus, quae exhibebuntur omnes in laudato modo opere. Ceterum de vera horum impreſſorum in illis ſubſcriptionibus mente confer *Orig. noſtr. Cap. VII.* §. 2. *et* 5. ubi etiam nonnulla de Pſalterio a. 1457. not. *i.* obſervavimus.

B. *In*

B. *In Libro ſexto Decretalium a.* 1465. (*f*).

Preſens huius ſexti Decretalium praeclarum opus alma in urbe Maguntina inclytae nacionis Germanicae, quam Dei clementia tam alto ingenii lumine donoque gratuito caeteris terrarum nacionibus praeferre illuſtrareque dignatus eſt, non atramento, plumali canna, neque aerea, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu caracterizandi ſic effigiatum et ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatum per Johannem Fuſt civem et Petrum Schoiffer de Gernsheym. Anno Domini M. CCCC. LXV. die vero XVII. menſis Decembris.

## NUM. III.*

*Subſcriptio, Moguntinae editioni* Catholici JO. DE JANUA *a.* 1460. *ſubjecta* (*g*).

Altiſſimi praeſidio, cuius nutu infantium lingue fiunt diſertae, quique numero ſaepe parvulis revelat, quod ſapientibus ce-

(*f*) Nonnulla huius operis exempla breviorem ſubſcriptionem continent, in qua tota periodus, ex *Catholico* a. 1460. depromta, *alma in urbe Maguntina etc....... dignatus eſt*, deſideratur. vid. cl. SCHWARZII *primar. docum. orig. typogr. Part. II. p.* 16.

(*g*) In *Conſpectu Originum* mearum *p.* 28. oſtendere anniſus ſum, ſubſcriptionem huius *Catholici* mendoſam eſſe, et ſubſtituendum videri 1470. Re vero penitius conſiderata, muto ſententiam. Nam opportune me monuit ill. DUVE, Cancellariae Electoralis Hanoveranae Secretarius, inque omni literarum genere verſatiſſimus, conjecturam noſtram refelli annotatione quadam mſ., quae *Catholici* huius exemplo, apud Altenburgenſes in Monaſterio B. Virginis conſpicuo, praefixa eſt his verbis: *Liber preſens per venerabilem virum Dominum Ottonem Griff, tunc temporis Prepoſitum, in utilitatem Monaſterii B. Mariae Virginis in Aldenburgk, confratrumque ibidem exiſtentium emptus eſt de bonis Monaſterii, ſcil.* XLI. *antiquis ſexagenis, anno Domini* M. CCCC. LXV. *circa feſtum eiusdem.* Ea vero annotatio (a JO. CHR. FRID. WILISCH iam edita in *Ind. Biblioth. Altenb. a.* 1721. *p.* 25., niſi quod vitio-

ſe

celat, hic liber egregius, Catholicon, Dominicae incarnationis annis M. CCCC. LX. alma in urbe Maguntina nacionis inclytae Germa-

ſe *Geiſſ* pro *Griſſ*, moxque *Epiſcopum* loco *Praepoſitum* exhibuerit) omnem fidem meretur, tum quod manu eius temporis ſcripta ſit, tum quod ex annalibus eiusdem monaſterii conſtet, hunc Ottonem Griſſ, ſive Gries, revera Praepoſitum a. 1458. ac ſeq. illic fuiſſe, et a. 1469. vel forte prius defunctum, quando ſucceſſor eius occurrit Conradus Einſiel; quemadmodum in literis ſuis ad conſultiſſ. Duvium ſcripſit J. B. REICHEL, Gymnaſii Altenburgenſis Profeſſor. Quum igitur ex annotatione hac liqueat, iam a. 1465. exſtitiſſe illam *Catholici* editionem, non ſollicitandam nunc arbitror in ſubſcriptione anni notam. Sed reſtat typographi indagatio, de quo epigraphe ſilet. Pro Fauſto quidem Schoefferoque militat univerſa prope eruditorum natio: at ei quominus aſſenſum praebeam, triplici argumento impedior. 1. quia tota ſubſcriptionis formula differt a ceteris, quibus uſi ſunt illi impreſſores; excuſa quoque atramento nigro, dum Fauſtinis rubrum inſerviit. 2. quoniam conſtanter ii nomen ſuum aut ſcuta libris adjecere, quae hic abſunt. 3. quod literae *Catholici* omnino diſſimiles illis ſunt, quae vel in DURANDI *rationali* a. 1459. vel reliquis horum operibus conſpiciuntur, agnoſcentibus SCHWARZIO in *primar. docum. Part. II. p.* 13. et FOURNIERIO *Diſſ. II. p.* 236. Quum vero a. 1460. praeter Fauſti Schoefferique officinam altera quoque Moguntiae exſtiterit, nempe Gutenbergica, ut oſtendi *Cap. VI.* §. 4., neque plures illic tam mature erectas fuiſſe aut pateat, aut etiam veroſimile ſit, oportet, hunc librum e prelo Gutenbergii exiiſſe, uti et Schwarzius *d. l.* ſuſpicatus eſt. Atque ita iam intelligo, quid ſibi voluerit AVENTINUS, ſcribens, Jo. Gutenbergium a. 1460. artem in Germania vulgaſſe; vid. infr. N. 59. Reſpicit enim, ut arbitror, ad ſubſcriptionem *Catholici* tunc editi, in qua chalcographiae arcanum, et multo quidem apertius, quam a Fauſto Schoefferoque a. 1457. ſeq. factum fuerat, prodidit Gutenbergius. Sic etiam patet, qui factum ſit, ut iisdem *Catholici* literis uſus a. 1469. fuerit Nicolaus Bechtermuntze, Altavillae typographus, ad *Vocabularium Latino-Teutonicum*, dictum *ex quo* (a verbis initialibus praefationis: *Ex quo vocabularii varii autentici* etc.) prout aſſeveravit mihi, quum a. 1759. Blenhemiae in Sunderlandiana bibliotheca principem hanc et incognitam hucusque editionem mihi oſtenderet v. cl. JACOBUS BRYANT, idemque poſt inſtitutam denuo collationem exactam deinceps confirmavit in literis d. 25. Octob. 1762. ad me datis, transmiſſis quoque characteribus libri maiuſculis ad archetypum delineatis, quae cum literis *Catholici* per alios deinde collatae eosdem typos illico teſtatae ſunt: addidit porro Bryantius, hoc Vocabularium, quod forma quarta et lineis 35. in ſingulis paginis excuſum eſt, ac multa continet, e Jo. Januenſi excerpta, integras etiam exhibere lineas, primae *Catholici* editioni ſimillimas: unde etiam ſequentem, e maiori opere depromtam, epigraphen gerit:

*Preſens hoc opuſculum non ſtili aut penne ſuffragio ſed nova artificioſaque invencione quadam ad euſebiam Dei induſtrie per Nicolaum Bechtermuntze in Eltvil eſt conſummatum*

manicae, quam Dei clementia tam alto ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre illuſtrareque dignatus eſt,

*tum ſub anno Domini* MCCCCLXIX. *ipſo die ſancti Bonifacii, qui fuit quinta die menſis Junii.*

*Hinc tibi ſancte* (deeſt *pater*) *nato cum flamine ſacro*
*Laus et honor Domino trino tribuatur et uno,*
(deeſt hic quoque tertius verſiculus)
*Qui laudare piam ſemper non linque Mariam.*

Mortuo nempe Gutenbergio, eiusque apparatu typographico ad Conradum Humery, Syndicum Moguntinum, devoluto, novus hic poſſeſſor literis, menſe Febr. 1468. datis, ſe eundem, quem inter typos nominatim recenſet, non extra urbem Moguntiam divenditurum, imo extero civem tantundem offerentem praelaturum fore, Archiep. Adolpho ſpopondit. vid. *Tom. III. Script. rer. Mogunt.* G. C. JOANNIS *p.* 424. Characteres ergo Gutenbergii Moguntiae emtorem nacti Nicolaum Bechtermuntze, ſtatim in vicinam, eiusdemque Archiepiſcopatus urbem Eltvil fuere translati, moxque a. 1469. Lexicon hocce produxere, quod deinceps a. 1477. ab eodem impreſſore et ſimili cum epigraphe recuſum fuit, ut didici ex *Opuſculis* JO. HEUMANNI *p.* 452. dum incertum manet, an ab eodem opere differat *Vocabularius* ille *Latino-Teutonicus*, (plures enim huius generis jam olim prodiere) qui eadem in urbe Altavilla a. 1472. absque typographi indicio prodiit, teſte PROSP. MARCHANTIO, *Hiſt. de l'imprim. p.* 61. Lapſus igitur eſt cl. Schwarzius *dict. op. Part. I. p.* 28. dum ANT. ORLANDUM temere ſecutus opera aliquot ab a. 1470. ad 1484. Moguntiae absque nomine impreſſoris edita exiſtimavit, haecque porro literis, a Gutenbergio olim adhibitis, excuſa conjecit. Imo quos indicat libri, partim imaginarii ſunt, ut *Catholicon* anni 1470.; partim e Fauſti Schoefferique prelo editi, ut *Clementinae* a. 1471. et 1476., *Sextus Decretalium* 1473., JO. TURRECREMATA *expoſitio Pſalterii* 1476.; partim alibi locorum vulgati, ut *Hiſtoria trium Regum Colonienſium* 1477., quam impreſſam quidem per Johannem Guldenſchaff de Maguncia, attamen Coloniae Agrippinae, certo mihi conſtat. Nec ulla deinde praeter Fauſto-Schoefferianam nota apud Moguntinos ſec. XV. eſt officina impreſſoria, niſi demum a. 1488. Gerardi Rewich de Trajecto, quam duae aliae, ſcil. Jacobi Meydenbach, et Petri Friedbergenſis mox inſecutae ſunt.

Cognito itaque *Catholici* huius impreſſore, nonnulla de illo notanda adhuc reſtant. *Mira* enim, quae in epigraphe extollitur, *patronarum formarumque concordia, proportio, ac modulus* omnes huc usque literatos, et me ipſum ob libri inopiam bona fide hos ſecutum *Orig. Cap. I.* §. 12. decepit, perſuaſitque, de fuſilibus typis ſermonem eſſe, iisque adeo opus hoc deſcriptum. Tota autem re accuratius perpenſa, duo animadverti eſſe, quae hanc explicationem deſtruant. Primum, quod parum probabile ſit, Gutenbergium poſt inimicitias cum Fauſto publice ac citra neceſſitatem laudaſſe inventa P. Schoefferi, qui gener iam ſociusque Fauſti evaſerat.

eſt, non calami ſtyli aut penne ſuffragio, ſed mira patronarum formarumque concordia proportione et modulo impreſſus atque confectus eſt.

Hinc

Alterum, quod Gutenbergius typorum mere fuſilium copiam a. 1460. non habuerit, utpote quorum fabrica, circa a. 1458. in officina Fauſti Schoefferique reperta, ad annum usque 1462. ſtudioſe illic fuit occultata. vid. *obſervatio* noſtra *de invent. Mogunt. in art. chalcogr.* Sed dubitationem porro omnem exemit cl. Duvius, editionis huius poſſeſſor, qui inſtituto cum aliis viris oculatis diligenti examine diſſimilitudinem inter easdem literas pasſim hic perſpexit. Unde et ſculptura earum manifeſta eſt, et epigraphe ipſa lucem accipit clariſſimam. Extollere ſiquidem hac formula Gutenbergius voluit characteris genus in urbe Moguntia a ſe ipſo repertum, nempe ſculpto-fuſum, quod facere utique potuit ad oppoſitionem rudis illius ligneique, qui praeceſſerat, Batavici; quum typis ſuis illud effecerit, ut et *patronae* (intelligo paginas integras) ubique ſibi aequales eſſent, ſive longitudinem ſive latitudinem reſpicias, et *formae* ſeu corpora redderentur debitae ad unamquamque literam proportionis: de literis porro ipſis, quas inaequales eſſe inficiari haud poterat, ſtudioſe ſilens. Ita impreſſiones ſuas ad alliciendos emtores extollens, partem veritatis proferre, partem reticere e re ſua duxit homo verſutiſſimus. Cur vero nomen ſuum non addiderit, duplex ſtatui poteſt ratio: prima, quod de lucro magis quam gloria ſollicitus eſſet, neminemque etiam Germanorum tum lateret chalcographiae inventor Gutenbergius: altera, eaque fortior, quod typographus noſter, inventione Schoeffero cedens, magis tamen ſua hic iactaverit reperta, atque ille nuper a. 1459. fecerat in primo opere, mere fuſilibus typis deſcripto, ſcil. DURANDI *rationali*, qui retinere illic absque majori verborum apparatu contentus fuit formulam, *Pſalterio* 1457. literis ſculpto-fuſis deſcripto, ſubnexam. Metuit ergo forſitan Gutenbergius, ne *Catholico* nomen addens a Schoeffero proxime vapularet: ſaltem cautela ſua id effecit, ut anonymo nihil repoſuerit Schoefferus, qui tamen, mortuo ſtatim Gutenbergio, in ſubſcriptione *Inſtitutionum* JUSTINIANI, data 24. Maji 1468. monere lectores haud neglexit, ſe ambobus Gensfleiſchiis, etſi viris peritiſſimis, praeſtare adhuc in arte literarum ſculptoria. En germanum, ni fallor, aut ſaltem veritati proximum, huius epigraphes, a nemine hactenus intellectae, ſenſum: atque illum ſi perſpectum habuiſſet cl. Fournierius *loc. cit.*, mirari profecto deſiiſſet, cur typus *Catholici*, (quod perperam Fauſtino etiam prelo adſcribit) exilis maleque formatus ſit, dum character DURANDI, praecedente anno vulgati, optime confectus iuſtaeque proportionis eſt, neque eo fuiſſet delapſus, ut praeceſſiſſe impreſſionem *Catholici*, etſi poſt Durandum editi, ſtatueret.

Ceterum princeps haec lexici JOH. DE JANUA editio eſt, quum *Catholicon*, ligneis tabulis ſub initium Moguntinenſis epochae excuſum, opus fuerit diverſiſſimum, ut obſervavi *Cap. VII.* not. *c.* Imo Januenſis *Catholici* editio absque anni, loci, ac impreſſoris indicio, quae aſſervatur in bibliothecis, tum Lugduno-Batava ex legato Marchantii, tum S. Genovevae, ac Jeſuitarum Lutetiae, tum denique Capituli me-

Hinc tibi ſancte pater nato cum flamine ſacro
Laus et honor Domino trino tribuatur et uno
Eccleſiae laude libro hoc catholice plaude,
Qui laudare piam ſemper non linque Mariam.
Deo gratias.

---

metropolitani Moguntiae, (adſcripta huic notula, eum librum a. 1476. emtum fuiſſe XIII. florenis, teſte GUDENO *Syllog. I. var. diplom. p.* 341. quod exemplum addi velim iis, quae de pretio veterum librorum congeſſi *Cap. I.* not. *x.*) neutiquam Moguntinae anni 1460. praeceſſit, ut perſuadere, ſui operis extollendi gratia, aliis ſtuduit idem Marchantius *Hiſt. de l'imprim. Part. I. p.* 37. et *Part. II. p.* 134., quum, obſervante Fournierio *Diſſ. II. p.* 84., excuſa Argentorati fuerit a Jo. Mentelio, hunc vero iam ante annum 1460. tam grande opus illic vulgaſſe neutiquam ſit probabile. Imo dubium relinquitur, an Menteliana haec editio prior vel poſterior ſit Auguſtana a. 1469. per Guntherum Zainer de Reutlingen impreſſa, cuius exempla in bibliotheca v. rever. De Wilhem, Eccleſiaſtae in pago Leckerkerk prope Roterodamum, in publica Altorfina, in Schwarziana, et Archiepiſcopali Salisburgenſi reperiuntur, cuiusque apponam epigraphen, quia praeter cl. Schwarzium in *indice nov. vet. libr. p.* 82. *ſeq.* (extra Germaniam vix noto) eam produxit hucusque nemo:

*G rammatice partes et vocum proprietates*
*S erius invenies hoc codice. ſi quoque queres*
*N omen. qui libro ſcripturam impreſſit in illo.*
*H unc cito comperies per litterulas capitales*
*Hinc poteris certe cognomen noſcere aperte.*
*Ex Reutling ZAINER hic dicitur eſſe magiſter.*
*Recte preſentis artis doctiſſimus ipſus.*
*Ut pateat nomen libri, qui dicitur eſſe*
*Sumptus de variis autoribus atque poetis.*
Katholicon. *fertur quem collegiſſe JOHANNES*
*Cui nomen patrium dat JANUa, iuncta ſit ENSIS.*
*Hoc complevit opus lux ultima menſis Aprilis,*
*Dum currunt anni nati factoris in orbem.*
*Mille quadringenti quis ſexaginta novemque*
*Adjice. Vindelica finitur in urbe ſerena.*
*Quam Schowenberg tenuit, qui libro preludia dedit.*
*Titulo cardineus preſes ubique coruſcus*
*Terminat ſed divus preſul ex Werdenberg altus*
*Cum Paulo ſecundo papa. imperante Fridrico.*
*Deo gratias.*

 NUM. IV.

## NUM. IV.

PETRI SCHOEFFERI *teſtimonia quaedam ſeparata.*

A. *Verſus ad calcem Inſtitutionum* JUSTINIANI, *a Schoeffero a.* 1468. *excuſarum, reperiundi, huiusque juſſu conſcripti* (*h*).

Scema tabernaculi Moiſes Salomon quoque templi
Haut praeter ingenuos perficiunt dedalos.
Sic decus eccleſiae maius maior Salomone
Iam renovans renovat Beſelehel et Hyram
Hos dedit eximios ſculpendi in arte magiſtros
Cui placet en mactos arte ſagire viros
Quos genuit ambos urbs Maguntina Johannes
Librorum inſignes prothocaragmaticos (*i*)
Cum quibus optatum Petrus venit ad poliandrum
Curſu poſterior introeundo prior,
Quippe quibus praeſtat ſculpendi lege ſagitus
A ſolo dante lumen et ingenium (*k*)
Natio quaeque ſuum poterit reperire caragma
Secum nempe ſtilo praeminet omnigeno.
Credere difficile eſt doctores, quam pretioſa
Pendat mercede ſcripta recorrigere. etc.

---

(*h*) Hoc carmen, una cum aliis quibusdam, ad calcem *Decretalium* GREGORII *IX. edit. Mogunt.* 1473. ſubiectis, integre exhibebimus in *Antiq. Mogunt. typogr.* adiectis JO. GEORG. SCHELHORNII, JAC. CHRISTOPH. ISELII, et CHR. GOTL. SCHWARZII notis.

(*i*) Ad huius loci explicationem confer *Orig. Cap. VII.* §. 10.

(*k*) Vid. ibid. §. 14. iunct. *Obſervat. noſtr. de invent. Mogunt. in art. chalcogr.*

B. *Subſcriptio alterius Inſtitutionum* JUSTINIANI *editionis a.* 1476. (*l*).

Anno Domini M. CCCC. LXXVI. X. Kalendis Juniis. Sanctiſſimo in Chriſto patre ac domino, domino Sixto Papa IIII. Invictiſſimo domino, domino Friderico III. Romanorum Imperatore ſemper auguſto. Generoſo domino Diethero de Iſenburg electo et confirmato Maguntino. In nobili urbe Maguncia Rheni, impreſſoriae artis inventrice elimatriceque prima! praeſens Inſtitutionum opus praeclarum! Petrus Schoiffer de Gernſshem, ſuis conſignando ſcutis! omnipotente favente Deo! feliciter conſummavit.

C. *Narratio* SCHOEFFERI *de inventione chalcographiae, quam ſervavit* JO. TRITHEMIUS *in Annalibus Hirſaugienſibus Tom. II. ad a.* 1450. *pag.* 421. (*m*).

His temporibus in civitate Moguntina Germaniae prope Rhenum, et non in Italia, ut quidam falſo ſcripſerunt, inventa et exco-

(*l*) Haec prima ſubſcriptio eſt, quae diſertis verbis Moguntiae inventionem chalcographiae tribuit: pleraeque etenim anteriores, etſi libros e prelo Moguntinenſi exiiſſe teſtentur, attamen nationem modo Germanicam in genere ob hoc repertum extollunt; quae vero *Decreto*, et *Bibliis Latinis a.* 1472. aliisque quibusdam operibus ſubiectae ſunt, ambigui adhuc quidquam continent, mancaeque ſunt, niſi verba *inclytae nationis Germanicae* ſubintelligas, quum illa natio, non autem urbs Moguntina, ceteris terrarum nationibus bene opponi poſſit. Ceterum omnes illas ſubſcriptiones, quarum nonnullae adhuc fugerunt cl. SCHWARZII *Part. II. primar. docum.* diligentiam, dabimus ſuo loco.

(*m*) Quum TRITHEMIUS *annales* hoſce *Hirſaugienſes* abſolverit a. 1514. conſequens eſt, hoc SCHOEFFERI teſtimonium, quod ante triginta ferme annos cognoverat, ad annum circiter 1484 referendum, quo tempore hic typographus provectae iam aetatis erat, Trithemius annos modo 22. adimpleverat. Ad illuſtrandum vero hunc quantivis pretii locum non opus eſt, ut quidquam porro adferamus, utpote qui lucem clariſſimam accipit ex *Cap. VII. Orig.* iunct. *Obſerv. noſtr. de invent. Mogunt.* Ne-

excogitata eſt ars illa mirabilis et prius inaudita imprimendi et characterizandi libros per Joannem Guttenberger, civem Moguntinum,

---

Neceſſe eſt tamen, ut, quod illic fieri commode haud potuit, dubia hoc loco quaedam adverſus illud teſtimonium mota diſpellamus. Quinque igitur errores ſunt, quos auctori imputavit ill. SCHÖPFLINUS *Vindic. Cap. VII.* §. 8.

1. Quod Gutenbergium artis quidem inventorem pronunciet, ſed ita, ut cuncta ſoli tribuerit Moguntiae, adeoque omnes Argentinenſes eius operas ignoraſſe videatur. At vero, quum omnia Gutenbergii tentamina apud Alſatos irrita fuerint, atque ipſe nihil praeſtare potuerit, niſi poſtquam Moguntiam reverſus a Jo. Gensfleiſchio (ſeniore) edoctus eſſet, inutile viſum fuit Schoeffero ea de re verba facere. vid. *Orig. Cap. VIII.* §. 9. *ſeq.* Harlemenſibus profecto iuſtior querelarum cauſſa eſſet, quod de eorum anteactis et librorum editione omnino tacuerit: nam ſilentium illud ex ignorantia profectum veroſimile non eſt; quum latere Schoefferum vix potuerit, quod ULR. ZELLIUS Moguntiae reſciverat. add. *Cap. IV.* §. *ult.*

2. Quod *Catholicon* Moguntiae ligneis tabulis inciſum ſcripſerit, qua de re multum dubitat Schöpflinus, quum iam antea Gutenbergius Argentinae literas tractaſſet mobiles. Sed hanc obiectionem levis eſſe momenti patebit ex iis, quae *Cap. VII.* §. 2. et *IX.* §. 13. docuimus.

3. Quod ſingularium literarum ſculpturae nullam faciat mentionem, ſed a ligneis tabulis ad fuſiles typos confeſtim transeat. Verum male hac in parte verba Trithemii accepiſſe Schöpflinum patet ex *Obſervat. noſtr. de invent. Mog.*, ubi oſtendimus, duplex ab hoc auctore deſignari characteris genus Moguntiae inventum, nempe ſculpto-fuſum ac fuſile tantum.

4. Quod poſtquam Gutenbergio ſoli excogitatum artis tribuiſſet, mox ei Johannem Fuſt et Petr. Schoefferum ita adiungat, ut omnes tres ſtatuat inventores. Verum, licet Gutenbergius dici ſolus poſſit chalcographiae repertor, certum tamen eſt, neque ipſe inficiabitur Schöpflinus, in inventione artis Schoeffero ſuas competere partes ob mere fuſiles typos ſuperadditos. Fauſtus autem ea de cauſa repertoribus annumeratur, quod impenſis ſuis et conſilio opus promoviſſet; quo ſenſu iam antea ab aliis pro inventore habitus fuerat. vid. teſtimonium JAC. PHIL. BERGOMENSIS, *infr. N.* 28., quem conſuluiſſe Trithemium teſtes ſunt exſcripti ex eo verſiculi.

5. Quod artem, per famulos divulgatam, primum ad Argentinenſes, et paulatim ad omnes nationes perveniſſe tradiderit; quum tamen Argentini iam viginti ante annis typographiam tractaſſent. Sed diſtinguenda hac in parte eſt impreſſio typis ligneis, et metallicis. De illa Schoefferus omnino ſiluit. Haec Alſatis non niſi poſt a. 1455. innotuit. vid. *Orig. Cap. VII.* §. 4. *et VIII.* §. 17.

Tres porro alios errores exprobravit auctori FOURNIERIUS *Diſſ. II. pag.* 18. *ſeq.* nempe:

6. Quod prototypographis Moguntinis attribuerit modum fundendi formas omnium *La-*

num, qui cum omnem pene ſubſtantiam ſuam pro inventione huius artis expoſuiſſet, et nimia difficultate laborans, iam in iſto, iam in alio deficeret, iamque prope eſſet, ut deſperatus negotium intermitteret, conſilio tandem et impenſis Joannis Fuſt, aeque civis Moguntini, rem perfecit incoeptam. In primis igitur characteribus litterarum in tabulis ligneis per ordinem ſcriptis, formisque compoſitis vocabularium, *Catholicon* nuncupatum, impreſſerunt, ſed cum iisdem formis nihil aliud potuerunt imprimere, eo quod characteres non fuerunt amovibiles de tabulis, ſed inſculpti, ſicut diximus. Poſt haec inventis ſucceſſerunt ſubtiliora, inveneruntque modum fundendi formas omnium Latini Alphabeti litterarum, quas ipſi matrices nominabant, ex quibus rurſum aeneos ſive ſtanneos characteres fundebant, ad omnem preſſuram ſufficientes, quos prius manibus ſculpebant. Et revera ſicuti ante xxx. ferme annos ex ore Petri Opilionis de Gernsheim, civis Mo-

---

*Latini Alphabeti* literarum; quum tamen ea aetate in uſu modo fuerint literae Gothicae vel ſemi-Gothicae, Romanae autem poſtea demum in Italia adhiberi coeperint. Sed nulla mens fuiſſe auctori videtur, de charactere Romano loquendi ad oppoſitionem Gothici, qui ſimpliciter modo indicare voluit, eos literas fudiſſe ad libros Latinos accommodatas, a quibus Germanici characteres nonnihil differebant.

7. Quod matrices harum literarum fuſas fuiſſe ſcripſerit. At huic difficultati obviam ivimus in *Obſervat. de invent. Mogunt.*, ibique oſtendimus errorem hic ſubeſſe librarii, qui tolletur, ſi poſt vocem *literarum* addas *ex iis*.

8. Quod narraverit, quatuor mille florenos in *Biblia* ante completum tertium in opere quaternionem impenſos fuiſſe; quum tamen integra ſumma, a Jo. Fuſt durante ſocietate ab a. 1450. ad 1455. Gutenbergio porrecta, 2020. florenos haud exceſſerit. Verum error hac in parte nullus eſt vel Schoefferi, vel Trithemii, ſed ipſius Fournierii, dum perperam *Biblia Latina* aſſignat illi ſocietati, cui omnino praeceſſerunt. vid. *Cap. VII.* §. 2. not. *e*.

Leviſſima vero culpa Trithemii eſt, ſi modo culpa dici poteſt, dum eos taxat, qui in Italia artem imprimendi excogitatam ſtatuebant; probabiliter ad Nic. Jenſonem, impreſſorem Venetum, reſpiciens, et deceptus forſan, perinde ac Chronographus Colonienſis (ut mox patebit), male intellectis OMNIBONI verbis, quae tamen iam alios decepiſſe olim colligere eſt ex laudato JAC. PHIL. BERGOMENSIS loco.

Moguntini, qui gener erat primi artis inventoris, audivi, magnam a primo inventionis ſuae haec ars impreſſoria habuit difficultatem. Impreſſuri namque *Bibliam*, priusquam tertium compleſſent in opere quaternionem, plusquam 4000. florenorum expoſuerunt. Petrus autem memoratus Opilio, tunc famulus, poſtea gener, ſicut diximus, inventoris primi, Joannis Fuſt, homo ingenioſus et prudens, faciliorem modum fundendi characteres excogitavit, et artem, ut nunc eſt, complevit. Et hi tres imprimendi modum aliquandiu tenuerunt occultum, quousque per famulos, ſine quorum miniſterio artem ipſam exercere non poterant, divulgatus fuit, in Argentinenſes primo, et paulatim in omnes nationes.

*O foelix noſtris memoranda impreſſio ſaeclis!*
*Deſierat quaſi totum quod fundis in orbem;*
*Omnes te ſummis igitur nunc laudibus ornant.*
*Inventore nitet utraque lingua tuo.*
*Nunc parvo doctus quilibet eſſe poteſt,*
*Te duce quando ars haec mira reperta fuit.*

Et haec de impreſſoria mira ſubtilitate dicta ſufficiant, cuius Inventores primi cives Moguntini fuerunt. Habitabant autem primi tres artis impreſſoriae inventores, Joannes videlicet Guttenberger, Joannes Fuſt, et Petrus Opilio, gener eius, Moguntiae in domo *zum Jungen* dicta, quae deinceps usque in praeſens impreſſoria nuncupatur.

NUM. V.

## NUM. V.

ULRICI ZELL *teſtimonium, quod ſervavit auctor Chronici urbis Coloniae, Germanice eadem in urbe editi, typis Johannis Koelhoff* a. 1499. (*n*). ſub tit. *Cronica van der hilliger Stat van Coellen*, fol. 311. b. ſub rubrica: *Van der boychdruckerkunſt. Wanne, wae, und durch wen is vonden dye unysſprechlich nutze kunſt boicher zo drucke* (*o*).

*Item deſe boichwyrdige kunſt vurſz. is vonden aller erſt in Duytſchlant tzo Mentz am Rijne. Ind dat is der duytſcher nacion eyn grois-*

Item ars haec digniſſima primum inventa eſt in Germania Moguntiae ad Rhenum, magnoque Germanicae nationi honori

(*n*) Sunt qui huius libri antiquiores ſtatuunt editiones; ſed hancce a. 1499. unicam eſſe bene obſervatum DAV. CLEMENTI *Biblioth. cur. Tom. VII. p.* 223.

(*o*) Iniqui ſunt, qui ob naevos, in hoc opere nonnunquam reperiundos, teſtimonium illud totum quantum ſuſpectum reddere ſtudent; eum unice in finem, ut cauſae inſerviant ſuae. Demus enim, *Chronicon* ipſum fabulis repletum, quod ſane cum pleriſque Chronicis eius aetatis commune habuit, negari tamen haud poteſt, circa recentiora tempora illud multa continere memoratu digna; quod etiam BURCH. GOTL. STRUVII de hoc opere iudicium eſt in *Biblioth. hiſtor. Tom. II. p.* 996. Certum praeterea, hic non tam attendendum ad ipſius Chronographi, quam quidem ad ULR. ZELLII, cui teſtimonium denunciavit, fidem. Eam vero omni maiorem exceptione eſſe docuimus in *Orig. noſtr. Cap. III.* §. 3. At ne cui ſcrupulus porro haereat, diluendae iam erunt obiectiones, quas contra hoc teſtimonium JO. DAV. KÖHLERUS in *ehrenr. Gutenb. p.* 45. protulit; maxime quum multos hac in parte habuerit ſequaces. Novi quidem, his aliquo modo obviam iviſſe cl. SCHELHORNIUM in *Diſſ. de antiquiſſ. Bibl. Lat. edit. p.* 27. ſed fortiores praeſto nobis eſſe ſolutiones eae ipſae teſtabuntur.

Falſi igitur inſimulavit Köhlerus. 1) Ulr. Zellium principem fuiſſe Coloniae Agrippinae typographum, quod primus liber ab ipſo editus ſit GERARDI HARDERVICENSIS *Commentar.* in *Logicam* ARISTOTELIS, excuſus a. 1494. in fol. quum tamen diu iam antea prodierint *Auctoritates Decretorum* per Petrum de Olpe, *Col. Agr.* finitae iuxta MAITTAIRIUM *Tom. I. p.* 305. *edit. ſec.* die 23. Junii 1471. at iuxta MARCHANTIUM *Hiſt. de l'imprim. Part. I. p.* 56. die 22. Junii 1470. Non male enim

*groiſſe eirlicheit dat ſulche ſynriſche mynſchen ſyn dae tzo vynden. Ind dat uns geſchiet by den iairen uns heren* anno dñi MCCCCXL. *ind van der zijt an bis men ſchreve* L. *wart unterſoicht die kunſt und wat dair zo gehoirt. Ind in den iairen uns heren do men ſchreyff* MCCCCL. *do was eyn gulden iair, do began men tzo drucken ind was dat eyrſte boich dat men druckte die Bybel zo latijn, ind wart gedruckt mit eynre grover ſchrifft. as*

nori cedit, tam ingenioſos illic homines reperiri. Accidit autem illud circa annum Domini MCCCCXL. et ab eo tempore usque ad annum L. perfectior reddita eſt ars, et quidquid eo pertinebat. Anno autem Domini MCCCCL., qui iubilaeus erat, coeptum eſt imprimi, primusque liber, qui excuderetur, *Biblia* fuere *Latina*, impreſſaque ea ſunt ſcriptura grandiori, quali nunc Miſſalia ſolent imprimi. Quamvis autem ars reperta fuerit

ad hoc Schelhornius *d. l.* regeſſit, Zellium iam d. XVI. Kal. Febr. 1473. abſolviſſe grande opus, videl. ROB. DE LICIO *Sermones, ſeu opus quadrageſimale de poenitentia;* imo iam aliquot annis antea imprimere potuiſſe plures libros in obſcuro hactenus latentes. Nos vero *loc. cit.* provocavimus ad *librum de ſingularitate Clericorum* (B. AUGUSTINO perperam adſcriptum) charactere Ulr. Zellii editum a. 1467. quo tempore non liquet, alium adfuiſſe Coloniae impreſſorem.

2. *Biblia Latina* primum fuiſſe artis impreſſoriae ſpecimen, quum *Donatus* aliaque opera Moguntinenſia iam praeceſſiſſent. At vero nihil hac in parte a Zellio tradi, quod veritati repugnet, palam eſt, quum de primo libro metallicis typis vulgato locutus ille fuerit, prout mox ſubſecuta oppoſitio impreſſionibus Batavis manifeſtum reddit. Imo auctoritate ipſius PETR. SCHOEFFERI apud TRITHEMIUM, *Num. praeced.* adſcripta, id ipſum confirmavimus *Cap. VII.*

3. Gutenbergium civem Moguntinum, ortu vero Argentinenſem fuiſſe; quod plane aliter ſeſe habeat. At hic error Zellio cum multis ſcriptoribus antiquis communis fuit, ut oſtendi *Cap. VII.* §. 9. not. *bz.*

4. Typographiam primo Coloniam, atque inde Argentoratum perveniſſe; quum tamen Petri Schoefferi relatio *d. l.* Argentorato primas hac in parte deferat. Verum, quum in hac urbe iam a. 1458. impreſſerit Mentelius, teſte JO. PHIL. DE LIGNAMINE, *infr. N.* 16., conciliari forſan haec poterunt, ſi ſtatuamus, Coloniam Agrippinam poſt Moguntinenſes primum recepiſſe artem, Argentinam vero primum librum excuſum protuliſſe. Paulo aliter auctores hos in concordiam redigere voluit MALLINKROTIUS in *Diſſ. de typogr. Tom. I. Monum.* WOLFII *p.* 714.

5. Do-

*as is die ſchrifft dae men nu Myſſeboicher mit druckt. Item wie wail die kunſt is vonden tzo Mentz, als vurſz. up die wijſe, als dan nu gemeynlich gebruicht wird, ſo is doch die eyrſte vurbyldung vonden in Hollant uyſſ den Donaten, die daeſelffst vur der tzijt gedruckt ſyn. Ind van ind uyſſ den is genommen dat begynne der vurſz. kunſt. Ind is vill meyſterlicher ind ſubtilicher vonden dan dieſelve manier was, und ye lenger ye mere kunſtlicher wurden. Item eynre genant* OMNEBONUS, *der ſchrijfft in eynre vur-*

rit Moguntiae, ut diximus, eo modo, qui hodie communiter uſurpatur, prima tamen eius praefiguratio inventa eſt in Hollandia, (*ut patet*) ex *Donatis*, qui ibi ante id tempus excuſi ſunt; atque ab illis et ex illis deſumtum eſt dictae artis initium, ita tamen ut multo praeſtantior ac ſubtilior poſterior haec inventio priori fuerit, et magis magisque excultior reddita. Auctor quidam, OMNIBONUS dictus, ſcribit in praefatione QUINTILIANO praemiſſa, aliisque in libris, Gallum aliquem, no-

---

5. Donatum ante Moguntinenſem epocham in Hollandia impreſſum: quocirca Köhlerus Zellio opponit auctoritatem MARCHANTII *dict. lib. Part. I. p.* 109. *ſeq. in not.* At facile Köhlero fuit negare, quod ſcopo eius minime inſerviebat; naucique hac in parte eſt Marchantii auctoritas, quum nihil in medium hic protulerit alicuius momenti ad evertendam huius aſſerti veritatem, quam nos confirmavimus non ſolum MARIANG. ACCURSII auctoritate, ſed et fragmentis utriusque *Donati* editionis nuper detectis. vid. *Cap. V.* §. 16. *ſeq.*

Alium porro errorem Zellio imputat SCHÖPFLINUS in *Vindic. Cap. VII.* §. 7. quod inventionem intra annos 1440. et 1450. ponat, quam ipſe ad a. 1436. collocat, atque aſſignat Argentinae. Sed non diſtinxit hac in parte v. cl. inter reperta charactere ligneo et metallico. Illa anno adhuc 1440. praeceſſere, et Harlemo, non Argentorato, originem debent. Haec circa a. 1440. orta Moguntiam agnoſcunt natale ſolum: vid. *Orig. noſtr. Cap. IV.* §. 5. *et VII.* §. 12.

Ceterum non cepit ſive ipſe Zellius, ſive Chronographus, mentem OMNIBONI, de inventionibus Nic. Jenſonis locuti, ut obſervavi *Cap. I.* §. 5. *in not.* et in *epiſt. ad* DUCARELLIUM *not. as.* Sciolos vero dum taxat Chronographus *in fin.*, reſpicit, ut arbitror, ad POMP. LAETUM, qui artem imprimendi a remotiſſimis temporibus repetierat, in *epiſt. ad Aug. Mapheum* SALUSTIO praemiſſa, abuſus eam in rem D. CYPRIANI auctoritate, ut a CONR. PEUTINGERO bene iam obſervatum eſt. vid. *infr. N.* 53*. et add. quae notavi *Cap. IX.* §. 3. not. *i**.

*vurrede up dat boich* QUINTILIANUS *genoempt. undt ouch in anderen meir boicher, dat eyn Wale uyſſ Vranckrijch, genant Nicolaus genſon have alre eyrſt deſe meyſterliche kunſt vonden, mer dat is offenbairlich gelogen. Want Sij ſyn noch jm leven die dat getzuigen dat men boicher druckte tzo Venedige, ee der vurſz. Nicolaus genſon dar quame, dair he began ſchrifft zo ſnijden und bereyden. Mer der eyrſte vynder der druckerye is geweſt eyn Burger tzo Mentz. ind was geboren van Straiſsburch. ind hieſch joncker Johan Gudenburch. Item van Mentz is die vurſz. kunſt komen alre eyrſt tzo Coellen. dairnae tzo Straiſsburch, ind dairnae tzo Venedige. dat begynne ind vortganck der vurſz. kunſt hait myr muntlich vertzelt der Eirſame man Meyſter Ulrich tzell van Hanauwe. boichdrucker zo Coellen noch zertzijt. anno* MCCCCXCIX. *durch den die kunſt vurſz. is zo Coellen komen. Item idt ſyn ouch eyn deill vurwitziger man. und die ſagen men have ouch vurmails boicher gedruckt, mer dat is niet wair. want men vynt in geynen landen der boicher die tzo denſelven tzijden gedruckt ſyn.*

nomine Nicolaum Genſon, primum egregiam hanc artem reperiſſe; quod tamen aperte falſum eſt. Superſunt enim adhuc in vivis, qui teſtari poſſunt, Venetiis libros excuſos fuiſſe, priusquam Nicolaus Genſon illuc adveniſſet, ubi typos ſculpere et praeparare coepit. Verum primus typographiae inventor civis fuit Moguntinus, patria Argentinenſis, dictus Johannes Gudenburch, eques. Moguntia autem dicta ars primo Coloniam delata eſt, poſtmodum Argentinam, ac deinceps Venetias. Initium et progresſum huius artis narravit mihi honorabilis magiſter, Ulricus Zell, de Hanau, impreſſor Coloniae hoc ipſo adhuc tempore a. MCCCCXCIX., cuius beneficio ars haec Coloniam delata eſt. Reperiuntur ſcioli aliquot, qui perhibent, iam olim libros impreſſos eſſe: ſed veritati illud repugnat; nusquam enim terrarum libri eo tempore excuſi reperiuntur.

CLASSIS II.

# CLASSIS SECUNDA.

## *Teſtimonia ſcriptorum ſeculi* XV. *omnia*, *ac* XVI. *potiora*, *de inventione typographiae*, *quibus certum aſſignari tempus potuit.*

### NUM. VI.

JOANNES ANDREAS, *Epiſcopus Alerienſis*, *in Dedicatione ad Paulum II. Pont. Max. praemiſſa* D. HIERONYMI *Epiſtolis ex editione principe*, *Romae apud Conradum Sweynheim et Arnoldum Pannartz excuſa A.* 1468. *fol. duob. Volum.* (*p*).

Tuis certe temporibus ad reliquas Dei gratias hoc etiam felicitatis orbi Chriſtiano munus acceſſit, ut pauperrimi quique parva pecunia bibliothecas poſſint redimere. An parva eſt haec Tuae Sanctitatis gloria, ut quae volumina vix centum aureis emi poterant aliis temporibus, viginti hodie ac minoris, bene exarata, et non mendoſiſſime ſcripta redimantur? Quae vix viginti aureis lecturi mercabantur, quatuor et vilius etiam nunc emantur? Adde, quod quidquid ingeniorum olim fuit, latebatque pene in pulvere et tineis, propter immenſos labores ac nimia deſcribentium pretia, ſub tuo principatu coeptum eſt ſcaturire, et per omnem orbem uberrimo fonte diffluere. Eiusmodi eſt enim impreſſorum noſtrorum et characteres effingentium artificium,

(*p*) Utrum maximus hic literarum patronus idem fuerit cum Jo. Ant. de Buxis, Epiſcopo Alerienſi, qui prid. Non. Febr. 1475. deceſſit, uti noviſſime cl. SCHELHORNIUS in *Diatrib. de typogr.* praemiſſa operi Card. QUIRINI *p.* 48. ſtatuit, non adeo liquidum eſt. vid. DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. I. p.* 312. *ſeq.* et praecipue PROSP. MARCHAND *Diction. hiſtor. Part. I. p.* 20. *ſeq.* ubi de noſtro Joanne Andreae nonnulla congeſſit.

cium, ut vix inter hominum inventa non modo nova, ſed ne vetera quidem, quidquam excellentioris inventi poſſit referri. Digne honoranda ſaeculisque omnibus magni facienda profecto Germania eſt, utilitatum inventrix maximarum. Hoc eſt, quod ſemper glorioſa illa ac coelo digna anima Nicolai Cuſenſis, Cardinalis S. Petri ad Vincula, peroptabat, ut haec ſancta ars, quae oriri tunc videbatur in Germania, Romam deduceretur. Iam vota illius, qui Te (Beatiſſime Pater) ut pupillam oculi ſui dilexit, coluit, admiratus eſt, (credo ipſo ad genua Domini Noſtri Jeſu Chriſti haec flagitante) tuo tempore impleta ſunt. Tuus Pontificatus, caeteris ex partibus glorioſiſſimus, hac arte ad Tuos ſanctos pedes advecta, oblivionem in hominum memoria nunquam accipiet, niſi ſi quando eſſe deſinet mentio literarum. Magnum eſt, Te Venetiis natum ex clariſſima Barborum domo. etc. Verum hoc quoque magnum eſt, Pater beatiſſime, et Deo amabilisſime Pontifex, quod tuo tempore non minus valet pene papyrus vacua, et nuda, pergamenave, quam hodie optatiſſimi libri emantur. Gloriati non immerito ſunt Principes nonnulli, quod ſaccus non multo pluris ipſis principantibus emeretur, quam triticum, aut quam vinum, inanisve res. Ego poſteris in his ſcriptis conſtanter ſemper admirationi futurum trado, praeſtantiſſimos characterum imprimendorum authores, ſub Pauli II. Veneti Pontificatu, Romae artem exercere coepiſſe tanto artificio et induſtria hominum, gratia nobis hac coelitus per divinum Paſtorem importata, ut minoris libri emi fere poſſint, quam alias ſoleret redimi ligatura.

NUM. VII.

## NUM. VII.

WERNERUS ROLEVINCK DE LAER, *in Faſciculo temporum, quem ad a.* 1470. *primum perduxit* (*q*).

Artifices mira celeritate ſubtiliores ſolito fiunt. Et impreſſores librorum multiplicantur in terra.

## NUM. VIII.

FRANC. PHILELPHUS (*r*) *in epiſtola ad Nicod. Tranchedinum, data Mediolani* 8. *Kal. Aug.* 1470. *Lib.* XXXII. *epiſt.* 13.

Ne putes me omnino eſſe mendicum, inſtitui emere quosdam ex iſtis codicibus, qui nunc labore nullo, neque arundine, ſed formis quibusdam (*s*), ut ipſi vocant, ita formantur, ut ex ac-

(*q*) Hic auctor, patria Weſtphalus ex dioeceſi Monaſterienſi, lucem vidit a. 1425. fuitque Monachus ordinis Carthuſienſis, domus S. Barbarae, Coloniae Agrippinae, defunctus a. 1502. Is primum *Chronicon* ſuum perduxit ad a. 1470. qualis codex mſ. exſtitit in bibliotheca GERARDI JO. FIL. VOSSII. vid. *Lib. III. de Hiſtor. Latin. c.* 6. deinde vero id continuavit ad annum 1474. quo ipſo lucem primum vidit Coloniae, typis Arnoldi ter Huernen. Etſi vero non diſtincte illic exprimatur, ad quod tempus praedicta verba aſſignanda ſint, certum tamen eſt, ea ad a. 1457. vel ſequentes pertinere, tum quia proxime ſuccedunt iis, quae de terrae motu Neapoli a. 1457. et praecedente ſcripſerat auctor, tum quia manifeſtiſſime non ad inventionem artis, verum ad illius propagationem per varias orbis partes reſpiciunt, quae demum poſt ruptam a. 1455. inter Fauſtum et Gutenbergium ſocietatem contigit. vid. *Orig. Cap. I.* §. *ult. in not.* Dantur tamen editiones, in quibus ob parum accuratam columnarum diſpoſitionem multa in hoc Chronico ordine praepoſtero collocata ſunt, in qualem incidiſſe oportet Johannem Veldenarium, dum in interpretatione Belgica huius libri, edita Ultrajecti a. 1480. poſt mentionem anni iubilaei 1450. ſed ante a. 1453. haec verba poſuit: *Die conſtenaers ghemeenlick in allen conſten ſyn in corten tyden ſeer ſchielike veel ſubtylre ghewordeu dan ſi plegben te weſen. Ende die boeckprinters worden ſeer vermenicht in allen landen.* Quantam vero hic ROLEVINCKII locus poſtmodum ſubierit mutationem, infra *N.* 24. patebit.

(*r*) Natus hic auctor a. 1398. deceſſit 1480. De eo conf. praeter alios vita eius, per cl. LANCELLOTTUM Gallice ſcripta, et Commentariis Academiae Inſcriptionum Pariſinae inſerta, itemque JOS. ANT. SAXIUS *in Hiſt. literar. typogr. Mediolan. p.* 219. *ſeq.*

(*s*) De hac appellatione vid. *Orig. Cap. I.* §. 4. not. *ab.*

accuratiſſimi librarii manu profecti poſſint exiſtimari. Velim igitur, me facias certiorem, quanti mihi parari liceat *naturalem hiſtoriam* PLINII, quanti *tres* LIVII *decadas*, et item AUL. GELLIUM quanti ?

## NUM. IX.

GUILLERMI FICHETI *Octaſtichum in laudem primorum Lutetiae impreſſorum, Michaëlis Friburger, Martini Crantz, et Ulrici Gering, quod legitur ad calcem epiſtolarum* GASPARINI PERGAMENSIS, *quae horum typis prodiere in* 4., *non adjecta anni nota, aſt, ut probabile eſt*, 1470. (*t*).

Ut ſol lumen, ſic doctrinam fundis in orbem,
Muſarum nutrix regia Pariſius.
Hinc prope divinam tu, quam Germania novit,
Artem ſcribendi, ſuſcipe promerita.
Primos ecce libros, quos haec induſtria finxit
Francorum in terris, aedibus atque tuis
Michaël, Udalricus, Martinusque magiſtri
Hos impreſſerunt, ac facient alios.

(*t*) Vid. de hac editione, ac de poëta GUIL. FICHETO MAITTAIRIUS *Annal. typogr. Tom. I. Pag.* 25. *ac ſeq. et Pag.* 293. *edit.* 2.

NUM. X.

## NUM. X.

ERHARDI WINDSBERG, *Germani*, *Med. Doct. epigramma in laudem eorundem impreſſorum Pariſienſium*, *quod exſtat in Cynicis Epiſtolis*, *excuſis Lutetiae ſine anni indicio*, *at circa a.* 1470.

Plura licet ſummae dederis Alemannia (*u*) laudi,
At reor hoc maius te genuiſſe nihil;
Quod prope divinam ſumma ex induſtria fingis
Scribens hanc artem, multiplicans ſtudia.
Felices igitur, Michaël, Martineque ſemper
Vivite, et Ulrice, hoc queis opus imprimitur.
Erhardum veſtro et non dedignemini amore,
Cui fido ſemper pectore clauſi eritis.

## NUM. XI.

LUDOVICUS CARBO (*x*), *in epiſtola dedicatoria*, *inſcripta Principi Borſio*, *Duci Mutinae ac Regii*, *praemiſſa* PLINII *epiſtolis*, *ex editione principe a.* 1471. *in fol.*

Gratulari licet ſaeculo noſtro, Dive Borſi, Dux praeſtantiſſime; in quo certe optimarum artium ſtudia maxime floreant; eloquentia et legitima illa eruditio ſuum tandem decus a-

(*u*) JAC. MENTELIUS in *Paraeneſi de vera typogr. orig. Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 255. hoc epigramma peſſima fide protulit, dum pro *Alemannia* ſubſtituit *tu, Argentina*, ut huic urbi, indeque tritavo ſuo Joanni Mentelio, artis inventionem adſereret: verum fraudem optime detexit ANDR. CHEVILLERIUS *orig. de l'imprim. de Paris pag.* 50. *ſeq.*

(*x*) Hic LUDOV. CARBO correctoris munere functus eſt in officina Chriſtophori Waldarfer, impreſſoris Veneti a. 1471. vid MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 115. *edit.* 2.

agnoſcat; in priſtinamque dignitatem reſtituta ſit, adeo late pateat Romana et Graeca facundia, ut iam et Galli et Britanni bonos oratores et poëtas habere videantur: ad quam quidem rem commodiſſimum adiumentum praeſtiterunt nobiliſſima Germanorum ingenia, qui artificioſiſſimas imprimendorum librorum formas excogitarunt, ut ſapientiſſimorum auctorum plurima ſimul eodem temporis momento volumina in promptu eſſent, omnesque utiliſſimi codices et in magna copia et in leviore ſumtu parari posſent. etc.

## NUM. XII.

NICOLAUS GUPALATINUS (*y*), *in dedicatione operis* MESUAE *de medicinis univerſalibus, editi Venetiis typis Clementis Patavini, a.* 1471. *in fol. inſcripta Peregrino Cavalcabovi, Veronenſi, Medico Venetiarum eximio.*

Quae cum ita ſint, tibi, vir litteratiſſime, omnes medici hoc beneficio magnas gratias habebimus, quod codicem hunc rarum prius, et eum quidem medicorum noſtri maxime temporis vel inſcitia vel negligentia mendoſum in lucem protuleris, et tua emendatione caſtigatum, et hoc novo exſcribendi genere prope divino, noſtris invento temporibus, impreſſum. Qua arte habet haec aetas profecto inauditum cunctis ſaeculis celebrandumque miraculum, ut quingenta volumina unius auctoris nunc fieri facile poſſint, quanto tempore velox ſcribentis manus difficile unum tantum exſcriberet. Ita enim cartha litterae inſcribuntur aeneis formulis eisdem ut lubet diſpoſitis, et quoddam alveolo collocatis; veluti quis diverſarum imaginum gemmis multis pro voto

(*y*) De eo vid. JO. DE AUGUSTINIS *in hiſtoria literaria Venetorum illuſtrium.*

to poſitis ac coarctatis in cerea tabella ſuper compreſſa caracteres imprimat. O bonum Germanum illum huius admirabilis artis primum inventorem, laudibusque omnino divinis celebrandum (*z*). Quippe qui tali ratione omnia litterarum ſtudia facillime percipi haberive poſſint, inveſtigaverit. Verum tamen hac in re me palam profiteri minime pudebit, ita quoque hanc artem, ut pleraque alibi inventa, cum in Italiam traducta fuerint, politiorem excultioremque factam eſſe (*aa*).

## NUM. XIII.

INCERTI AUCTORIS *hexaſtichum in laudem Bartholomaei Cremonenſis impreſſoris, quod legitur in editione operum* VIRGILII, *eius typis excuſa a.* 1472. *in fol.* (*ab*).

Quem legis, impreſſus dum ſtabit in aere character,
Dum non longa dies, vel fera fata prement,
Candida perpetuae non deerit fama Cremonae:
Phidiacum hinc ſuperat Bartholomaeus ebur.
Cedite chalcographi: milleſima veſtra figura eſt;
Archetypas fingit ſolus at ille notas.

(z) Primus ergo omnium NIC. GUPALATINUS nos docuit, *aenearum* formularum ſeu literarum inventionem deberi Germaniae, quod multi alii poſtea confirmarunt, ut ex ſequentibus teſtimoniis conſtabit. add. *Orig. Cap. VII.* §. 4.

(*aa*) Quae hic ſequuntur verba de inventionibus Clementis Patavini, adſcripſimus in *epiſtola ad* DUCARELLIUM not. *at.*

(*ab*) Carmine hoc, quod aliis deinde libris inſertum fuit, (vid. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. Pag.* 323. *et* 325.) ſculptoria archetyporum (*poinçons*) ars prae impreſſoria extollitur. Hanc vero Poëta omnium, quod ſciam, primus Graeco vocabulo *Chalcographiae* expreſſit, attendens ſcil. ad imprimendi morem Moguntiae inventum, ſuoque tempore uſitatum, aeneis nempe ſeu metallicis typis, ut ex primo verſu evidentiſſime liquet. add. *Orig. Cap. I.* §. 14.

## NUM. XIV.

NICOL. PEROTTUS (*ac*) *in epiſtola ad Franc. Guarinum, praemiſſa eius commentario in* PLINII *proöemium Hiſtor. Natur. atque inſerta eius Cornucopiae p.* 1033. *edit. Aldi* 1513.

Solebam, nuper aetati noſtrae gratulari, mi Franciſce, quaſi magnum quoddam, ac vere divinum beneficium hac tempeſtate adepti eſſemus, ob novum ſcribendi genus, e Germania nuper ad nos delatum. Videbam enim tantum uno menſe ab uno homine hoc tempore imprimi literarum poſſe, quantum vix toto anno ſcribi alias a pluribus potuiſſet, quod uno verſu CAMPANUS noſter, Aprutinus pontifex, elegantiſſime ſcripſit: *Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno* (*ad*). Ex qua re tantam brevi tempore librorum copiam ſperabam, ut nullum ſuperfuturum esſet opus, quod vel ab inope atque egeno homine poſſet amplius deſiderari. etc.

## NUM. XV.

JO. MULLER, *dictus Regiomontanus* (*ae*), *in praefatione Dialogi contra* GERARDI CREMONENSIS *Theoricas Planetarum, editi Norimbergae a.* 1474. *vel ſequenti.*

Quis enim neſciat, mirificam illam formandi artem, nuper a noſtratibus excogitatam, obeſſe tantum mortalibus, ſi mendoſa diſſeminentur librorum volumina, quantum prodeſt, exemplaribus rite correctis.

NUM. XVI.

(*ac*) Quum hoc commentario correxerit Perottus vitia quaedam typographica in editione PLINII Romana a. 1470., ſuſpicor eum circa a. 1472. (vel forte anno praecedente) iam ſcriptum. De auctore vero, qui a. 1480. obiit, vid. FABRICIUS *Lib. XIII. Bibl. Lat. med. et inf. aet.* et qui illic laudantur.

(*ad*) Jung. *Orig. Cap. I.* §. 4. not. *ag*.

(*ae*) Natus hic in oppido Franconiae, dicto Konigsperg, ſeu Regiomonte a. 1436., deceſſit Romae a. 1476. De eo poſt cl. DOPPELMAYERUM in *die hiſtoriſche nach-*

## NUM. XVI.

JOHANNES PHILIPPUS DE LIGNAMINE *in Chronico ſummorum Pontificum, Imperatorumque, ſive continuatione Chronici* RICOBALDI FERRARIENSIS, *edito Romae a.* 1474. ad an. 1458. (*af*).

Jacobus, cognomento Cutenbergo, patria Argentinus, et quidam alter, cui nomen Fuſtus, imprimendarum literarum in membranis cum metallicis formis periti, trecentas cartas quisque eorum per diem facere innoteſcunt apud Maguntiam Germaniae civitatem. Johannes quoque, Mentelinus nuncupatus, apud Argentinam eiusdem provinciae civitatem, ac in eodem artificio peritus totidem cartas per diem imprimere agnoſcitur.

---

*nachricht von den Nurnbergiſchen Mathematicis und kunſtlern, pag.* 1. *ſeq.* egit quoque cl. SCHWARZIUS in *primar. docum. de orig. typogr. Part. III. p.* 46. *ſeq.* et nos quoque Regiomontanum in emendatione preli typographici induſtriam ſuam collocaſſe *Cap. I. Orig.* §. 4. not. *ad.* obſervavimus.

(*af*) Hoc teſtimonium, etſi primos in Germania chalcographos magis ſpectet, quam inventum ipſum, apponere tamen viſum eſt ad confirmanda, quae *Cap. VI.* §. 4. ſcripſimus, poſt ruptam a. 1455. Fauſti et Gutenbergii ſocietatem utrumque propriam ſibi in urbe Moguntia officinam habuiſſe. Erravit vero LIGNAMINE tum in praenomine Gutenbergii, tum in eius loco natali, quem cum domicilii loco confudit. De auctore, equite Siculo ac typographo Romano (cuius *Chronicon* mox recuſum fuit Romae a. 1476. typis Joannis Schurerer de Bopardia, inſertumque tandem *Corpori Hiſtorico medii aevi* JO. GEORG. ECCARDI *Tom. I. p.* 1299. *ſeq.*) conf. ANT. MONGITORIS *Bibliotheca Sicula Tom. I. p.* 362. FABRICIUS *Lib. XI. Biblioth. Lat. med. et inf. aet.*

## NUM. XVII.

JUNIANUS MAJUS *in epiſtola praefixa libro de priscorum proprietate verborum, edit. Neapoli per Math. Moravum* 1475. (*ag*).

Accedit ad haec, quod Germani ſolerti ac incredibili quodam invento nuper novam quandam imprimendi rationem invenerunt; praecipue Matthias Moravus vir ſummo ingenio ſummaque elegantia in hoc genere impreſſionis effloruit, quem conſilio Blaſii Monachi Romerii viri ſacris litteris inſtituti ac ſanctis moribus probati, hac noſtra urbe excepiſſe gratulamur.

## NUM. XVIII.

BONUS ACCURSIUS (*ah*) *in dedicatione Metamorphoſeos* OVIDII, *Cicho Simonetae inſcripta, edit. Mediolani per Philippum de Lavania* 1475. *d.* 5. *Junii.*

Scis enim noſtra tempeſtate veniſſe in lucem hanc imprimendorum voluminum artem, rem profecto et utilem et perpulcram. Nam libros exſcriptos haud facile eſt omnibus, ſibi comparare propter precii ac pecuniarum difficultatem. Quae tamen etſi divina benignitate tibi nulli impedimento eſſe poteſt, non tamen eſt contemnenda propter pulchritudinem artificii; et quia ubi huiusmodi librorum impreſſio, et tanquam formatio recte fuerit in initio conſtituta, ſemper eodem procedit ordine in omnibus huiusmodi voluminibus, ut vix errare liceat, id quod in exſcribendis libris longe ſecus evenire ſolet.

---

(*ag*) De auctore, patria Neapolitano, vid. NIC. TOPPI *Biblioth. Napolet. p.* 168. et P. BAYLE in *Lexico Critico.*

(*ab*) De ACCURSIO noſtro, patria Piſano, conf. JOS. ANT. SAXIUS in *Hiſtoria literario-typographica Mediolanenſi p.* 162. *ſeq.*

NUM. XIX.

## NUM. XIX.

DOMINICUS DE DOMINICIS (*ai*) *in praeſatione, praemiſſa operi Moralium* GREGORII PAPAE, *ex editione Romana apud S. Marcum, abſoluta die* 5. *menſis Septemb.* 1475.

Placuit autem clementiſſimo Deo his noſtris temporibus novam artem docere homines, ut per impreſſiones characterum facillima eſſet ſcriptio librorum, adeo ut a tribus hominibus ſolum tres menſes laborantibus per impreſſionem formata ſint horum moralium trecenta volumina, ad quae tota eorum vita haud quaquam ſufficeret, ſi digitis et cum calamo aut penna ſcribenda forent (*ak*).

## NUM. XX.

ANONYMUS AUCTOR *in epigrammate, quod legitur ad calcem Epiſtolarum* GASPARINI PERGAMENSIS *ex editione Baſilienſi apud Michaëlem Wenzler et Fridericum Biel excuſa in* 4. *non adiecta anni nota* (*al*).

Artem preſſurae quamvis Moguncia finxit,
Ex imo traxit hanc Baſilea tamen.
Nomina ſi cupias, Michaël cognomine Wenzler,
Huic operis ſocius Biel Fridericus erat.

(*ai*) Auctor, patria Venetus, atque Epiſcopus primum Torcellanus, indeque Brixienſis, et Sixti IV. Pont. max. Vicarius, deceſſit 1478. De eo vid. JO. ALB. FABRICIUS *Lib. IV. Biblioth. Lat. med. et inf. aet.* ac JO. DE AUGUSTINIS *in hiſtoria literaria Venetorum illuſtrium.*

(*ak*) Add. *Orig. noſtr. Cap. I.* §. 4. not. *ag.*

(*al*) Michaël Wenzler libros Baſileae ſolus excudit ab a. 1476. ad 1486. vid. MAITTAIRE *Ann. typ. Tom. I. pag.* 236. *edit.* 2. Verum et ſocii adjectio, et anni omiſſio, et ipſa epigrammatis verba ſuadere videntur, hunc librum jam antea editum fuiſſe, et forte primis annumerandum, qui Baſileae prodierunt.

## NUM. XXI.

HIERONYMI BONONII (*am*) *carmen in primi impreſſoris commendationem, quod legitur ad finem commentariorum* JO. TORTELLII ARETINI *de Ortographia dictionum e Graecis tractarum, ex eiusdem Hieronymi correctione editorum Tarviſii ſumptu Michaëlis Manzoli Parmenſis a.* 1477. *in fol.*

Tingere diſpoſitis chartas quicunque (*an*) metallis
Coepit, et inſignes edidit aere notas;
Mercurio genitore ſatus, genitrice Minerva,
Proditus aethereae ſemine mentis erat.
Non illum Cereris, non illum cura Lyaei,
Terrenae tenuit non opis ullus amor.
Copia librorum cupidis modo rara Latinis
Cum foret, auſpiciis illius ampla venit.
Improbus innumeris librarius ante talentis
Quod dabat, exigua nunc ſtipe vendit opus (*ao*).
Hiſtoriae venere TITI, ſe PLINIUS omni
Gymnaſio iactant TULLIUS, atque MARO.
Nullum opus (o noſtri felicem temporis artem)
Celat in arcano bibliotheca ſitu.
Quem modo Rex, quem vix Princeps modo rarus habebat,
Quisque ſibi librum pauper habere poteſt. etc.

---

(*am*) Auctor, patria Tarviſinus, deceſſit 1517. vid. FABRICIUS *Lib. VIII. Bibl. Lat. med. et inf. aet.*

(*an*) Recte hinc intulit GABR. NAUDAEUS *Addit. a l'hiſt. de Louis XI. Cap. VII. p.* 124. verum chalcographiae inventorem HIER. BONONIO non bene cognitum fuiſſe, de quo confuſas etiam fuiſſe ſeculo XV. in Italia relationes, colligere eſt ex teſtimoniis JAC. PHIL. BERGOMENSIS et POLYD. VIRGILII infr. *N.* 28. *et* 43.

(*ao*) Conf. *Orig. noſtr. Cap. I.* §. 3. not. *x*.

## NUM. XXII.

JOH. SCHALLUS (*ap*) *in dedicatione Hiſtoriae Eccleſiaſticae* EUSEBII, *Ruffino interprete a ſe impreſſae Mantuae a.* 1479. *inſcripta Fred. Gonzagae, Mantuanorum Principi.*

Huius ego libri multiplicem utilitatem, uberrimam frugem et modeſtis ac piis ingeniis profuturam lectionem intelligens, ignorari eum, et in tenebris jacentem, ſitu blattisque conſumi ferre non potui; ſed inſtaurari, ac divino nuper inventi maciſterii beneficio multiplicari, et veluti ex una vite multis per propagines palmitibus educatis vineam conficere curavi.

## NUM. XXIII.

MATTHIAS PALMERIUS, *Piſanus* (*aq*), *in continuatione Chronici Euſebiani, ad a.* 1457.

Quantum literarum ſtudioſi Germanis debeant, nullo ſatis dicendi genere exprimi poteſt. Namque a Joanne Guttemberg *zum Jungen*, equite, Moguntiae Rheni, ſolerti ingenio, librorum imprimendorum ratio anno 1440. inventa, hoc tempore in omnes fere orbis partes propagatur, qua omnis antiquitas parvo aere comparata poſterioribus infinitis voluminibus legitur.

NUM. XXIV.

(*ap*) Hic typographus, origine Germanus, Mantuae impreſſit ab a. 1475. et alibi ſeſe Herosfeldenſem phyſicum vocavit. vid. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 231. *edit. ſec.*

(*aq*) Scriptor ille plerumque, etiam a KÖHLERO *ehrenr. Guttenb. p.* 61. confunditur cum MATH. PALMERIO Florentino; praeſertim quum uterque EUSEBII *Chronicon* continuaverit, Florentinus ad a. 1449. Piſanus ab hoc tempore ad a. 1481. Huius vero continuatio primum, ut puto, lucem vidit cum Euſebiano opere Venetiis per Erhardum Ratdolt a. 1483. quo ipſo anno d. 19. Septembr. auctor obiit aetatis anno ſe-

## NUM. XXIV.

HEINRICUS WIRCZBURG DE VACH (*ar*), *in Faſciculo temporum* WERNERI ROLEVINCK DE LAER, *a ſe interpolato, atque aucto, ad a.* 1457.

Librorum impreſſionis ſcientia ſubtiliſſima, omnibus ſeculis inaudita, circa haec tempora, reperitur in urbe Maguntina. Haec eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum, per cuius celeritatis exercitationem theſaurus deſiderabilis ſapientiae et ſcientiae, quem omnes homines per inſtinctum naturae deſiderant, quaſi de profundis latibularum tenebris proſiliens, mundum in hoc maligno poſitum ditat pariter et illuminat. Virtus enim infinita librorum, quae quondam Athenis, vel Pariſiis, caeteriſque ſtudiis, ſive biblio-

ſexageſimo, dum eſſet Secretarius pontificius. vid. epitaph. apud PHIL. BONAMICUM *lib. de claris pontif. epiſtol. ſcriptor. p.* 210. add. FABRIC. *Lib. XII. Bibl. Lat. med. et inf. aet.* Primus autem Palmerius noſter et epocham et auctorem inventi chalcographici publico ſcripto expoſuit; nec male; quanquam annum 1440. rotundo numero accipere debeamus, maxime quum non Jo. Gensfleiſchio quoque ſeniori hoc artificium acceptum retulerit, at ſoli Gutenbergio, qui demum poſt a. 1444. ad Moguntinos advenit, cuique ab aedibus, quas illic occupavit, nomen *zum Jungen* tributum videtur. vid. *Orig. Cap. VII.* §. 11. not. *ck* et *cm.* In epocha vero propagationis conſtituenda ad a. 1457. Palmerius ROLEVINCKIUM ducem habuit.

(*ar*) Hic auctor, monachus in prioratu rubei montis ordinis Cluniacenſis, *Faſciculum temporum* cum quibusdam additionibus, ſed nonnunquam varie immutatum, vulgavit a. 1481. absque mentione loci vel typographi, niſi quod in colophone dicatur, librum prodiiſſe ſub Lodovico Gruerie Comite magnifico, (vid. DAV. CLEMENS *Biblioth. cur. Tom. VIII. p.* 255.) qui vero Comitatus omnino incognitus mihi eſt. Peſſime autem in huius loci interpolatione ſeſe geſſit WIRCZBURGIUS: quum enim Rolevinckius ad a. fere 1457. bene retuliſſet propagationem artis typographicae per varias urbes, vid. *ſupr. N.* 7., hic eadem ſub epocha perperam inventionem divulgationi ſubſtituit; quumque haec editio porro recepta fuerit, et a pluribus typographis repetita, v. c. a Johanne Pryſs Argentinae a. 1487. et 1488. multos posthac ſcriptores decepit, qui, Chronographo noſtro duce, natales chalcographiae ad a. 1450. vel ſerius aſſignarunt, prout iam obſervavi *Cap. VII.* §. 13. et plurima teſtimonia inſequentia evincent.

bliothecis ſacris, pauciſſimis quibusdam ſtudioſis manifeſta fuit, per hanc in omni tribu, populo, natione, et lingua, ubique divulgatur, ita ut veriſſime impletum cernamus illud, quod dicitur Proverb. I. *Sapientia foris praedicat, in plateis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba ſua, dicens: usque quo parvuli diligitis infantiam etc. Quamvis porcos ſpernere margaritas ſciamus, nihil in hoc prudentis laeditur opinio, quo minus oblatas comparat margaritas.*

## NUM. XXV.

GULIELMUS CAXTON, *in continuatione Polychronici* RANULPHI HIGDEN, *Anglice a ſe translati, quae cum opere ipſo prodiit Londini a.* 1482. (*as*) *circa a.* 1455.

*Alſo abowte this tyme the crafte of enpryntynge was fyrst founde in Magounce in Almayne. Why the crafte is multyplyed thorugh the worlde in many places, and bokes be hadd grete chepe and in grete nombre bycauſe of the ſame craft.*

Circa hoc etiam tempus impreſſoria ars primum inventa eſt Moguntiae in Germania. Unde ars in multas orbis partes propagata eſt, et libri exiguo pretio magnoque numero comparari coeperunt illius artis adminiculo.

---

(*as*) De hoc opere, quod repetitum fuit Weſtmonaſterii typis Winandi de Worde a. 1495. videantur JO. LEWIS *life of Wil. Caxton p.* 57. et JOS. AMES *typographical antiquities of England p.* 32. Ceterum petita haec verba ſunt e *Faſciculo temporum*, cuius mentionem auctor in prologo ſuo facit, et ita quidem ut tum Rolevinckianam tum Wirzburgianam editionem ante oculos habuiſſe videatur, lapſus idcirco in conſtituenda inventionis epocha.

## NUM. XXVI.

ANONYMUS AUCTOR, *S. Albani in Anglia ludimagiſter, in the Chronicles of Englande, with the frute of times* (*at*), *ad a.* 1457.

*Printerys of bokis wer this tyme mightely multeplied in Maguncie and thurgh out the world; and thei began friſt and thei held the craftis. And this time mony men began for to be more ſotett in craftis and ſuyfter then ever they wer a fore.*

Officinae impreſſoriae librorum hoc tempore Moguntiae et per totum orbem valde multiplicatae ſunt. Illi autem (*Moguntini*) primi inchoarunt et tenuerunt artem. Et hoc tempore multi evaſerunt ſubtiliores acutioresque in artibus, quam antea fuerant.

## NUM. XXVII.

QUINTII AEMILIANI (*au*) *carmen in laudem Prototypographi, quod legitur in editione Bibliorum Latinorum Veneta, excuſa typis Joannis dicti Herbort de Seligenſtat, a.* 1483.

Qui primus Latias effinxit in aere lituras,
Et docuit ſacros aere notare libros:
Nonne putas dicti caelum ſuperaſſe Myronis?
Phidiacas Veneres Parrhaſiosque Joves.
Hunc ego Daedalios etiam viciſſe labores,
Hunc ego Palladias credo habuiſſe manus.

(*at*) Princeps huius libri editio, quam ſecuti ſumus, absque indicio quidem temporis, attamen a. 1483. prodiit, mox recuſa laudati Winandi de Worde typis a. 1497. vid. LEWIS *p.* 41. AMES *p.* 85. et 464. Hic quoque locus ex ROLEVINCKII *Chronico* depromtus eſt.

(*au*) De auctore, patria Vincentino, vid. BURCH. GOTL. STRUVIUS *Tom. II. Script. rer. Germ.* FREHERI, *p.* 416.

## NUM. XXVIII.

JACOBUS PHILIPPUS BERGOMENSIS *in ſupplemento Chronicarum* (*ax*), *edito Venetiis per Bernardinum de Benaliis a.* 1483. *ad a.* 1458.

Ars imprimendi libros his temporibus in Germania primum enata eſt, quam alii repertam aſſeverant a Guthimbergo, Argentino: alii a quodam alio, nomine Fauſto: alii a Nicolao Genſone praedicant: pro qua innumerabiles auctores ipſi congregarunt divitias. Qua certe nulla in mundo dignior, nulla laudabilior, aut profecto utilior, ſive divinior et ſanctior eſſe unquam potuiſſet. In cuius laudem quidam ex noſtris hos cecinit verſus dicens:

*O felix noſtris memoranda impreſſio ſeclis*
*Inventore nitet utraque lingua tuo.*
*Deſierat quam ſi, totum quod fundis in orbem,*
*Nunc parvo doctus quilibet eſſe poteſt.*
*Omnes te ſummis igitur nunc laudibus ornent,*
*Te duce quando ars haec mira reperta fuit.*

(*ax*) Auctori, *Faſciculum* Wirczburgianum perperam ſecuto, non ſatis cognitus fuiſſe videtur chalcographiae auctor: ideoque Gutenbergii primum mentionem fecit, ex PALMERIO, male tamen Argentinam illi aſſignans patriam auctoritate JO. PHIL. DE LIGNAMINE; deinde Fauſti, qui conſilio et opibus primos impreſſores adiuvit, neſcio quo duce; tandemque Jenſonis, deceptus male intellectis OMNIBONI LEONICENI verbis, ut *in not. ad N.* 4. *et* 5. monuimus. Ceterum de ſcriptore noſtro, ordinis Heremitarum monacho, vero nomine FORESTO, qui natus fuit a. 1434. denatus 1520. vid. DON. CALVI *Scena literaria degli Scrittori Bergamaſchi Part. I. p.* 196. P. BAYLIUS *in Lexico*, et DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. III. p.* 177. *ſeq.*

## NUM. XXIX.

BERTOLDUS, *Archiepiſcopus Maguntinae ſedis, in mandato poenali de codicibus Graecis, Latinis etc. in linguam vulgarem ſine praevia Doctorum approbatione non vertendis, dat.* 4. *Januarii* 1486. (*ay*).

Etſi ad mortalem eruditionem comparandam divina quadam imprimendi arte ad ſingularum ſcientiarum codices abunde facileque perveniri poſſit; compertum tamen habemus, quosdam homines, inanis gloriae aut pecuniae cupiditate ductos, hac arte abuti, et quod ad vitae hominum inſtitutionem datum eſt, ad perniciem et calumpniam deduci. etc.

*Et poſtea:* Verum, cum initium huius artis in hac aurea noſtra Moguntia, ut vera eius appellatione utamur, divinitus emerſerit, hodieque in ea politiſſima atque emendatiſſima perſeveret; iuſtiſſime eius artis decus a nobis defenſabitur. etc.

## NUM. XXX.

JOHANNIS TRITHEMII *teſtimonia* (*az*).

A. *Ex eius Sermonibus et exhortationibus ad monachos, edit. Argentorati* 1486. *Lib. I. exhort.* 7.

Induſtria quidem impreſſoriae artis, noſtris diebus nuper apud Moguntiam inventae, multa quotidie volumina producit in lucem: ſed comparare nobis omnia, nequaquam eſt poſſibile, qui adhuc maxima deprimimur egeſtate.

(*ay*) Edidit hanc chartam VAL. FERD. DE GUDENUS *Tom. IV. Cod. diplom. anecdotor. p.* 469. *ſeq.*

(*az*) De TRITHEMIO, qui lucem vidit a. 1462. atque obiit a. 1516. egit GER. VOSSIUS *Lib. III. de Hiſtor. Latin. c.* 10. multo plenius autem FABRICIUS *Lib. IX. Bibl. Lat. med. et inf. aet.* et NICERONIUS *Tom. XXXVIII. des Memoires des hommes illuſtres p.* 210. *ſeq.*

B. *Ex epiſtola ad Jac. Trithemium fratrem, data* 24. *Junii* 1506. *inſerta auctoris epiſtolis ad familiares, Lib. II. epiſt.* 1.

Inopiam librorum veteres allegare potuerunt: nos vero potius inopes copia fecit, quum impreſſoria noſtris diebus arte apud Moguntiacum inventa, hodieque per orbem univerſum dilatata, tot veterum atque novorum volumina doctorum veniunt in lucem, ut aere iam modico doctus quilibet eſſe poſſit.

C. *Ex epiſtola ad Jac. Kymolanum, data* 16. *Auguſt.* 1507. *Lib. II. epiſt.* 44.

Ars, quam impreſſoriam vocant, tempore infantiae meae apud Moguntiam, metropolim Francorum, inventa, infinita pene et veterum et novorum volumina quotidie producit in lucem.

D. *E libro de ſeptem intelligentiis, orbem poſt Deum moventibus, (ſcripto a.* 1508.) *circa a.* 1450.

His temporibus ars impreſſoria Moguntiae, metropoli Alemanniae, inventa eſt de novo, mirabili induſtria, munere divinitatis.

E. *Ex Chronico Sponheimenſi, (ſcripto a.* 1506. *et ſeq.) ad a.* 1450. (*ba*).

His quoque temporibus, ars imprimendi et characterizandi libros a novo reperta eſt in civitate Moguntina, per quendam civem,

(*ba*) Latius haec poſtea auctor expoſuit in *Annalibus Hirſaugienſibus* ex teſtimonio PETRI SCHOEFFERI, cui ſupra *N.* 4. locum iam dedimus.

vem, qui Joannes Gutenberg dicebatur; qui cum omnem ſubſtantiam, propter nimiam difficultatem inventionis novae, in eam perficiendam expoſuiſſet, conſilio et auxilio bonorum virorum, Johannis Fuſt et aliorum adiutus, rem incoeptam perfecit. Primus autem huius artis dilatator fuit, poſt ipſum inventorem, Petrus Opilionis de Gernsheim, qui multa volumina ſuo tempore impreſſit. Morabatur autem praefatus Johannes Gutenberg Moguntiae in domo, dicta *zum Jungen*, quae domus usque in praeſentem diem illius novae artis nomine dignoſcitur inſignita.

## NUM. XXX.*

DIDACUS VALERA *in epiloge Chronici Hiſpaniae breviati, ſermone vernaculo editi Burgis per Frider. de Baſilea* 1487. (*bb*).

*Agora de nuevo, ſereniſſima Princeſa de ſingular ingenio, adornada de toda doctrina, alumbrada de claro entendimiento manual. aſi como en ſocoro pueſtos ocuren con tan maravilloſa arte de eſcrivir, do tornamos en las hedades aureas reſtituyendonos por multiplicados codices en conoſcimiento de lo paſado preſente y futuro tanto, quanto ingenio humano conſeguir puede. por*

Nunc denuo, ſereniſſima Princeps, ingenio ornata ſingulari, omnigena doctrina illuſtrata, clara mente habilis, veluti in ſubſidium poſiti occurrunt adeo mirabili arte ſcribendi, ob quam redimus in aetates aureas; nobis per multiplicatos codices tantum reſtituentibus, quantum humanum ingenium conſequi poteſt, natione Germanis, exercitatiſſimis, et aſſidue

(*bb*) Hoc teſtimonium per amicum noſtrum communem, v. cl. GREG. MAIANSIUM, accepi a FERDINANDO VELASCO, patrono fiſcali in urbe Matritenſi. De DIDACO VALERA conf. NIC ANTONII *Biblioth. Hiſpana vetus Lib. X. c.* 13. cui tamen princeps huius *Chronici* editio incognita fuit.

*por nacion Alemanos muy eſpertos y continuo inventores en eſta arte d'impremir, que ſin error divina dezir ſe puede. De los quales Alemanos es uno Frederico de Baſilea, de maravilloſo ingenio y doctrina, muy eſperto de copioſa memoria. etc.*

due inventoribus in hac arte imprimendi, quae absque errore dici poteſt divina, quorum Germanorum unus eſt Fridericus de Baſilea, mirifici ingenii et doctrinae, exercitatiſſimus, copioſae memoriae. etc.

## NUM. XXXI.

FELIX FABER, *in Hiſtoria Suevorum Lib. I. cap.* 8. (*bc*).

Anno Domini M. CCCC. LIX. ars imprimendi libros in Germania primum enata eſt a quodam de Maguncia in eadem urbe, qua arte nulla in mundo dignior, nulla laudabilior, nulla utilior, ſive divinior et ſanctior eſſe potuit. In cuius quidem laudem quidam hos cecinit verſus:

*O felix noſtris* etc. (vid. ſupr. *N.* 28.)

Cum hac divina arte etiam uſuales ſunt melioratae, ut fabrilis in omni metallo, in omni ligno, et in omni materia, in quibus Theutonici adeo induſtrii ſunt, ut per orbem fulgeant eorum labores. etc.

---

(*bc*) Auctor, vero nomine SCHMID, Monachus ordinis Praedicatorum in conventu Ulmenſi, *Chronicon* ſuum a. 1489. exaravit, ut ipſe *Lib. II. cap.* 9. teſtis eſt. Hunc vero locum maximam partem deſcripſit ex BERGOMENSI, ita tamen ut tempus inventionis adhuc anno poſtpoſuerit, ipſumque auctorem, quem Moguntinum fuiſſe compererat, reliquerit in incerto. De auctore vid. VOSSIUS *dict. lib. c.* 6. FABRICIUS *dict. Bibl. Lib. VI.*

## NUM. XXXII.

JACOBUS MEYDENBACH (*bd*) *in ſubſcriptione Horti Sanitatis*, *eius typis editi a.* 1491.

Explicit *Hortus ſanitatis*, quem quidem librum omni diligentia collectum et elaboratum, intelligibili caractere, propriis impenſis Jacobus Meydenbach, civis Moguntinus, luculentiſſime impreſſit, ſummamque adhibuit diligentiam, operamque maximam, ut ſingulae herbae ac ſinguli flores ſuos naturales colores, ac animalia ipſa, volucres, piſces, denique et alia in hoc praeclarisſimo opere deſcripta, ſuas, ſicut eas natura produxit, haberent effigies et figuras. Hoc modo lectitanti prodeſſe, ac intuentem oblectare, impreſſor Jacobus voluit. Impreſſum eſt autem hoc ipſum in inclita civitate Moguntina, quae ab antiquis aurea Moguntia dicta, ac a Magis, id eſt ſapientibus, ut fertur primitus fundata: in qua nobiliſſima civitate et ars ac ſcientia haec ſubtiliſſima caracteriſandi ſeu imprimendi fuit primum inventa. Impreſſum eſt inquam ſub Archipraeſulatu reverendiſſimi et benigniſſimi Principis et Domini, Domini Bertoldi, Archiepiſcopi Moguntinenſis, ac Principis Electoris, cuius feliciſſimo auſpicio graditur, recipitur, et auctoriſatur. Anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo, die vero Jovis viceſima tertia menſis Junii.

(*bd*) Moguntinus hic impreſſor forſan filius, certe agnatus, fuit Joannis Meidenbachii, principum typographorum Moguntinenſium ſocii, uti cl. KÖHLERO quoque viſum *ehrenr. Gutenbergs p. 65*.

## NUM. XXXIII.

DONATUS BOSSIUS (*be*) *in Chronico, edito Mediolani typis Antonii Zaroti a.* 1492. *ad a.* 1457.

Hoc anno ſalutifera doctrinarum omnium imprimendorum librorum ars auctore Joanne Gutember, Germano, reperta eſt.

## NUM. XXXIV.

MARSIL. FICINUS (*bf*) *in epiſtola, data* 13. *Septemb.* 1492. *Lib. XI. epiſt. ult.*

In Germania temporibus noſtris imprimendorum librorum inventa ſunt inſtrumenta.

## NUM. XXXV.

AUCTORES *libri Chronicarum, Norimbergae per Ant. Koberger a.* 1493. *impreſſi* (*bg*), *ad a.* 1440.

Ars imprimendi libros his temporibus primum in Germania enata eſt. Quantum igitur litterarum ſtudioſi Germanis debeant, nullo ſatis dicendi genere exprimi poteſt. Hanc apud Ma-

(*be*) De iſthoc ſcriptore, qui Mediolani a. 1436. lucem vidit, conf. JOS. ANT. SAXIUS in *hiſt. literar. typogr. Mediolan. p.* 341. *ſeq.* et APOST. ZENO *Diſſert. Voſſiane Tom. II. p.* 342. *ſeq.* Videtur autem WIRCZBURGIUM et BERGOMENSEM habuiſſe duces.

(*bf*) Natus hic auctor Florentiae 1433. obiit 1499. De eo vid. commentatio JO. GEORG. SCHELHORNII *Tom. I. Amoenit. literar. p.* 18. *ſeq.*

(*bg*) Illius operis compilator vulgo ſtatuitur HARTMANNUS SCHEDEL; ſed etiam alios plures adfuiſſe probavit DAV. CLEMENS *Biblioth. cur. Tom. VII. p.* 347. *ſeq.* Quisquis huius loci ſit auctor, exſcribere is contentus fuit partim PALMERIUM partim BERGOMENSEM.

Maguntiam Rheni urbem ſolerti ingenio librorum imprimendorum rationem 1440. inventam fuiſſe aiunt. Hoc tempore in omnes fere orbis partes propagatur, qua omnis antiquitas parvo aere comparata a poſterioribus infinitis voluminibus legitur. Eius laudes antea in pröoemio operis praehabitae ſunt. Qua certe nulla dignior, nulla laudabilior aut utilior eſſe potuit. Quod ſi haec ars effluxis temporibus viguiſſet, maxima pars operum TITI LIVII, et TULLIUS *de republica*, ac PLINIUS *de bellis Germanicae*, aliaque praeclara opera malignitate temporum amiſſa non fuiſſent. Ideo in eius laudem quidam hos cecinit verſus:

*O felix noſtris* etc. (vid. *N.* 28.)

## NUM. XXXVI.

BAPTISTA FULGOSUS *Lib. VIII. dictorum et factorum memorabilium*, *ſcripto ante annum* 1494. (*bb*).

Omnem mechanicae artis effectum, non recentis modo, verum etiam antiquae, illud ſuperavit, quod ſcribendo Guttenbergius, Argentinenſis, oſtendit, primum a ſe inventa imprimendarum literarum ſcientia. Non ſolum uno die imprimendo plura ſcribere, quam uno anno calamis docuit; verum cauſſa etiam extitit, ut aucta librorum commoditate bonarum artium ſcientia, quae intermoritura erat, velut ab orco excitata videatur.

(*bb*) Patet hoc ex PLATINI PLATI *epiſt.* 5. data a. 1494. (edit. Mediol. 1506.) ubi ad FULGOSUM ſcribit: *Vale ſcriptor elegantiſſime dictorum atque factorum memorabilium, quae ſemper es ipſe mirabiliter aemulatus.* At vero hoc opus, ex Italico ſermone Latine redditum, mortuo demum ſcriptore, Mediolani prodiit a. 1508. in fol. De auctore, qui a. 1478. ad dignitatem Ducis Genuenſis pervenit, moxque a. 1483. a patruo ſuo Paulo principatu deiectus eſt, vid. inter ceteros FABRICIUS *Lib. VI. Biblioth. Lat. med. et inf. aet.* NICERON *Memoires des hommes illuſtres Tom. IX. p.* 1. *ſeq.* JOS. ANT. SAXIUS *hiſt. typogr. Mediol. p.* 399. et AP. ZENO *d. Tom. II. p.* 215. *ſeq.*

tur. Viſus eſt enim immortalis Deus huiusmodi induſtriam huic homini divinitus infudiſſe, veluti commiſeratione motus, quod tantarum doctrinarum volumina ſcribendi difficultate perirent. Per hanc igitur literarum imprimendarum artem praeclariſſimi auctores, etſi diu ante fuerunt, tamen anno ſalutis quadringenteſimo ac quadrageſimo ſupra mille haud iniuria iterum noti eſſe dici poſſunt.

## NUM. XXXVII.

FRANC. MAR. GRAPALDUS *in opere de partibus aedium* (*bi*), *Lib. II. cap.* 9.

Nuperrime coepit, utpote me puero in crepundiis, ars olim, ut aiunt, a Germanis inventa aere litteras, et ita libros formis, ut vulgo dicitur, excudendi, qua tantum una diecula notant, quantum librarius per annum vix poſſet exarare. Artifices ex re chalcographos appellamus, quibus (modo diligentiſſimi ſint) plurimum debent doctrinae cupitores et litterarum dilectores, cum inde ſcriptorum ſcaturierint prius incogniti rivuli librorum, caeterorum vero copia emanaverit.

---

(*bi*) Hunc librum iam a. 1494. prodiiſſe oſtendit DAV. CLEMENS *Biblioth. cur. Tom. IX. p.* 269. De auctore, natu Parmenſi, conf. P. BAYLII *Lexicon.*

## NUM. XXXVIII.

NICOLAS GILLES, *dans ſes Annales de France, edit. Pariſ.* 1498. *ad a.* 1458. (*bk*).

*En ce temps l'impreſſion des livres fut trouvée en la ville de Mayence; laquelle n'avoit oncques eſté veue, art des arts, ſcience des ſciences; laquelle enrichit et illuſtre la vertu infinie des livres, manifeſtés par ce moyen aux pauvres eſcoliers.* etc.

Hoc tempore impreſſio librorum reperta fuit in urbe Moguntia, nunquam antehac viſa, ars artium, ſcientia ſcientiarum, augens atque illuſtrans innumeros fructus ex libris percipiundos, qui illius beneficio a pauperibus ſcholaribus acquiri poſſunt. etc.

## NUM. XXXIX.

ROBERTUS GAGUINUS (*bl*) *in arte metrificandi, ſubiecta eius epiſtolis et orationibus, edit. Pariſ. per Durandum Gerlerium* 1498.

Quod cita vix poterat perſcribere dextra quotannis,
Menſe dat ars, nec ineſt ſordida menda libro,
Pluris erat nuper calamo ruganda papyrus,
Quam modo praegrandis veneat ipſe codex.
* *
Hoc tulit inventum felix Germania terris,
Artis et ingenii nobile ſchema ſui.

(*bk*) Locum hic ei teſtimonio dedi, quoniam documenta noſtra in ordinem digerenti nulla eius Chronici editio cognita erat ante a. 1498. Poſtea vero ex JACOBI LE LONG *Biblioth. hiſt. de la France N.* 7433. cognovi, huic iam praeceſſiſſe aliam a. 1492. in qua ſi locus noſter iam reperitur, eum ſexennio retrotrahi et inter *N.* 33. *et* 34. collocari oportet. Auctor vero Ludovico XII. Galliarum Regi a ſecretis diem finivit a. 1503.

(*bl*) GAGUINUS, origine Duacenſis, vel Atrebatenſis, deceſſit Pariſiis 22. Maji 1501. vid. NICERON *Memoires des hommes illuſtres Tom. XLIII. p.* 1. *ſeq.*

## NUM. XL.

SEBASTIANUS BRANT (*bm*) *in poëmate de praeſtantia artis impreſſoriae, inſerto eius carminibus, edit. Baſil. per Joh. Bergman de Olpe* 1498.

Nuper ab ingenio Rhenanae gentis et arte
Librorum emerſit copia larga nimis.
Et qui divitibus vix Regi obvenerat olim,
Nunc liber in tenui cernitur eſſe caſa.
Gratia Diis primum, mox impreſſoribus aequa
Gratia, quorum opera haec prima reperta via eſt.
Quae doctos latuit Graecos Italosque peritos
Ars nova, Germano venit ab ingenio.

## NUM. XLI.

JODOCUS BADIUS (*bn*), *Aſcenſius, in epiſtola, praemiſſa Epiſtolis illuſtrium Virorum, editis Lutetiae ex officina Nicolai Wolf a.* 1499. *id. Febr. et inſcripta Antonio Coburgero, impreſſori Norimbergenſi.*

Rem digniſſimam facturus videor, ſi praeſtanti ac ferme incredibili multiplicandorum per chalcographos librorum et authorum pene innumerabilium aeternitati conſecrandorum dextimae

(*bm*) Natus hic auctor Argentorati a. 1458. deceſſit 1521. vid. CHR. SCHOETTGENIUS *in contin. Biblioth. med. et inf. latin.* FABRICII *Lib. XVIII.* DAV. CLEMENS *Bibl. cur. Tom. V. p.* 190.

(*bn*) BADIUS lucem a. 1462. vidit Aſcae, agri Brüxellenſis municipio; deceſſit a. 1535. vid. JO. FRANC. FOPPENS *Biblioth. Belg. p.* 761. *ſeq.* P. BAYLIUS in *Lexico*, et MAITTAIRE *Tom. II. Annal. typogr. p.* 81. *ſeq.*

mae facilitati tuae, Antoni ſuaviſſime, ſeptem et triginta primariae litteraturae procerum Epiſtolas dicem.

*Et deinceps, poſt inſtitutum de* JOANNE AMERBACHIO *ſermonem:* Cuius quidem viri ſi omnes ſimiles eſſemus, nec alii inventa noſtra (Teutonica dico) occuparent: longe pluris apud literatos haberemur.

## NUM. XLII.

PHILIPPUS BEROALDUS, *ſenior (bo), in endecaſyllabo ad Germaniam, quod ſubiectum eius opuſculo de felicitate, edit. Bononiae apud Benedictum Hectoris* 1499.

O Germania, muneris repertrix,
Quo nil utilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere quae doces premendo.

## NUM. XLIII.

POLYDORUS VERGILIUS, *in opere de inventoribus rerum, edito Venetiis per Chriſtoph. de Penſis, a.* 1499. *Lib. II. cap. 7.*

Quidam itaque Germanus, nomine Petrus (*bp*), ut ab eius conterraneis accepimus, primus omnium in oppido Germaniae, quam Moguntiam vocant, hanc imprimendarum literarum

(*bo*) BEROALDUS natus eſt Bononiae 1453. denatus 1505. vid. auctores laudati a FABRICIO *Lib. XV. Biblioth. med. et inf. latinitat.* add. SAXIUS *hiſt. typ. Mediol. p.* 434. *ſeq.*

(*bp*) Manifeſtum eſt, lapſum fuiſſe Polydorum in praenomine inventoris, qui Joannes dici debuerat, eumque arbitror in errorem inductum per hos, qui Petrum Schoef-

rum artem excogitavit, primumque ibi ea exerceri coepit; non minore induſtria reperto ab eodem, prout ferunt, auctore novo atramenti genere, quo nunc literarum impreſſores tantum utuntur. Decimo ſexto deinde anno, qui fuit ſalutis humanae MCCCCLVIII. quidam, nomine Conradus, homo itidem Germanus, Romam primo in Italiam attulit, quam dein Nicolaus Jenſon Gallus primus mirum in modum illuſtravit (*bq*), quae paſſim hac tempeſtate per totum fere terrarum orbem floret; de qua plura loquendi labore ſuperſedeo, eius inventorem, ac ſimul unde ad nos delata fuerit, prodidiſſe, haud me parum feciſſe ratus, cum ea omnibus longe notiſſima ſit. Quae propterea, ut ab initio non minore quaeſtu, quam hominum admiratione, vulgari coepit; ſic paulatim, velut auguror, futura eſt vilior.

---

Schoefferum pro vero typographiae inventore habebant, ob excogitatos typos mere fuſiles; etſi epocha tum non a. 1442., quem VERGILIUS deſignat, ſed tribus fere luſtris poſtponenda fuiſſet. Quidquid eſt, errorem ſuum, quem neſcio an altera editio per Jo. de Cereto de Tridino a. 1503. adhuc retineat, mox correxit auctor, atque in poſteriore a. 1517. ſubſtituit: *Itaque Johannes Guthenbergius, natione Teutonicus, equeſtri vir dignitate, ut ab eius civibus accepimus, primus omnium in oppido Germaniae, quam Moguntiam vocant* etc. At vel ſic parum accurate inventionem artis in hac urbe a. 1442. attribuit Jo. Gutenbergio, qui ad a. 1444. usque Argentorati manſit, rectius illud tum Jo. Gensfleiſchio ſeni adſcripturus. Utrique tamen, ut puto, chalcographiae, ſoli vero Gutenbergio atramenti colorati inventio accepta ferenda eſt. Vid. *Orig. Cap. I.* §. 4. not. *ac. Cap. VII.* §. 11. *ſeq.* De auctore ipſo, natu Urbinate, vid. BAYLIUS in *Lexico.*

(*bq*) Melius ergo Vergilius mentem OMNIBONI in *Praefat. ad* QUINTILIAN. hac in parte cepit, quam vel TRITHEMIUS vel CHRONOGRAPHUS COLONIENSIS. vid. *ſupr. N.* 4. *et* 5.

## NUM. XLIV.

### JACOBI WIMPHELINGII *teſtimonia* (*br*).

A. *Epigramma in laudem Johannis Gensfleiſch, quod legitur in fine Memoriae* MARSILII AB INGHEN, *editae Heidelbergae a.* 1499.

Foelix Anſicare (*bs*), per te Germania foelix
Omnibus in terris proemia laudis habet.
Urbe Moguntina, divino fulte Joannes
Ingenio, primus imprimis aere notas.
Multum relligio, multum tibi Graeca ſophia,
Et multum debet lingua Latina tibi.

---

(*br*) Natus eſt WIMPHELINGIUS Seleſtadii in Alſatia 27. Julii a. 1450. ibidemque deceſſit 15. Kal. Decemb. 1528. vid. NICERON *Memoires des hommes illuſtres Tom. XXXVIII. p. 4. ſeq.*

(*bs*) Jo. Gensfleiſchium Latine *Anſicarum* reddere voluiſſe WIMPHELINGIUM quivis videt. Neque minus verum eſt, praenomen Joannis nomini *Anſicari*, etſi longa ſatis periodo ſeparentur, iungendum, quum tales loquendi modi ea aetate receptiſſimi eſſent, ut in epigraphe *Epiſtolarum* CICERONIS *ad familiares*, Venet. apud Joannem de Spira 1469. relata a MAITTAIRIO *Tom. I. Annal. typogr. p.* 283. *edit. ſec.*

*Namque vir ingenio mirandus et arte* JOHANNES
*Exſcribi docuit clarius aere libros*
SPIRA *favet Venetis*, etc.

ut adeo fruſtra fuerit JO. CHRIST. SEIZIUS, *derde jubeljaer der drukkonſt p.* 126. dum ſub *Anſicari* et *Joannis* appellatione duos hic latere homines ſuſpicatus eſt, per illum intelligens Gensfleiſchium, quem cum Fauſto perperam illic confundit, per hunc vero Gutenbergium. WIMPHELINGIUS igitur extra Alſatiam verſatus, in hoc carmine, nulla facta aut Argentorati aut Gutenbergii mentione, ſoli Jo. Gensfleiſchio (ſeniori) chalcographiae inventum in urbe Moguntia tribuit, fidem ſecutus epitaphii ab ADAMO GELTHUS ei erecti, quod eidem *Memoriae* MARS. AB INGHEN ſubiectum eſt, et nos quoque exhibebimus *N.* 89.

B. *Ex*

B. *Ex auctoris Germania cis Rhenum, edit. Argentor.* 1501. *p.* 43.

Urbs veſtra plurimum excellere videtur impreſſoriae artis origine (*bt*), licet in Moguntiaco conſummatae.

C. *Ex eiusdem Epitome rerum Germanicarum, ſcripta a.* 1502. *et edita Argentor.* 1505. *cap. LXV.*

Anno Chriſti 1440. Friderico III. Romanorum Imperatore regente, magnum quoddam, ac pene divinum beneficium collatum eſt univerſo terrarum orbi a Joanne Gutenberg, Argentinenſi, novo ſcribendi genere reperto. Is enim primus artem impreſſoriam, quam Latiniores *excuſoriam* vocant (*bu*), in urbe Argentinenſi invenit. Inde Moguntiam veniens eandem feliciter complevit. Interim Joannes Mentel id opificii genus inceptans, multa volumina caſtigate et polite Argentinae imprimendo, factus eſt brevi opulentiſſimus. Huic ſucceſſit Adolphus Ruſchius, mox Adolpho Martinus Flaccus, qui et ipſi Argentinenſes in natali ſolo cum laude et gloria hanc artem exercuerunt. etc.

---

(*bt*) Hoc primum omnium teſtimonium eſt, quo typographices primordia Argentinae tribuuntur, ac WIMPHELINGIUS, apud Alſatos verſatus, captare Senatus Argentinenſis, cui opuſculum ſuum inſcripſerat, gratiam ſtuduit: dum omnes praecedentes auctores aeneos characteres Moguntiae attribuerunt, de anterioribus in Alſatia tentaminibus ligneo typo prorſus ſilentes, tum quod illa aliunde, ex Harlemenſi ſcil. fonte, dimanaſſent, tum quod etiam caruiſſent ſucceſſu, ut *Cap. VIII.* plena manu oſtendi.

(*bu*) Secutus hic auctor eſt PHIL. BEROALDUM in oratione quadam, e qua paulo poſt ſequentia verba ipſe profert: *Quid ingenioſius inventum, quam literaria impreſſoria, vel ut latinius loquar, excuſoria, qua nihil utilius.*

D. *Idem in Catalogo Epiſcoporum Argentinenſium*, *edit. Argent.* 1508. *in vita Roberti Epiſcopi* (*bx*).

Sub hoc Roberto nobilis ars impreſſoria inventa fuit a quodam Argentinenſi, licet incomplete. Sed cum is Maguntiam deſcenderet ad alios, in hac arte inveſtiganda ſimiliter laborantes, ductu cuiusdam Joannis Genszfleiſch, ex ſenio coeci, in domo Boni Montis, *Guttenberg*, in qua hodie collegium eſt Juriſtarum (*by*), ea ars completa et conſummata fuit. (*by**).

(*bx*) Ex iis, quae *Cap. VII. et VIII.* ſcripſimus, lucem clariſſimam accipit hic quantivis pretii locus; unde facillimum jam erit quinque illos dispellere errores, quos WIMPHELINGIO imputavit ill. SCHÖPFLINUS in *Vindic. Cap. V.* §. 3.

1. Quod inventoris nomen reticeat: neque enim recte huiusmodi omiſſionem exprobramus auctori, qui neque dolo neque ignorantia peccavit, iamque antea in *Epit. rer. German.* eum appellaverat Joannem Gutenberg.

2. Quod eum ſcripſerit Argentinenſem, quum tamen Moguntiae adſpexerit lucem Gutenbergius: ſed huius erroris, ex rumoribus publicis orti, originem expoſui *Cap. VII.* §. 9. not. *bz.*

3. 4. et 5. Quod Gensfleiſchium eodem tempore, quo ars Argentorati tentabatur, Moguntiae in ea inveſtiganda laboraſſe ſcribat, hunc porro ex ſenio coecum vocet, atque a Gutenbergio diſtinguat: ea omnia enim, uti ſyſtemati Schöpfliniano e diametro ſunt oppoſita, ita rectiſſime ſeſe habere *Cap. VII.* §. 6. *ſeq.* oſtendi ex profeſſo.

(*by*) Perperam igitur pſeudonymus quidam LICIMANDER, in *Panegyrico* a. 1690. vulgato, ſtatuiſſe videtur, aedes *Gutenberg* alendis iuris ſtudioſis iam tempore repertae chalcographiae inſerviiſſe, dum ſcripſit, Gutenbergium in Academia Moguntina, tunc primum inſtructa, juris ſtudio aliisque literis incumbentem, Jo. Fauſto inventum ſuum aperuiſſe. vid. *Tom. II. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 597. Gutenbergium enim, poſtquam a. 1437. matrimonium promiſerat nobili apud Alſatos virgini, deincepsque contraxerat, a. 1445. et ſequentibus coepiſſe ſtudiis navare operam, et ſine auctore ſcribitur, et a veroſimilitudine alienum eſt.

(*by**) Diſſentire videtur JOH. TRITHEMIUS, qui et in *Chronico Sponheimenſi* et in *Annalibus Hirſaugienſibus* indicat, repertam artem in domo *zum Jungen*, ubi etiam Gutenbergius tunc habitaverit. vid. ſupr. *N.* 4. et 30. Verum, quum Wimphelingius de typographia ab eodem impreſſore iam perfecta (literis nempe ſculpto-fuſis) in aedibus *Gutenberg* loquatur, conciliatio facilis erit, ſi tempora diſtinguas. add. quae ſcripſi *Cap. VII.* not. *cm.*

E. *Idem in Gravaminibus nationis Germanicae contra Romanam Curiam, edit. ibid. a.* 1515.

Neque nos religionem accepiſſe parvi pendimus, pro qua nos Aeneas (*Sylvius*) Romae multa debere contendit: licet e diverſo nobis illa pro nobiliſſimae excellentiſſimaeque artis impreſſoriae per noſtratium, Argentini cuiuspiam et Maguntini, ſagaciſſimam ac vigilantiſſimam induſtriam invento nonnihil debere videatur (*bz*). Hac enim arte omnes optimae et fidei et morum doctrinae, diverſis etiam linguis conſcriptae, in univerſum orbem propagantur. Hac arte literae ſummorum Pontificum, quae mandata, quae auctoritatem, quae ſumme neceſſaria Romanae ſedis religionisque negotia continent, una die a duobus aut tribus ad dignitatem ſacroſanctae ſedis apoſtolicae conſervandam magis magisque multiplicari ac diſſeminari poſſunt, quam a librariis ducentis tota hebdomade ſcribendo fatigatis.

## NUM. XLV.

JOANNES NAUCLERUS *in Chronographia, edita Tubingae apud Thomam Anshelmum a.* 1500. *Generat. XLIX. ad annum* 1440. (*ca*).

Circa annum Domini 1440. Friderico III. regnante ars impreſſoria excudendorum librorum ſtanneis formulis apud Moguntiam Germaniae civitatem primum coepit: quod inventum,

(*bz*) Per *Argentinum quempiam* intelligi Jo. Mentelium, et per *Maguntinum* Jo. Gutenbergium voluit JAC. MENTELIUS in *Paraeneſi de typogr. orig. Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 291. ſed perperam omnino, quum ante Jo. Scottum nemo Mentelium pro inventore chalcographiae habuerit. vid. *Cap. VIII.* §. 12. *ſeq.*, quumque ex praecedentibus etiam WIMPHELINGII locis evidens ſit, ſub *Argentini* appellatione Jo. Gutenbergium et ſub *Maguntini* Jo. Gensfleiſchium (ſeniorem) latere. Auctor ergo gloriam inventionis inter hos ambos jam diviſit, ut fecerant Poëtaſter in carmine ad calcem *Inſtit.* JUSTINIANI 1468. et RAPH. VOLATERRANUS in *Commentar. urban. a.* 1506. *N.* 4. *et* 53. add. *Cap. VII.* §. 9. *ſeq.*

(*ca*) Hocce teſtimonium licet ſero lucem viderit, ideoque nunc demum in ſce-

tum, neſcio, an unum ſupra reliquas nationes ingenium Germanicum vel elegantia ſua, vel utilitate efferat. Tot extant hodie trium principalium linguarum autores, tot fidei Chriſtianae monumenta, tot inſtaurati huius inventi gratia libri, ut plane divinitus datum munus reipublicae crediderim. Debent Germaniae literae, debent autores boni, quibus hoc opere immortalitas eſt parta. Quamobrem PHILIPPUS BEROALDUS et egregie doctus homo, et Germaniae praecipue ſtudioſus, in illius laudem ait: *O Germania* etc. (vid. *N.* 42.) Sed fato Germanicis ingeniis datum putarim, ut in aere tractando noſtri inprimis excellant, quod cum multis aliis patet, tum hoc praeſertim impreſſarum formularum ſtanno, ac alio invento, bombarda ſcilicet, (bellici tormenti genus eſt hoc, a ſono ſic appellatum) tale id eſt, ut ſat magna nihil amplius mirari ſoleamus. Germanicum inventum, aliquanto, quam ſit impreſſoria ars, vetuſtius, a plerisque ſcriptoribus impendio doctis celebratum.

ſcenam prodeat, vetuſtiſſimis tamen aequiparari poteſt, quum auctor, vero nomine VERGEHANS, circa a. 1430. lucem adſpexerit, atque a. 1450. Eberhardo, Duci poſtea Wirtembergico, moderator ſtudiorum datus fuerit, a. 1460. factus Praepoſitus eccleſiae Collegiatae apud Studgardienſes. vid. MELCH. ADAMUS in *vit. Germanor. Philoſoph. p.* 27. *ſeq.* GER. VOSSIUS *Lib. III. de Hiſt. Lat. c.* 10. FABRICIUS *Lib. IX. Biblioth. med. et inf. aet.* ac praecipue cl. MOLLERUS *Diſput.* de NAUCLERO. Optime autem inventi Moguntini gnarum fuiſſe ſe oſtendit, dum illius et naturam et epocham breviſſime quidem, attamen ex vero, deſcribit.

NUM. XLVI.

## NUM. XLVI.

CONRADI CELTIS *teſtimonia* (*cb*).

A. *Ex libris amorum, editis Norimbergae a.* 1502.
*Lib. II. eleg.* 1.

Mens mihi Rhenanam fuerat deſcendere ad urbem,
Cui Cia cum Mogana nomina clara dabant.
Quae docuit ſpretis Germanos ſcribere pennis,
Cernitur ut pulchris litera preſſa notis.

B. *Et Lib. III. eleg.* 3. *de Rheno fluvio.*

Jamque Moguncìacam vaſtus te flectis ad urbem,
Quae prima impreſſas tradidit aere notas.
Qualem ego te memorem? talem qui invenerit artem,
Italicis: Grajis plus memoranda viris.

C. *Idem de Norimberga, cap.* 3.

Ex altera autem Moeni ripa, ubi Francofordiam et Aſciburgum urbes, monteſque e regione Magundinae urbis, quae prima ſculpſit ſolidos aere characteres, et verſis docuit ſcribere literis.

---

(*cb*) CONRADUS CELTES, vero nomine MEISSEL, primus in Germania poëta laureatus, lucem vidit Suinforti prope Herbipolin a. 1459., deceſſit 1508. vid. de eo FABRICIUS *Lib. III. Bibliotb. Lat. med. et infim. aetatis*, et praeter eos, qui illic laudantur, DAV. CLEMENS *Bibliotb. cur. Tom. VII. p.* 20. *ſeq.*, ac FRANC. CHRISTOPH. DE SCHEYB in *praefat. Tabulae Peutingerianae, edit. Vindob.* 1753. *p.* 33. *ſeq.* add. KÖHLER *ehrenr. Guttenb. p.* 60.

## NUM. XLVII.

### JOH. SCHOEFFERI, *Petri fil.*, *impreſſoris Moguntini* (*cc*), *teſtimonia*, *et alia quaedam eo pertinentia.*

A. *Subſcriptio opuſculi* MERCURII TRISMEGISTI *de poteſtate ac potentia Dei*, *interprete* MARSILIO FICINO, *edit. Mogunt.* 1503.

Deſideratiſſimo Chriſti Jeſu optimi maximi auſpicio vel maxime fretus, extremam ſane quam lepido huic opuſculo manum impoſuit ſpectatiſſimus ille vir, Joannes, cognomento Opi-

(*cc*) JOANNES SCHOEFFER (Latine *Opilio*) primus ni fallor exſtitit, qui avo ſuo materno Joanni Fuſt chalcographiae inventionem adſcripſit, non eadem, atque olim iam alii, mente, quod primos impreſſores conſilio et opibus adiuviſſet, (vid. *ſupr. N.* 28.) ſed quaſi ipſe proprio artem excogitaſſet ingenio. Id autem, utpote a vero deflectens, quo melius ceteris perſuaderet, aſtute et gradatim eo pervenit: nam in prima ſubſcriptione a. 1503. maioribus ſuis repertum tribuit, non expreſſo eorum nomine, atque ita divinandum lectoribus relinquens, num ſolum Petrum Schoeffer ante oculos habuerit ob excogitatas mere fuſiles literas, an etiam Fauſtum. In *dedicatione* a. 1505. ingenue prima reperta Gutenbergio accepta refert, ſola emendatione Fauſto Schoefferoque reſervata. Mox a. 1509. detracta larva avum ſuum primum inventorem auctoremque vocat, idemque a. 1515. in epigraphe Trithemiana plenius enarrat, patris etiam ſui minime oblitus, (uti nec matris, cui perperam *Chriſtinae* illic nomen tributum pro *Dinae* obſervavi *Cap. VII.* not. *dg.*) at praetermiſſa omni Gutenbergii mentione: quod teſtimonium ſemel iterumque repetitum hunc porro ſuceeſſum habuit, ut plurimos mox invenerit ſequaces, ipſumque, ut hic videre eſt, Caeſarem Maximilianum in privil. 1518., cui tamen tredecim ante annis ipſe rem aliter plane expoſuerat. Quod autem in laudata epigraphe primam inventi epocham aſſignaverit a. 1450., id certe fecit communi ex errore, cuius originem ſupra *N.* 24. iam deteximus, indeque primum opus ſtanneis typis editum (nempe *Biblia*) non anno 1450. ut factum oportuit, ſed 1452. demum adſcripſit; vel ſic tamen avum patremque inter praeſtigiatores re ipſa collocans, quod intra breve biennii ſpatium artem et coeperint et perfecerint, quod adeo abſonum eſt, mea ut refutatione non egeat. Dum autem divulgationem artis demum a. 1462. adſcribit Schoefferus, non reſpieit ad chalcographiam in genere conſideratam, quae utique ſtatim a

Opilionis, primarius civis metropolitanae urbis Moguntinae, feliciſſima eorum propagine ſatus, qui divinam fere chalcographiae artem propitiis fatis invenerunt; Anno virginei partus MDIII. octavo eid. Aprilis. Proinde lector vale, ſi quidem lecta boni aequique conſulueris: ſin minus, efficiat ſapientiſſimus indulgentiſſimusque Parens ille Deus, e veſtigio reſipiſcas. Iterum atque iterum vale, humaniſſime lector. Impreſſum atque expletum eſt divinum praeſens opuſculum in nobili urbe Moguntina, artis impreſſoriae inventrice illuminatriceque prima, per Joannem Schoeffer, anno Domini MDIII. in vigilia Palmarum.

B. *Eiusdem dedicatio* T. LIVII *Germanice verſi, editique a.* 1505. *Imp. Maximiliano inſcripta.*

*Solich wergk das in der löblichen Stadt Mentz, gefertigt und getruckt iſt, wöll Ewr. Ko. M. ingnediglich ufnemen, in welcher Stadt auch anfengklich die wunderbahre Kunſt der Truckerey, und im erſten von dem Kunſtreichen Johan Guttenberg, do mann zalt nach Chriſti unſers Herrn Geburt, tauſend vierhundert und funffzig Jare, erfunden, und darnach*

Hoc opus, quod in laudatiſſima urbe Moguntia exantlatum atque impreſſum eſt, Imperatoria tua Maieſtas benigne recipiat, in qua etiam primum admiranda ars typographica ab ingenioſo Johanne Guttenbergio, anno a nativitate Chriſti, Domini noſtri 1450. inventa, et poſthac ſtudio, ſumtu et labore Joannis Fuſt et Petri Schoef-

a rupta a. 1455. Fauſti ac Gutenbergii ſocietate variis in urbibus Germaniae ſedem fixit, verum ad impreſſionem literis mere fuſilibus, (utpote poſt a. 1455. demum a Petro Schoeffero repertis) ut ex totius orationis contextu evidens eſt; unde iniuria reprehenſus fuit a PROSP. MARCHAND *Hiſt. de l'imprim. p.* 33. not. *t.* Ceterum ad horum teſtimoniorum illuſtrationem confer *Orig. noſtr. Cap. I.* §. *ult.* et *tot. Cap. VII.* iunct. *Obſervat. de repert. Mogunt. in art. chalcogr.* De Joanne porro Schoeffero conf. idem MARCHAND *p.* 48. not. *z.* et *in Addend. Part. II. p.* 135.

*darnach mit vleisſ, koſt und arbeyt Johann Fauſten und Peter Schoeffers zu Mentz gebesſerth und beſtendig gemacht iſt worden, darum dieſelbe Stadt nicht allein bey Teutſcher Nation, ſunder auch bey aller Welt in ewige zeit (als wohlverdyneth) gepreysſt und gelobt ſolle werden, und dye Burger und Einwohner doſelbſt des billig genyſſen.*

Schoefferi Moguntiae emendata et ad poſteros propagata eſt; unde huic urbi non Germanica ſolum natio, ſed omnis etiam terrarum orbis aeternas laudes optimeque promeritas debet, eiusque cives atque incolae hoc iure legitime fruuntur.

C. *Eiusdem ſubſcriptio Breviarii ſecundum ritum Eccleſiae Moguntinae* 1509.

Impreſſum Moguntiae, impenſis et opera honeſti et providi viri Johannis Scheffer, civis Moguntini, cuius avus primus artis impreſſoriae fuit inventor et auctor, anno ſalutiferae incarnationis Domini milleſimo quingenteſimo nono, in vigilia nativitatis Mariae.

D. *Eiusdem ſubſcriptio* JO. TRITHEMII *Breviarii Hiſtoriae Francorum* 1515. *repetita in Breviario Eccleſiae Mindenſis* 1516.

Impreſſum et completum eſt praeſens chronicarum opus anno Dni MDXV. in vigilia Margaretae virginis in nobili famoſaque urbe Moguntina, huius artis impreſſoriae inventrice prima, per Joannem Schöffer, nepotem quondam honeſti viri, Joannis Fuſth, civis Moguntini, memorate artis primarii auctoris: qui tandem imprimendi artem proprio ingenio excogitare ſpecularique coepit, anno dominicae nativitatis MCCCCL. indictione XIII. regnante illuſtriſſimo Rom. Imperatore Frederico III. praeſidente

ſanctae

ſanctae Moguntinae ſedi reverendiſſimo in Chriſto patre, domino Theodorico, pincerna de Erpach, principe Electore. Anno autem MCCCCLII. perfecit deduxitque eam, (divina favente gratia) in opus imprimendi, opera tamen ac multis neceſſariis adinventionibus Petri Schöffer de Gernsheim, miniſtri ſuique filii adoptivi, cui etiam filiam ſuam Chriſtinam Fuſthin pro digna laborum multarumque adinventionum remuneratione nuptui dedit. Retinuerunt autem hi duo iam praenominati Joannes Fuſth et Petrus Schöffer hanc artem in ſecreto (omnibus miniſtris ac familiaribus eorum, ne illam quoquo modo manifeſtarent, iureiurando adſtrictis). Quae tandem de anno Dni. MCCCCLXII. per eosdem familiares in diverſas terrarum provincias divulgata haut parvum ſumſit incrementum.

E. *Eiusdem ſubſcriptio Libelli* AENEAE SYLVII *de aulicis miſeriis* 1517.

Excuſum eſt hoc Aeneae Sylvii opuſculum per Joannem Schoeffer, typographum ſane quam accuratum Moguntiaci, ubi divinum inventum ſtanneis typis excudendi libros primo natum, prid. nonas Julias. M. D. XVII.

F. *Imp.* MAXIMILIANI *Privilegium ad impreſſionem* T. LIVII *per Jo. Schoeffer a.* 1519. *datum in oppido Wels* 9. *Decembr.* 1518.

Maximilianus etc. honeſto noſtro, et ſacri Imperii fideli nobis dilecto Johanni Scheffer, Chalcographo Moguntino, gratiam noſtram Caeſaream, et omne bonum. Cum, ſicut docti et moniti ſumus fide dignorum teſtimonio, ingenioſum chalcographiae, authore avo tuo, inventum, felicibus incrementis, in univerſum orbem promanaverit, etc. Proinde, volentes Tibi, tum ob avum Tuum, tam omni vel ob hoc divinum inventum favore et

commendatione dignum, ſuccurrere etc..... omnibus chalcographis inhibemus, etc.

G. ULRICUS HUTTENUS *in praefat. ad eundem* LIVIUM *ad Albertum Archiepiſcopum Moguntinenſem.*

Auctus nuper recuperata quadam minime contemnenda ſui parte LIVIUS, cum ſecum ipſe conſultaret, ubi et cuius ſub inſcriptione in lucem exiret, hanc noſtram ſibi elegit auream Moguntiam. Si vel locum voluit Livius aliquem ſuo decorare egreſſu, quem debuit urbi, artis omnium, quae usquam ſunt, aut unquam fuerunt, praeſtantiſſimae inventrici ac alumnae (impreſſoriam puto, quam haec dedit) praeferre?

H. DESID. ERASMUS *in praefatione ad eandem* LIVII *editionem.*

Hoc teſtimonium infra producetur ſub *Num.* 58.

I. NICOLAUS CARBACHIUS *in epiſtola*, *eidem* LIVIO *ſubnexa.*

Jo. Scheffer chalcographus, a cuius avo chalcographe in hac primum urbe inventa exercitaque eſt, quom ex bibliotheca aedis Moguntinae maximae ac metropolitanae perquam vetuſtum nactus eſſet codicem Longobardicum etc.

K. JOH. SCHOEFFERUS *in ſubſcriptione Opuſculorum quorundam* S. PROSPERI *et aliorum de Gratia*, *edit. Mogunt.* 1524.

Fere uſu venire videmus, candide lector, ut liberi parentes ſuos non ore ſolum ac forma totius corporis, ſed et ingenio moribusque referant; unde non in poſtremis laudibus habetur, ſi quis maiorum ſuorum veſtigia, ſi modo recto itinere praeceſſerint, ſequi curet. Proinde ego quoque, ne a materno avo meo Joan-

Joanne Fauſt et cariſſimo mihi patre Petro Schoeffer Moguntinenſibus civibus degenerarem, qui chalcographicen primi omnium in hac urbe et invenerunt et exercuerunt, non tam commodis ſuis quam publicae utilitati conſulentes, pro virili ſemper parte elaboravi, ut eam artem, quoad poſſem, proveherem. etc.

## NUM. XLVIII.

MARCUS ANTONIUS COCCIUS, *Sabellicus* (*cd*), *in Hiſtoria univerſali*, *Lib. VI. Ennead. X.*

Per idem tempus libraria impreſſio apud Italos vulgari coepta eſt, res ſane memorabilis, nec minore admiratione digna, ſed multo admirabilior futura, ſi non adeo vulgari contigiſſet. Mirum et vix credibile dictu, ſed verius vero, tantum literarum uno die opificem unum formare, quantum vix biennio velociſſimus queat librarius. Commentum id Theutonicum, fuitque ab initio in multa, ut debuit, admiratione, nec minore quaeſtu. Pulcherrimi inventi autor Joannes Gutembergius, equeſtri vir dignitate, Maguntiaeque res primum tentata eſt, maiore quidem fiducia, quam ſpe, annis circiter ſexdecim, priusquam in Italia res coepta ſit vulgari. Sunt qui inter initia Pientini pontificatus id opificium Italiae invectum dicant, quod non multum ſit diverſum ab eo, quod alii prodidere, ut in eum ipſum annum Caliſti exitus inciderit et Pii Pontificis creatio. Sed utcunque res ſignanda eſt, claruerunt plerique eiusmodi opificio, ſed

(*cd*) Hic auctor, a. 1436. Vicovari natus, ſecundum, quo hic locus reperitur, Chronici ſui volumen a. 1504. vulgavit Venetiis, ubi biennio poſt deceſſit. vid. poſt plures alios APOST. ZENUS *in vita* SABELLICI, operibus eius praefixa. Ceterum in conſtituendo typographiae inventore, loco, et tempore ſecutus eſt auctor POLYD. VERGILIUM, cuius verba etiam exſcripſit. Reliqua de invecta in Italiam arte typographica illuſtravit KÖHLERUS *ehrenr. Gutenb. p. 64.*

ſed omnium maxime opibus et eleganti literarum forma multum ceteros antecelluerunt Nicolaus Jenſon et Joannes Colonienſis, ambo Teutonici, quibus multi diligentem operam navarunt, varia recognitione, ut in iure pontificio Petrus Trecius, quem audio gloriari ſolitum, XXX. voluminum millia ex formula recognitionis ſuae librariis officinis impreſſa. Reddidit Maripetri principatum ad poſteros illuſtriorem libraria impreſſio, res humano generi gratiſſima, qua omnis vita continetur.

## NUM. XLIX.

ROBERTUS FABIAN (*ce*) *in Chronico Anglicano, quod ad a.* 1504. *perduxit, ad a.* 35. *Henr. VI. ſive a.* 1457.

*This yere, after the opynyon of dyverſe wryters, began in a citie of Almaine, namyd Mogunce, the crafte of empryntynge bokys, which ſen that tyme hath had wonderful encreace.*

Hoc anno, iuxta opinionem complurium ſcriptorum, coepit in urbe Germaniae, dicta Moguntia, ars imprimendi libros, quae ab hoc tempore mira accepit incrementa.

---

(*ce*) De hoc auctore, qui a. 1512. obiit, vid. THOM. TANNERI *Bibliotheca Britnnico-Hibernica p.* 272. Videtur autem haec exſcripſiſſe ex *Chronico* GUIL. CAXONI. vid. *ſupr. N.* 25. qui tamen quum annum inventionis haud definiviſſet, hunc è DON. BOSSI *Chronico* adjecit FABIANUS. Ceterum auctoris noſtri opus prima vice exiit Londini typis Rich. Pinſon 1516.

## NUM. L.

HENRICUS BEBELIUS (*cf*), *in carmine in laudem* Germaniae, *inſerto ipſius Carminibus*, *edit. Phorcae apud Thomam Anshelmum a.* 1504.

Laude condigna venerare vatum
Turba Germanos, ſtudio ſagaci
Scripta qui quondam renovare norunt
Arte premendi.
Aere quod quis modico parare
Optimos poſſit veterum libellos,
Hoc dedit nobis merito colendus
Teutonus orbis.

## NUM. LI.

PETRUS MONTANUS, *Lib. I. Adagiorum edit.* 1504. (*cg*).

Maxima omnium ſeculorum inventa Germanorum ſunt bombarda et chalcographia.

---

(*cf*) De auctore, patria Suevo, atque epiſcopo Gorienſi in Carinthia, vid. FABRICIUS *Lib. II. Biblioth. med. et inf. aet.* ac DAV. CLEMENS *Biblioth. cur. Tom. III. p.* 4. *ſeq.*

(*cg*) Huius loci, quem poſtea deſcripſit GER. NOVIOMAGUS in *Diſſert. de Batavorum inſula*, indicium debeo JAC. MENTELIO in *excurſu Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 230. Auctor natu Batavus, et Amersfurti per aliquod tempus commoratus *Satyras* praeterea edidit Swollis a. 1506. teſte JO. FR. FOPPENS in *Biblioth. Belg. Tom. II. p.* 993. cui vero haec *Adagia* incognita fuere.

## NUM. LI.*

CONRADUS PEUTINGERUS *in Sermonibus convivalibus de Germaniae mirandis p.* 17. *ſeq. edit. Argentor. per Jo. Prus* 1506. (*cb*).

Movit mihi ſtomachum praeceptor meus, rerum vetuſtarum alioquin ſolertiſſimus inquiſitor, POMPONIUS LAETUS; voluit enim nobis Germanis inventae artis impreſſoriae laudem praeripere, qui ad Auguſtinum Maphaeum ſcribens ita ait: *imprimendi facultatem multis ſaeculis intermiſſam, paulo ante revocatam eſſe.* Unde hoc diceret, ego plurimum cunctatus ſum, tandem ex Franciſco Cardulo Narnienſi didici, eum Divi CYPRIANI ſententia fretum fuiſſe; is enim de idolis ſcribens inquit: *Saturnus literas imprimere et ſignare nummos in Italia primus inſtituit*, qui licet rarus apud Pomponium vetuſtatis inveſtigandae Chriſtianus teſtis eſt; fidem tamen non facio, Divum CYPRIANUM de ea impreſſoria arte, qua nunc utimur, locutum fuiſſe: ſed et Saturni tempore calami vel pennae uſus non erat; literas forte ferro vel lignis impreſſit, caeteroſque docuit non coniunctim, verum ſingulas particulatim imprimendo debito ordine locare: vel ut idem noſter Epiſcopus Tergeſtinus opinatur, Saturnum docuiſſe literas imprimere eas, quae in numismatis expreſſae ſunt, non quae nunc papyro imprimuntur. Signavit enim is primum in Italia cum Jano monetam, et in aes impreſſit literas. Sic Deus etiam verus apud HIEREMIAM *Cap. XXXII.* ait: *Agri ementur pecunia, et ſcribentur in libro, et imprimetur ſignum.*

---

(*cb*) Ad huius loci illuſtrationem conf. *Cap. I.* §. 5. not. *ai.* *Cap. IX.* not. *k.* et notata ſuperius ad *Num.* 5. *in fin.* De CONR. PEUTINGERO, patria Auguſtano, qui natus eſt a. 1465. ac deceſſit 1547. egit rev. NICERON *Tom. XIII. des Memoires des hommes illuſtres p.* 328. *ſeq.* multo autem melius JO. GEORG. LOTTERUS in *Hiſtoria vitae atque meritorum Conr. Peutingeri*, edit. Lipſ. 1729. e qua nonnulla depromſit quoque FRANC. CHRISTOPH. DE SCHEYB *in praefat. Tabul. Peutinger. p.* 47.

## NUM. LII.

CHRISTOPHORUS SCHEURLUS *in libello de laudibus Germaniae, edit. Bononiae per Benedictum Hectoris a.* 1506. (*ci*).

Sive Petrus ſive Gutenbergus anno ſexageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum novam ſcribendi artem, novum atramenti genus excogitavit.

## NUM. LIII.

RAPHAEL MAFFEUS, *Volaterranus, in libris Commentariorum urbanorum, Lib. XXXIII. Cap. de modo ſcribendi apud veteres, edit. Romae per Jo. Beſicken a.* 1506. (*ck*).

Jam divina providentia ingeniorum immortalitati conſultum, quando novo portento reperit hoc ſeculum non deſcribere libros, ſed fingere, ex aeneis characteribus, atramento ſcriptorio perfuſis, pagina torcularibus expreſſa. Authores, duo e Germania fratres, Romae coeperunt anno MCCCCLXV. primique omnium AUGUSTINUS *de Civitate Dei* et LACTANTIUS prodiere. (*ck**)

(*ci*) Manifeſtum eſt, SCHEURLUM ex parte hic ſecutum fuiſſe POLYDORUM, a quo tamen circa epocham longe receſſit, e turbidis quibusdam fontibus annum 1460. hic producens.

(*ck*) Huius loci, quem deinde exſcripſit ANDR. FULVIUS *Lib. IV. de antiq. urbis Romae, fol.* 78. (male numer. 83.) *edit. Romanae* 1527. *in fol.*, explicationem pete ex *Cap. VII. Orig.* §. 9. et de auctore, qui a. 1521. deceſſit, vid. CHR. SCHOETTGENIUS in *contin. Biblioth. med. et inf. Latinit.* FABRICII *Lib. XVII.*

(*ck**) Indigitat ſine dubio utriusque auctoris editionem Romanam anni 1468. Verum iam antea hac ipſa in urbe lucem a. 1467. viderant CICERONIS tum *Epiſtolae ad familiares*, tum *Libri de Oratore*; illae Sweynheimii ac Pannartzii, hi Udalr. Galli typis. Imo latuiſſe VOLATERRANUM omnino videntur Sublacenſis monaſterii impreſſiones: nec mirum, quum hi libri paucis modo exemplis in monachorum gratiam excuſi, nec unquam venales fuiſſe videantur. LACTANTII certe Sublacenſem editionem anni 1465. incognitam fuiſſe oportet ipſi Veneto editori anni 1471., dum in epigraphe Romanam (anni 1468) tanquam principem extulit his verbis: *Preſſerat hunc primo mundi caput inclyta Roma: Poſt Regina premit, nempe colenda maris.* Add. MAITTAIRE *Annal. typogr. Tom. I. p.* 306. *edit.* 2. et quae ſcripſimus *Cap. IX.* not. *de*.

## NUM. LIV.

*Jo. Gutenbergii epitaphium, auctore* IVONE WITTIGISI (*cl*).

JO. GUTENBURGENSI MOGUNTINO, QUI PRIMUS OMNIUM LITERAS AERE IMPRIMENDAS INVENIT, HAC ARTE DE ORBE TOTO BENE MERENTI IVO WITIGISIS HOC SAXUM PRO MONIMENTO POSUIT. MDVIII.

---

(*cl*) IVO WITIGISIS, (proprie *Wittich*) Camerae imperialis aſſeſſor, ac Profeſſor ordinarius Decretorum apud Moguntinos, quum in libro POLYD. VERGILII *de inventoribus rerum* (ſecundae, ni fallor, editionis, Venet. 1503.) legiſſet, *Jo. Gutenbergium primum omnium in oppido Germaniae, quam Moguntiam vocant, imprimendarum literarum artem excogitaſſe*, neque ignoraret, quantae hoc opus auctoritatis tum eſſet, ius ſibi eſſe credidit aperte contradicendi ADAMO GELTHO, qui Jo. Gensfleiſchium ſeniorem artis impreſſoriae repertorem in huius inſcriptione ſepulcrali ſcripſerat. vid. *N.* 43. *et* 89. Gutenbergio itaque, licet ante quadraginta iam annos defuncto, monumentum publicum, quale hactenus deſiderabatur, erigendum putavit, retentis fere verbis Polydori, idque incidi iuſſit lapidi ſub interius ſtillicidium in aedibus Jurisperitorum, quondam *Gudenberg* dictis, collocato, quod in iis ars impreſſoria completa fuiſſet, et forſan diem clauſiſſet ſupremum Gutenbergius, vid. *Cap. VII.* not. *cm*, quas etiam noſtrum Juris Anteceſſorem habitaſſe, quum haec ſcriberet, veroſimile eſt. Edidit vero hoc epitaphium SERARIUS *Lib. I. rer. Mogunt. c.* 38. quo loco cl. JOANNIS *in not.* obſervat, fruſtra id hodie quaeri, ac forte obliteratum fuiſſe, quando veteri aedificio novum ſucceſſit; at certe in annum a Serario allatum irrepſiſſe errorem, legendumque MDVII. vel MDVI. quum Wittichius iam deceſſerit 4. Decemb. MDVII. teſte huius epicedio, apud GUDENUM *Tom. III. Cod. diplom. p.* 971. Ceterum mirari ſatis non poſſum, in Lexico hiſtorico HOFFMANNI, v. *Gutembergius*, aliud referri, et perquam abſurdum, illius typographi epitaphium Heidelbergae poſitum, quo impreſſoria ars Romam ab ipſo primum allata traditur: videl. *Hans Guttemberg iſt mein nom. Die erſt truckrey bracht ich nach Rom. Bitt vor mein ſeel: gibt dir Gott lohn.* Enimvero certum eſt, in originali non *Hans Guttemberg* legi, verum *Hans von Laudenbach*, (quem operarium fuiſſe in Romana Sweynheimii ac Pannartzii officina arbitror) vid. NATH. CHYTRAEUS in *Delic. varior. itiner. p.* 307. *edit.* 1599. DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. II. p.* 261., unde corrigi poſſunt, quae de hoc epitaphio ſcripſit PROSP. MARCHAND *Hiſt. de l'imprim. p.* 32.

## NUM. LV.

ANONYMUS AUCTOR *van die Chronycke van Hollandt, Zeelandt ende Vrieslant, vulgo dicti, die Diviſie-Chronyck, edit. Leidae Batavorum per Joannem Severen* 1517. *Divis.* XXIX. (*cm*).

*In dat eerſte jaer des Keyſer Vrederijcxs die derde, als in den jaer* M. CCCC. *ende* XL. *werdt die profitelike konſt van den boecdrucken eerſt ghevonden en opghebrocht.*

Primo anno regni Imperatoris Friderici tertii, nempe a. 1440. utiliſſima ars imprimendi libros primum inventa atque introducta fuit.

## NUM. LVI.

MICHAEL EYSENHARD *in continuatione Chronici* HERMANNI GYGANTIS, *abſoluta a.* 1517. *pag.* 152. (*cn*).

Circa annum Domini 1440. ars impreſſoria librorum apud Moguntiam Germaniae urbem reperta eſt, non minus utiliſſima, quam ingenioſiſſima.

---

(*cm*) Jung. *Orig. Cap. III.* §. 11.

(*cn*) Hic locus deſumtus eſt ex NAUCLERI *Chronico.* Auctor fuit presbyter Rotenburgenſis ad Tuberam. vid. *praefatio* JOH. GERH. MEUSCHENII, praemiſſa *Chronico* GYGANTIS, *edit. Lugd. Bat.* 1750. §. 5.

## NUM. LVII.

FRANCISC. IRENICUS (*co*) *in Germaniae exegeſi, edita Haganoae per Thomam Anshelmum a.* 1518. *Lib. II. cap.* 47.

Demta autem literarum inventione, utilius nihil mortalibus arte impreſſoria ſuppeditatur, ex qua nec tantum laudis venati ſunt Graeci, nec Itali, quantum Germani, licet ingenii eorum rivos copioſiſſimis monumentis nobis impartiti ſint.

*Poſtquam deinde teſtimonia* POLYD. VERGILII, FRANC. PHILELPHI, PHIL. BEROALDI, *et aliorum de inventione artis adſcripſiſſet, addit:* Alii in praedio Alſatiae, nomine *Ruſſenburg*, inceptam primitus hanc artem fuiſſe ſcribunt, quod a ſono imprimendorum librorum dixerunt, et Moguntiam primitus impreſſos libros detulerunt, unde fama, illic repertam fuiſſe hanc artem, divulgata eſt.

---

(*co*) IRENICUS, vero nomine *Friedlib*, patria fuit Etlingenſis. FABRIC. *Lib. IX. Biblioth. Lat. med. et inf. aet.* Unde vero ſingularem hanc de inventa *Rauſchenburgi* (ita enim ſcribendum, non *Ruſſenburg*) typographia relationem hauſerit hic auctor, dicere haud poſſum, multoque minus, unde originem illa traxerit. Nam tentata primum apud Alſatos ars fuit per Gutenbergium ad S. Arbogaſtum extra portas Argentinae, moxque in ipſa hac urbe in aedibus Andr. Drizehenii. vid. *Docum.* ſupr. *N.* 1. Drizehenio autem defuncto fieri poteſt, ut ſuperſtites ſocii operas renovaverint in caſtro Rauſchenburg, tribus fere a metropoli Alſatiae milliaribus disſito; etſi vel ſic falſum ſit, libros illic revera tum impreſſos fuiſſe, et perlatos Moguntiam narrationi de repertis hac in urbe typographicis dediſſe anſam. Conf. *Cap. VII. Orig.* §. 13. et *Cap. VIII.* §. 9. *ſeq.* Alioquin ſtatuere licebit, Jo. Mentelium, qui primus reapſe in Alſatia libros e prelo emiſit, typographiam illic aliquando exercuiſſe. Et ita ſalva erit manebitque huius caſtri derivatio a verbo *rauſſchen*, id eſt ſtrepitum excitare. Minus certe placet, quod ab Irenici narratione nimis recedat, ill. SCHÖPFLINI coniectura *Vindic. Cap. X.* §. 8. dum nomen accepiſſe has aedes vult ab Adolpho Ruſchio, eiusdem Mentelii genero, inque typographia Argentorati ſucceſſore.

NUM. LVIII.

## NUM. LVIII.

DESIDERII ERASMI *teſtimonia* (*cp*).

A. *Ex praefatione ad* LIVII *editionem Moguntinam a.* 1519.

Si laudem haudquaquam vulgarem meruerunt olim, qui ORIGENI et HIERONYMO Notarios ac membranas ſuppeditarunt, quantum laudis debetur typographorum officinis, quae nobis quotidie bonorum voluminum effundunt examina, idque minimo pretio? Si Ptolemaeus ille Philadelphus memoriam apud poſteros ſibi paravit immortalem ob bibliothecam Alexandriae comparatam, inſignem quidem illam ac locupletem, ſed tamen unam; quid praemii debetur iis, qui nobis quotidie totas bibliothecas, totosque, ut ita dixerim, librorum mundos in omni genere linguarum ac literarum ſubminiſtrant? Atque huius quidem laudis praecipua portio debetur huius, pene divini dixerim, opificii repertoribus, quorum princeps fuiſſe fertur totius aevi memoria celebrandus, Johannes Fauſt, avus eius, cui LIVIUM hunc, tum auctum duobus voluminibus, tum innumeris locis ex codice vetuſtiſſimo caſtigatum debemus, ut hoc egregium decus partim ad Joannem Scheffer, velut haereditario iure devolvatur, partim ad Moguntiacae civitatis gloriam pertineat.

B. *Ex Annotationibus ad S.* HIERONYMI *epiſtolas, edit. Lugd. typis Gryphianis a.* 1530.

Huic urbi (Moguntiae) omnes bonarum literarum ſtudioſi non parum debent, ob egregium illud ac pene divinum inventum, ſtanneis typis excudendi libros, quod illic natum affirmant.

(*cp*) Confer *Orig. Cap. III.* §. 11. not. *aq.*

## NUM. LIX.

JOANNES AVENTINUS (*cq*) *in Annalibus Bojis, Lib. VII. ad a.* 1450.

Hoc anno magnum ac vere divinum beneficium Joannes Fauſtus, Germanus, civis Moguntinus, generi humano contulit, novum ſcribendi genus haud dubie coelitus revelatum (quod chalcographiam excuſoriam impreſſoriamque vocare ſolent) invenit et biennio complevit. Conſuluit pater indulgentisſimus honeſtis literis, authoribus praeclaris, de quibus actum fuiſſet; ita torpore languescimus, adeo delicatuli ſumus, fugitantesque laborum: tantum literarum uno menſe ab uno homine imprimitur, quantum uno anno a pluribus ſcriberetur. Quod CAMPANUS, Aprutinus Pontifex, uno verſu elegantiſſime ſcripſit: *Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.* Hinc indies magis ingenia vigent, ſtudia literarum floreſcunt, copia librorum parvo aere egenis ſuppetit, omnes ad capeſſendas praeclaras artes tanta librorum commoditate alliciuntur. Hoc coeleſtiſſimum munus a Fauſto et Petro Schoeffer de Garensheim genero ſuo, cui unicam filiam Chriſtinam deſponderat, inter ſecreta, adactis omnibus ſociis ad fidem iurisiurandi religione, habitum, decimo poſt anno Fauſti miniſter, Johannes Guttenberger, Argentoratenſis, in Germania vulgavit. Municipes huius Ulricus Han, hoc eſt, Gallus, Xyſtus Reſius Romae Italiaeque intulere etc.

(*cq*) JOANNES THURMAIER, a loco natali Abensberga, Bavariae urbe, dictus AVENTINUS, et a. 1474. (non autem 1466. ut vulgo ſtatuitur) natus, a. 1534. defunctus, hiſtoriam ſuam partim ante, partim poſt ſeceſſum ſuum in urbem patriam, a. 1519. factum, conſcripſit; quare huic teſtimonio ad a. 1519. locum dedimus. Manifeſtum eſt, eum hic ſecutum eſſe epigraphen *breviarii* Trithemiani a. 1515. et quae de velocitate impreſſoriae artis addit, deſcripſiſſe ex POL. VERGILIO. Novum vero, quod addit, Gutenbergium a. 1460. artem in Germania vulgaſſe, (quod ad ſubſcriptionem *Catholici* hoc anno editi referendum obſervavi *N.* 3*.) male tamen eum et Argentoratenſem vocans, et Fauſti miniſtrum, qui huius modo ſocius fuerat. De auctore conf. rev. NICERON *Tom. XXXVIII. des Memoires pour ſervir a l'hiſtoire des hommes illuſtres p.* 283. *ſeq.* FABRICIUS *Lib. I. Biblioth. med. et inf. Latin.* et quos illic laudat.

## NUM. LIX.*

*Inſignia gentilitia ab Imp. Friderico III. Joanni Mentelio, primo Argentorati chalcographo conceſſa, quemadmodum ea protulit Mentelii ex filia nepos* JO. SCHOTTUS *in limine Geographiae Ptolomaicae edit. Argentor.* 1520. (*cr*).




(*cr*) Ob inopiam huius editionis Ptolemaicae, et ſequentium, in queis inſignia haec Scottus produxit, librorum, ſecuti ſumus JAC. MENTELII *Paraeneſin*, *p.* 104. Ceterum de fallaci huius ſcuti perigraphe plena manu egimus *Cap. VIII. Orig.* §. 12. *ſeq.*

NUM. LX.

## NUM. LX.

### JACOBI SPIEGELII *teſtimonia* (*cs*).

A. *Ex Commentario in Stauroſtichon* FRANC. PICI, *Mirandulae Comitis*, *edit. Tubingae* 1520.

Bombarda Germanorum inventum eſt, qui et ipſi nuperrime artem invenerunt aere literas, et ita libros formis, ut vulgo dicitur, excudendi; qua tantum una diecula notant, quantum librarius per annum vix poſſit exarare. Utriusque inventi meminit avunculus noſter (*Jac. Wimphelingius*), et poſtremi nominatim authoris; quo poſteritas ſciret, quibus munera ſua accepta referre deberet.

B. *Ex Scholiis ad* RICH. BARTOLINI *Auſtriados Lib. IX. p.* 241. *edit. Argentor. per Joh. Schottum* 1531.

Inſigniter autem divina illa impreſſoria ars, Argentorati primum per Joannem Mentel, Schotti noſtri avum, a. 1444. inventa, Germanos in aere tractando praeſtare teſtatur.

C. *In Lexico Juris*, *edit. Argent. per Jo. Schottum* 1541. *voce* Librarii.

Librarios item nunc recepta voce appellant librorum excuſores. Cuius artis inventum Elſatiis noſtris ante alias nationes donatum,

(*cs*) Ad illuſtrationem horum teſtimoniorum conf. quae ſcripſimus *d. l.* §. 13. Et de ipſo auctore SPIEGELIO, qui circa a. 1483. Seleſtadii in Alſatia lucem adſpexit, atque Imp. Maximiliano I. ac duobus ſequentibus Impp. a ſecretis fuit, vid. MELCH. ADAMUS in *vit. Germanor. JCtorum p. 66. ſeq.* edit. Heidelb. 1620.

natum, apud Argentoratum Joanni Mentelino, prototypographo, Schotorum familiae proavo, ſub annum Chriſti 1442. licet eius publicatio, ſed haud absque ingenio, Moguntiacis tribuatur.

## NUM. LXI.

HIERONYMI GEBWILERI *teſtimonia* (*ct*).

A. *Ex Panegyri Carolina, pag.* 19. *edit. Argentorati* 1521.

Foverunt et haec moenia (Argentinenſia) praeclarae indolis homines et indigenas et advenas, in Alſatia olim noſtra viritim nominandos; in quorum albo Joannes Mentelin non infimum locum obtinuit ob chalcographandi, ſeu ſtanneis calamis excudendi libros artem, quam primus ante 74. annos in hac urbe mortalibus adinvenit. Etſi Moguntiaci cuidam Joanni Fauſt, civi ſuo, id acceptum ferant. Ipſi quidem vidimus ſyngrapham Joannis Mentelin et Henrici Eckſtein, Argentinenſium civium, ſuper certis pactis, quibus alter alteri ſeſe eo tempore obligaverat, cauſa occultius hanc impreſſoriam artem inter ſe primum exercendi, quae nimirum quotidiano uſu, novis adinventionibus clarior reddita eſt. Conſpeximus et illic libellum eiusdem Joannis MStum, ac multis figuris inſtrumentorum ei arti neceſſariorum depictum, item de atramento conficiendo elegantiſſima praecepta; quae monumenta Joannes Schottus, Argentinenſis, et doctrina et hac arte celebris, praedicti Mentelin ex filia nepos, hodie

(*ct*) Confer iterum, quae ſcripſimus *dict. Cap. VIII.* §. 13. *et* 17. e quibus etiam ſua ſponte corruit illa conciliandi ratio, quam Alſatos inter et Moguntinos proponit auctor in fine ſecundi teſtimonii, ex parte deſcribens SABELLICI verba. GEBUILERUM a. 1473. natum, ac primum Seleſtadienſis, indeque Hagenoënſis ſcholae rectorem fuiſſe nos docet ill. SCHÖPFLINUS *Vindic. Cap. V.* §. 4.

hodie penes ſe illaeſa retinet, cuius tam praeclariſſimi ingenii ac caeterorum de re litteraria bene meritorum Alſatorum nomine, tum Italia, tum Gallia, ullius barbariei notam Tribocibus inurere erubeſcat.

B. *Ex opere mſ. de ortu Comitum Habsburgens. Lib. V. apud* JO. SCHILTER *in Anmerckungen uber* JAC. VON KÖNIGSHOFEN *Straſsburgiſche Chronicke, edit. Argentor.* 1698. *pag.* 445.

Sub idem quoque tempus (1459.) libraria impreſſio apud Italos vulgari coepta eſt. Commentum id Teutonicum eſt, fuitque ab initio in multa, ut debuit, admiratione, nec minori quaeſtu. Autor Joannes Mentel Argentinus, quanquam Moguntini cuidam Joanni Fauſt civi ſuo id referant acceptum; quos ita facile concordabimus, quod ea ars primum Argentorati a Joanne Mentel excogitata clanculum, deinde primum Moguntiae tentata ſit, maiore quidem fiducia quam ſpe, circiter Dominicae nativitatis annum 1440.

## NUM. LXII.

PETRUS APIANUS *in Cosmographia Lib. II. primum edita a.* 1524. (*cu*).

Moguntia limes altae et baſſae Germaniae, in qua laudabilis illa et utiliſſima ars impreſſoria circa annum Domini 1453. per Joannem Fauſtum inventa eſt.

(*cu*) Vid. DAV. CLEMENS *Tom. I. Biblioth. cur. p.* 404. et de auctore, qui a. 1552. deceſſit, conf. MELCH. ADAMUS *in vit. German. Philoſ. p.* 141. *ſeq.*

## NUM. LXIII.

ANONYMI *relatio de inventione typographiae, quae ſubiecta eſt* ALFONSI DE LA TORRE *Viſioni delectabili, Hiſpanice ſcriptae, atque excuſae Hiſpali per Jacobum Cromberger, Germanum, et Joannem Cromberger, a.* 1526. *in fol.* (*cx*).

EN DONDE, Y POR QUIEN FUE INVENTADA LA ARTE DE IMPRIMIR LIBROS, Y EN QUE ANNO SE DIVULGO.

*Aſſi que fue inventada en Alemania, en una ciudad, que ſe dize Maguncia, la qual es*

UBI ET A QUO INVENTA FUERIT ARS IMPRIMENDI LIBROS, ET QUO ANNO DIVULGATA.

Itaque inventa fuit in Germania in civitate, quae dicitur Maguntia, quae ſita eſt ſupra

(*cx*) Hoc teſtimonium (quod humanitati debeo amici mei, v. cl. GREGORII MAIANSII) quum nec in editione, absque anno et loco impreſſionis vulgata, et in bibliotheca regia Madridienſi reperiunda, (quae omnium prima creditur) nec in Toloſana a. 1489. exſtet, veroſimile eſt, illius auctorem eſſe ipſum JACOBUM CROMBERGER; cuius prima typographica auſpicia, mihi nota, ſunt FERN. DE SANTAELLA *Odae*, excuſae Hiſpali a. 1504. indice NIC. ANTONIO in *Biblioth. Hiſpan. nov. Tom. II. p.* 214. quique poſtea cum filio ſuo (ut ſuſpicor) Joanne libros vulgavit, tandemque defunctus hunc laudata in urbe ſucceſſorem habuit, ubi Johannes ſolus a. 1543. et ſeqq. occurrit. vid. MAITTAIRII *Index annal. typogr. Vol. I. p* 97. Auctorem vero ex turbidis fontibus ſua hauſiſſe apparet, dum Petrum Fuſt vocavit, qui Joannes dici debuerat, deceptus forſan teſtimonio POLYD. VERGILII *lib. de rer. inventor. ex princ. edit.* dumque divulgationem artis ſtatuit a. 1425. quo tempore nondum reperta erat, triginta fere annis poſtponendam. Diſſenſio quoque inter duos Archiepiſcopos (Dietherum de Iſenburg et Adolphum de Naſſau) non contigit a. 1431. ſed 1462. quando Adolphus die S. Simonis et Judae intravit urbem, neque omnes cives ſed quadringenti modo occiſi fuere. vid. TRITHEM. in *Annal. Hirſaug. ad a.* 1462. *Tom. II. p.* 453. Inter eos vero eſſe haud potuit Fauſtus, quem adhuc a. 1466. ſuperfuiſſe conſtat; ſed quod de vero chalcographiae inventore Jo. Gensfleiſchio ſeniore inaudiverat forte Crombergerus, male ad Fauſtum applicuit. vid. *infr. N.* 89.

*es ſituada ſobre un grande rio, que ſe dize Rin; la qual ciudad es cabeça dc Arçobiſpado. Invento la un noble ciudadano muy rico deſta ciudad, qui ſe llamava Pedro Fueſt. Divulgoſe la dicha arte en el año del Señor de mil y quatro cientos y veynte y cinco años. Y deſpues en el año de mill y quatrocientos y xxxj ovo diferencia entre dos Arçobiſpos: y el que no poſſeya tovo cierta forma con ciertos ciudadanos de la dicha ciudad, que le abrieſſen la puerta la noche de Sant Simon y Judas, y entro con ſu gente, y mato quaſi todos los hombres de la dicha ciudad: fue tanta la matanca, que corrian las calles ſangre como de agua, quando llueve. Entonces mataron a eſte memorable varon Pedro Fueſt, cuya anima aya gloria con todos los paſſados. Amen.*

pra magnum flumen, quod dicitur Rhenus, quae civitas caput eſt Archiepiſcopatus. Invenit eam nobilis civis ditiſſimus huius civitatis, qui nominabatur Petrus Fueſt. Divulgata fuit dicta ars anno Domini milleſimo quadringenteſimo et vigeſimo quinto. Et poſtea anno milleſimo et quadringenteſimo et trigeſimo primo fuit controverſia inter duos Archiepiſcopos: et qui non posſidebat, certo modo obtinuit a quibusdam civibus dictae civitatis, ut ſibi portam aperirent in nocte Sancti Simonis et Judae, et cum ſuis intravit, occiditque quaſi omnes homines dictae civitatis: tanta fuit caedes, ut per vias ſanguis decurreret, quaſi aqua cum pluit. Tunc occiderunt hunc memorabilem virum Petrum Fueſt, cuius anima gloriam obtineat cum omnibus commemoratis. Amen.

NUM. LXIV.

## NUM. LXIV.

ANDREAS ALTHAMERUS *in Scholiis ad* TACITI *Germaniam* (*cy*).

At quem fugit, quanta interim facta ſit mutatio omnium populorum, rituumque, quod Germania, ut quae olim literarum disciplinis erat inculta, agreſtibusque populis horrida, aedificiorum tenuitate ac mera ruſticitate referta, nunc nulla non parte ſit florentiſſima, ingeniisque praeclaris foecundiſſima. Quae dona cui accepta referam, niſi Deo opt. max. atque item mortalium induſtriae, quae divinum illud excudendorum librorum ſtanneis formulis inventum apud Germanos noſtros excogitavit, quod Moguntiaci coepit, poſt incarnationem Jeſu Chriſti ſervatoris noſtri M. CCCC. XL.

---

(*cy*) Locus ille huc translatus eſt ex editione, quam SIM. SCHARDIUS a. 1574. ſuae collectioni *Scriptorum rer. German. Tom. I.* inſeruit, ac probabile eſt, eum iam reperiri in principe editione, excuſa Norimbergae apud Frid. Peypum 1529. In ea vero, quae prodiit Ambergae a. 1609. ſub tit. *Germaniae veteris et novae deſcriptio*, haec verba ſubſtituta ſunt: *Quis ignorat, nos praeclare Muſas ornaſſe, et promoviſſe bona ſtudia, feliciſſimo illo, et omnibus ſeculis memorabili invento chalcographiae? quae ad Maguntiacum Rheni, celebrem Germaniae urbem, circa Dominicae incarnationis annum* 1440. *Friderico tertio Imp. reperta eſt a viro Germano, Joanne Fauſt. Jacobus Wimphelingius conſtanter affirmat, Argentorati a Joanne Gutenberg excuſoriam artem primum inventam. Alii Joannem Mentel inventorem ſcribunt. Qua arte mire promota ſunt bona ingenia, quae alias in deſcribendis autoribus longa fatigatione fuiſſent impedita.* Manifeſtum eſt, ALTHAMERUM utraque in editione NAUCLERI *Chronicon* fuiſſe ſecutum, niſi quod in altera nomen addiderit inventoris, uti ipſe quidem communi errore opinabatur, Jo. Fauſti. Auctor, e pago Brentio in Suevia oriundus, ſeculo XVI. ineunte floruit. vid. eius vita, a JO. ARN. BALLENSTADIO edita, Wolfenb. 1740. aut, quibus illius copia non eſt, BAYLII *Lexicon.*

## NUM. LXV.

JO. CARIO *in Chronico, quod ad a.* 1532. *perduxit, Lib. III. ad a.* 1440. (*cz*).

Joannes Fauſtus (quem *Gutmannum* vocant) cum Petro Schoeffero Moguntiae artem typographicam invenerunt.

## NUM. LXVI.

HADRIANUS BARLANDUS (*da*), *in libro Hiſtoriarum, quem ad a.* 1532. *perduxit, ad a.* 1440.

Frederico tertio regnante ars impreſſoria eſt inventa apud Moguntiam Germaniae civitatem.

---

(*cz*) Huius loci indicium debeo PETR. SCRIVERIO in *Laurea, Tom. I. Monum.* WOLFII *p.* 339. qui procul dubio iam exſtat in principe editione, a. 1531. Germanico ſermone Witenbergae edita, ſive per ipſum auctorem, ſive per PHIL. MELANCHTONEM, cui opus ſuum auctor recognoſcendum transmiſerat, vel ſaltem in Latina proxime edita, et ad a. 1532. continuata. Falſum quippe eſt, hoc opus lucem iam vidiſſe Witenbergae a. 1499. prout traditur in *bibliotheca hiſtorica Struvio-Buderiana p.* 146. quum hoc anno natus demum CARIO fuerit, mortuus Berolini a. 1538. vid. MELCH. ADAMUS in *vit. German. Philos. p.* 104. *ſeq.* Manifeſtum vero eſt, haec depromta ex epigraphe Trithemiana a. 1515. Cui autem cauſae originem debeat, quod, indice CARIONE, Fauſtus Gutmanni agnomen ſortitus fuerit, expoſui *Cap. VII.* §. 10. not. *ci.* Ceterum inſignem hic locus, ut totum prope *Chronicon*, mutationem poſtea ſubiit, quandoquidem in recentioribus editionibus, a Phil. Melanchtone auctis et continuatis, ſubſtitutum eſt: *Anno quadrageſimo ſupra mille quadringentos, eo ipſo ſcilicet, quo imperium iniit Fridericus, inventum eſt, ſagacitate et ſolertia Germanorum, artificium typographicum excudendi libros characteribus ex metallo nigri cinereique plumbi, aeris et ſtibii conflatis, Moguntia primos codices excudente.* etc. De auctore vero et fatis huius *Chronici* vid. P. BAYLII *Lexicon.*

(*da*) Ita vocatus eſt a pago cognomine in Zelandia, ubi lucem adſpexit circa a. 1488. vid. vita *Opuſculis* eius praemiſſa, *edit. Colon.* 1603. FOPPENS *Biblioth. Belg. pag.* 10. Ceterum haec quoque verba deſcripta ſunt ex NAUCLERO.

NUM. LXVII.

## NUM. LXVII.

PAULI LANGII *teſtimonia* (*db*).

### A. *Ex Chronicis Numburgenſibus*, *ad a.* 1453.

Circa id tempus ars imprimendi libros primum in Germania Moguntiae per Petrum Gutenbergum, equeſtris ordinis virum, reperta eſt.

### B. *Ex Chronico Citiſenſi*, *ad a.* 1454.

Circa id tempus ars imprimendi libros primum in Germania exorta eſt Moguntiae per Petrum Gutenbergum, equeſtris ordinis virum, qui ſolertiſſimo ingenio novam ſcribendi artem ſimul et novum atramenti genus, quo impreſſores tantum utuntur, excogitavit. Magnum certe ac vere divinum munus. Tantum enim uno die ab uno homine literarum imprimitur, vel (ut latinius loquar) formis excuditur, quantum toto anno a pluribus ſcribi non potuiſſet. Quod uno verſu CAMPANUS, ille diſertisſimus Aprutinus Pontifex, elegantiſſime expreſſit: *Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.* Praedictis quadrat illud Germani poëtae; ita enim per quandam excellentiam Doctorem SEBASTIANUM BRANT appellare ſoleo: *Nuper ab ingenio* etc. (vid. ſupr. N. 40.)

---

(*db*) Auctor, in Voigtlandia natus, atque inde ab a. 1487. Monachus Bazavienſis, Chronicon Numburgenſe ſcripſit a. 1532. ſeq. poſteaque Citicenſe exaravit. Prius *Tomo II. Collectionis ſcript. rer. German. Menckenianae*, alterum *Tomo I. Piſtorianae* inſertum eſt. Ceterum LANGIUS hic exſcripſit partim POLYD. VERGILIUM ex principe editione (a quo tamen in epocha conſtituenda receſſit) partim PEROTTUM. De auctore conf. BAYLII *Lexicon.*

## NUM. LXVIII.

ACH. PIRM. GASSARI *teſtimonia* (*dc*).

A. *Dans ſon brief recueil de toutes Chroniques et hiſtoires, a Anvers chez Martin l'Empereur* 1534.

*Joannes Fauſtius premier trouva l'art d'imprimer les livres a Magunce en Alemaigne.*

Joannes Fauſtus primus invenit artem imprimendi libros, apud Maguntiam Germaniae civitatem.

B. *Ex Annalibus Augſtburgenſibus, quos ad a.* 1576. *perduxit, publicatis a* JO. BURCH. MENCKENIO *Tom. I. Scriptor. rer. German. p.* 1660. *ad a.* 1466.

Hocce ipſo anno (1466) evulgavit Johannes Bemmlerus Augſtburgi *ſacra Biblia* latine, nova typographica ea arte, quam Johannes Fuſtius apud Moguntiacam Rheni metropolin, ante ſedecim annos, primus hominum adinvenerat, ac tinctis atramento vernice adparato formis literarum, ad id initio characteribus ligno ſculptis, poſtea ex auricalco paratis, nunc vero ſtanno fuſis inverſis, cartas et paginas pro libris, ſub prelo imprimere et excudere

(*dc*) GASSARI, *Chronicon* AVENTINI ſequens, per eundem inductus in errorem eſt. Scripſerat enim ille, Jo. Gutenbergium *Argentoratenſem* artem a Fauſto inventam in Germania vulgaſſe; unde noſter intulit, Argentinae exercuiſſe poſtea artem Gutenbergium, in quo Gaſſarum etiam, ut paſſim alibi, exſcripſit MART. CRUSIUS in *Annalib. Suev. Tom. III. p.* 412. addens ex Aventino annum 1460. ſed a veritate illud recedere, *Cap. VI.* §. 4. docui. In claſſibus vero impreſſoriae artis enumerandis ducem habuiſſe Gaſſari videtur TRITHEMIUM in *Annal. Hirſaug.* Ceterum de auctore, qui natus eſt Lindavii a. 1505. denatus 1577. conf. JAC. BRUCKERI *diſſertatio*, inſerta *Tomo X. Amoenit.* JO. GEORG. SCHELHORNII *p.* 987. *ſeq.*

dere docuit. Cuius nobiliſſimi inventi rationem, aſcito ſolo Petro Schoeffero, licet diu ſecretiſſime quoscunque, etiam operas, celaverit is, intra paucos tamen annos ſcribendi illud non tam laudatiſſimum, quam utiliſſimum genus latius emanavit, indiesque magis ac magis pulchrius inſtructum, et orbi divino prorſus beneficio communicatum eſt, Johanne Gutenbergio Strasburgi, Ulrycho Hano, Germano, Romae, et Sixto Ruſſingero, itidem Germano, Neapoli id exercentibus poſtea.

## NUM. LXIX.

### CASPARIS HEDIONIS *teſtimonia* (*dd*).

A. *in Paralipomenis ad Chronicon* CONRADI A LIECHTENAW, *p.* 426. *edit. Argent. apud Cratonem Mylium* 1537.

Anno Domini MCCCCXLVI. Friderico tertio Rom. imp. regnante, magnum quoddam et pene divinum beneficium collatum eſt univerſo terrarum orbi a Johanne Guttenberg, Argentoratenſi, novo ſcribendi genere reperto. Is enim primus artem impreſſoriam, quam Latiniores excuſoriam vocant, in urbe Argentoratenſi invenit. Inde Mogontiam veniens eandem foeliciter complevit. Interea Johannes Mentel, id opificii genus inceptans, multa volumina caſtigate ac polite Argentorati imprimendo, factus eſt brevi opulentiſſimus. Huic ſucceſſit Adolphus Ruſchius, mox Adolpho Martinus Flachus, qui et ipſi Argentoratenſes in natali ſolo hanc artem cum laude et gloria exercuerunt (*de*). Alii

(*dd*) Auctor, Argentinenſis Theologus, lucem vidit Etlingae in marchionatu Badenſi, deceſſit Argentorati 1552. vid. MELCH. ADAMUS in *vit. German. Theol. p.* 240. *ſeq.*

(*de*) Hunc locum deſcripſit HEDIO ex WIMPHELINGII *epitome rerum Germanicarum*, etſi epocham ſexennio recentiorem ſtatuat.

Alii volunt, Johannem Fauſtium primum Mogontiae inveniſſe. WIMPHELINGIUS in *Catalogo Epiſcoporum* putat, Argentoratenſem civem incomplete inveniſſe, deſcendiſſe vero Mogontiam ad alios quosdam in hac arte inveſtiganda laborantes, ductu cuiusdam Johannis Gensfleiſch, ex ſenio coeci, in domo boni montis, *zum Guttenberg*, in qua completa eſt haec ars. At praeſente urſo, non opus eſt quaerere veſtigia, ut habet proverb. *Et paulo poſt:* Sunt qui putent, fato datum Germanicis ingeniis, ut in aere tractando cumprimis excellant, quod claret in ſtanno impreſſoriarum formularum, et alio invento. Bombarda bellici tormenti genus, inventum Germanicum, aliquanto quam ſit impreſſoria ars, vetuſtius (*df*).

B. *Ex eius auſerleſener Chronick*, *Vol. IV. p.* 633. *edit. Argentor.* 1549. (*dg*).

*In dieſem jar* (*nämlich* M. CCCC. L.) *iſt die edel kunſt bücher zu trucken durch Joannem Gutenberg von Straſsburg, in der Statt Mentz erſtlich erfunden worden. Als dieſer nun alle ſubſtantz und narung, von wegen das die new erfündung gantz*

Hoc anno (nempe M. CCCC. L.) praeclara ars imprimendi libros per Joannem Gutenberg Argentoratenſem, in urbe Moguntina, primum inventa eſt. Quum hic autem omne ſuum patrimonium, ob difficultatem novae artis conſumſiſſet, conſilio

(*df*) Poſtrema haec verba e NAUCLERO deſumta ſunt.

(*dg*) In Chronico hoc Germanico ſententiam mutavit HEDIO, quamque WIMPHELINGIO duce antea tribuerat Argentorato inventi artis impreſſoriae gloriam, nunc Moguntiae acceptam retulit, exſcribens verba TRITHEMII e *Chronico Sponheimenſi*, niſi quod Gutenbergii adiutoribus Jo. Gensfleiſchium quoque adnumeraverit, auctoritate Wimphelingii, e quo transſcripſit quae de primis typographis Argentinenſibus ſequuntur. Hedionis verba poſtmodum ſua fecit BERNH. HERTZOGIUS in *Chronico Alſatiae edit. Argent.* 1592. teſte AD. SCHRAGIO in *Diſſ. de typogr. Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 32.

*gantz ſchwer was, hette angewendet, iſt er mit raht und hilff der erbaren männer Johannis Fauſt, Johannis Genſsfleyſch und anderer, dahin kommen, das er daz angefangen werck etwaz volkomener ergriffen hat. Johannes Mentlen hat mitler zeit dieſen handel auch angefangen, und vil bücher zu Straſsburg ſauber trucket, und in kurtzen vaſt reich worden. Diſem iſt nachkommen Adolfus Ruſchius, und Adolfo Martinus Flach, item Sixtus Ruſinger und andere. Etlich wöllen, das Petrus Schäfer von Gernsheym ſey der erſt geweſen, der nach dem erfinder diſer kunſt, ſye hab ausgeſpreytet. Aber wie das ſprichwort ſagt, ſo der ber zugegen iſt, bedarff es nit das man vil nach den fuſsſtapffen frag hab. Etlich wöllen, das auſs beſonderer influentz die Teütſchen köpff die art haben, mit dem ertz, und metal umbzugehn, welches erſcheinet in erfindung des trucks, und auch in erfindung der buchsſen; welches einem Bechtoldo Nigro, einem alchimiſten, zugeſchriben wirdt.*

ſilio et auxilio honeſtorum virorum Joannis Fauſt, Joannis Genſsfleyſch, et aliorum illuc pervenit, ut opus inceptum ad paullo maiorem perfectionem redegerit. Joannes Mentlen interea ſe huic negotio quoque applicuit, multosque libros Argentorati nitide excudit, et brevi factus eſt opulentiſſimus. Hunc inſecutus eſt Adolphus Ruſchius, et Adolſum Martinus Flach, item Sixtus Ruſinger cum aliis. Sunt qui volunt, Petrum Schäferum de Gernsheym primum fuiſſe, qni poſt inventorem huius artis eandem divulgaverit. Sed praeſente urſo (uti proverbio monemur) non opus eſt, ut multum in eius veſtigia inquiramus. Alii cenſent, ex ſingulari influxu Germanis proprium eſſe, aera et metalla tractare: quod colligitur ex inventione artis impreſſoriae et bombardarum; quae poſterior cuidam Bechtoldo Nigro alchimiſtae tribuitur.

## NUM. LXX.

HULDRICUS HUGWALDUS MUTIUS *in Chronico Germaniae Lib. XXVIII. p.* 326. *edit. Baſil. apud Henric. Petri* 1539. (*db*).

Hoc tempore bombardae a Germanis ſunt inventae, brevique poſt etiam ars illa libros ſtanneis typis imprimendi inventa, divinum plane inventum. Moguntiae autem, autoribus Germanis, coepit admodum parvis exordiis; ſed brevi, ut videmus, crevit induſtria humani ingenii in eam perfectionem. Duobus a Germanis illis inventis quantum debeat hominum genus, pauci vident etc.

## NUM. LXXI.

SEBASTIANI FRANCKEN VON WÖRD *teſtimonia* (*di*).

A. *In Chronico Germaniae, edito* 1539. (*ut videtur, Bernae*) *pag.* 249.

| | |
|---|---|
| *Anno* M. CCCC. XL. *under Keyſer Friderich, ward die edel kunſt der truckerey der bücher* | Anno M. CCCC. XL. ſub Frederico Imperatore nobilis ars typographiae inventa a Joanne |

(*db*) De hoc opere conf. BAYLIUS in *Lexico.* add. FABRICIUS *Lib. XII. Biblioth. Lat. med. et inf. aet.*

(*di*) Utrumque hunc locum humanitati debeo ill. Baronis SENCKENBERGII. In priore autem teſtimonio FRANCKIUS ſecutus eſt WIMPHELINGIUM, mox ipſe exſcriptus a VALENT. MUNTZERO in *Chronographia*, Bernae a. 1550. edita, ut didici ex AD. SCHRAGII *Diſſ. p.* 31. In altero autem partim Gensfleiſchii epitaphium, partim auctores *Chronici Norimb.* 1493. duces habuit. Poſt diſpoſita vero haec documenta legi, illud *mundi Chronicon* iam prodiiſſe Argentorati a. 1531. quod ſi recte ſeſe habeat,

*bücher erfunden, von Johan Gutenberger zu Straſsburg, und zu Mentz ſeliglich vollendet, wiewol es andere Johann Genſsfleiſch zu Mentz zuſchreiben.* PHILIPPUS BEROALDUS *lobt die Teütſchen hoch, darumb das ſie die edel über die maſs zwo ſubtil künſt, das büchſen-ſchieſſen und truckerey erfunden haben.* NAUCLERUS *ſagt, das feür ſei ſonderlich den Teütſchen geneigt und gehorſam; was man im feür machen und in ertz graben, gieſsen ſoll, darzu haben die Teütſchen ſonder art, kunſt und glück.*

Joanne Gutenberger Argentorati, et feliciter Moguntiae perfecta: licet alii hanc Joanni Genſsfleiſch Moguntiae adſcribant. PHILIPPUS BEROALDUS ideo valde laudat Germanos, quod binas maxime ingenioſas artes ſclopetis, ſive bombardis petendi, et libros imprimendi, invenerint. NAUCLERUS perhibet, ignem ſpeciatim favere Germanis atque obedire; quidquid per ignem conficiendum et aere incidendum et fundendum eſt, in eo ſine exemplo excellere Germanos.

B. *In Chronico mundi, inſcripto, Zeit und Geſchicht bibel, edit. Bernae* 1555.

*Nach Chriſti geburt* 1440. *hat ſich erſt erzeygt under Keyſer Frederich dem dritten, die nimmer genugſam gelobte kunſt des*

Anno poſt natum Chriſtum 1440. ſub Imp. Friderico III. primum detecta eſt nunquam ſatis laudata imprimendi ars in Ger-

beat, ac *Germaniae Chronicon* primum a. 1539. lucem viderit, conſequens erit, praepoſtero haec ordine a nobis collocata, ſtatimque poſt *N.* 64. exhiberi debuiſſe, adeoque et immutanda, quae *Cap. VIII.* §. 8. de FRANCKIO ſcripſimus. In proclivi autem eſt, errorem committere circa primas editiones librorum huius commatis, qui ob nullum aut perexiguum hodie uſum, indeque profluentem neglectum, ab ipſis vix recenſentur bibliographis. De auctore tamen, homine fanatico, quaedam notavit BAYLIUS in *Lexico*.

*des buchdruckens in Teutſchen länden von Johanne Gensfleiſch zu Menz, wiewohl etliche die erfindung dieſer kunſt zuſchreiben Johann Guttenberg von und zu Strasburg. Dardurch die koſtbarn ſchätz ſchriftelicher kunſt, inn dem grab der unwiſſenheit lang zeit verborgen gelegen, eröfnet ſeind und herfur an das licht gelangt, alſo das viel treffenlich und zu menſchlichen gebrauch notdurftige bucher, ſo etwa nit ohne klein koſtung zu zeugen waren, nun mit leuchtem ſchatz gezeuget werden mögen. Wolt Gott, die kunſt wäre aus vergunſt zeitlicher erfunden, ſo waren ohne zweifel etwa viel bucher und die beſte* PLINII, TITI LIVII *etc. nit alſo verdrukt und verloren worden. Durch dieſe kunſt der druckerey wird der lang verſchloſſene prun göttlicher und unauſſprechlicher weisheit und kunſt in die gemeyn ausgeteylt. Darum die Teutſchen, beſunders der erfinder dieſer kunſt, alles lobes werth iſt, ja Gott in ihm, durch den uns Gott dieſe kunſt gegeben hat. Die dritten ſagen, dieſe kunſt ſey erdacht und aus-*

Germania a Johanne Gensfleiſch in urbe Moguntia, licet alii inventionem huius artis tribuant Johanni Guttenberg Argentinenſi inque hac civitate. Cuius ope pretioſus codicum manuſcriptorum theſaurus, qui ignorantiae tenebris dudum ſepultus iacuerat, reſeratus fuit, atque in lucem editus, itemque multi eximii humanoque uſui neceſſarii libri, qui olim non ſine magno aere comparari poterant, levi iam impenſa adquiruntur. Si Deus voluiſſet, ut haec ars ipſius largitione maturius reperta fuiſſet, tunc procul dubio tam multa opera, praeſertim PLINII, TITI LIVII etc. haud adeo oppreſſa fuiſſent atque interiiſſent. Huius impreſſoriae artis beneficio absconditus dudum fons divinae atque incredibilis ſapientiae ac ſcientiae cum publico communicatur. Qua de cauſa Germani, cumprimis inventor huius artis, omni praeconio dignus eſt, imo Deus in ipſo, quoniam per eum Deus hanc artem nobis impertivit. Tertio loco ſunt qui ſtatuant, hanc artem excogitatam eſſe ac prove-

*aufkommen, von Johann Guttenberg, einen ritter zu Menz, anno* 1450.

veniſſe a Johanne Guttenberg, equite Moguntiae, anno 1450.

## NUM. LXXI.*

JO. SAPIDUS *in epigrammate, quod praemiſſum Herbario* OTH. BRUNSFELSII, *edit. Argentorati apud Joan. Schottum* 1539. (*dk*).

Quantus Joannis Schotti ſumptusque laborque
Et ſtudium et fuerit cura, videre licet:
Dum calamis aereis, invento fretus avito
Hoc magna dignum laude paravit opus.
Ergo age te, quisquis medico verſaris in albo,
Hoc operae pretium eſt, nolle carere libro.

## NUM. LXXII.

CHRISTIANUS MASSAEUS *in Chronico utriusque Teſtamenti, edito Antverpiae* 1540. *ad a.* 1440. (*dk**).

Eodem anno apud Moguntiam ars imprimendi libros a Jo. Fauſtio eſt inventa.

---

(*dk*) Hunc locum, nemini quod ſciam memoratum, ſuggeſſit vir ſummus, PETRUS WESSELINGIUS. Auctor, GEBUILERI et SPIEGELII exemplo, Mentelio reperta tribuit, ut Schotto placeret.

(*dk**) Hoc teſtimonium, etſi *epigraphe* Trithemiana 1515. recentius videatur, forte tamen antiquius eſt, atque hic comparet, quum auctor in *Chronico* hoc quinquaginta annos conſumſiſſet, quando id a. 1540. publicabat. Natus vero eſt Waeſtena in Flandria a. 1469. deceſſit Cameraci a. 1546. vid. FOPPENS *Biblioth. Belg.* p. 173. *ſeq.*

## NUM. LXXIII.

ROBERTUS ALDRYDGE (*dl*) *in the Black book*, *or regiſter of the Garter*, *quod opus perduxit ad a.* 1540. *Volum. II. p.* 161. *ad a.* 35. *Henr. VI. id eſt a.* 1457.

*In this year of our moſt pious King*, *the art of printing bookes firſt began at Mentz*, *a famous city of Germany.*

Hoc anno piiſſimi Regis noſtri, ars imprimendi libros primum coepit Moguntiae, quae inclita Germaniae urbs.

## NUM. LXXIV.

JOH. ARNOLD. BERGELLANUS *in Encomio chalcographiae*, *edit. Moguntiae apud Franc. Behem* 1541. (*dm*).

*Ex Dedicatione ad Albertum Archiep. Moguntinum.*

Inter cetera vero admiranda rerum monumenta (quorum non parva copia erat) incidi in JOANNIS TRITTEMII proximi ſaeculi hiſtoricos libros, in quibus elogium quoddam de chalcographia

(*dl*) ALDRIGIUS fuit electus ſodalis Collegii regii Cantabrigiae a. 1507. et poſtquam per varios in ordine eccleſiaſtico gradus transiiſſet, a. 1537. ad Epiſcopatum Carlislienſem pervenit, in qua dignitate obiit a. 1555. Hoc opus, quod ab a. 1541. ad 1555. ab alio deinde continuatum eſt, tandem a. 1724. cura cl. ANSTIS Londini prodiit. conf. de auctore THOM. TANNERI *Biblioth. Britann. p.* 27. In conſtituenda vero epocha a. 1457. auctor ROB. FABIANUM ſecutus eſt. vid. *ſupr. N.* 49.

(*dm*) Integrum hoc poëma, unde cl. KÖHLERI exemplo excerpta modo ad rem maxime facientia damus, poſt alios cl. WOLFIUS in limine *Monumentorum typographicorum* et PROSP. MARCHANTIUS *Hiſt. de l'imprim. Part. II. p.* 11. *ſeq.* exhibuerunt. Ad illuſtrationem vero et correctionem eorum, quae BERGELLANUS hic ſcribit, conferri debent *Cap. VII. et VIII. Orig.* itemque *Obſervatio* noſtra *de invent. Mogunt. in art. chalcogr.*

eiusque inventione deprehendi, qui Moguntinae urbis incolae equeſtris dignitatis virtutisque nobiliſſimo, Joanni Gutenbergo, primo auctori, eiusque coadiutoribus Joanni Fauſto Petroque Schaeffero huius admirabilis artificii, certis formulis libros excudendi, acceptum refert. Id quod et a nonnullis Moguntiae civibus mihi poſtea in familiari colloquio, cum ea de re mentio inter alia incideret, certo certius relatum eſt. Accedit et hoc, quod et hodie vetuſtiſſima quaedam, in eum uſum ab autoribus comparata, quae vidi, inſtrumenta ibidem extant. Qua equidem arte totus hic orbis nihil nobilius unquam vel vidit, vel produxit: cui quoque et aurum, et argentum, gemmaeque, et quaecunque apud mortales in magno pretio ſunt, merito cedunt. Hanc ſingulari quadam benevolentia (ut auguror) Deus Opt. Max. Germanis largitus eſt. Quae ſi priſcis temporibus extitiſſet, dii boni, quem nunc theſaurum, quas clariſſimorum autorum bibliothecas, in manibus haberemus, qui proh dolor! ob iniquae ſortis iniuriam, e conſpectu noſtro ſublati ſunt.

*Ex Encomio.*

v. 27. Saecula bis ſeptem numerabant ordine fati
Chriſtigenae, hinc illis luſtra decemque dabant, (h. e. a. 1450.)
Tertius ac orbis Fridericus frena regebat,
Candida qui placidae nomina pacis habet.
Littera de rigido quia nunc deducitur aere,
*Chalco* illam *graphiam* Graecia gnara vocat.
Teutonicae gentis decus, immenſusque theſaurus,
Tempore qui prisco nullius uſus erat.
Quem non damnoſo tineae corrumpere dente,
Neque ſitus turpi perdere labe, valent.
Autorem quaerunt, primos qui repperit huius
Archetypos artis, primaque puncta tulit.
Decertantque duae non parvi nominis urbes,

Quaelibet artificem vendicat usque ſibi.
Annaleſque tuos quidam, Germania, torquent,
Bullatas nugas hac quoque parte vomunt.
Sed, te ne fallat mendacis opinio vulgi,
Illius referam quae ſit origo rei.
Clarus Joannes en Gutenbergius hic eſt,
A quo, ceu vivo flumine, manat opus.
Hic eſt Aonidum cuſtos fidiſſimus, hic eſt,
Qui referat latices, quos pede fodit equus.
Quam veteres nobis Argenti voce notarunt, (*Argentoratum*)
A puero fertur ſuſtinuiſſe virum.
Illa ſed huic civi largita eſt munera grata,
Cui clarum nomen Mogus habere dedit. (*Moguntia*)
Primitias illic coepit formare laboris,
Aſt hic maturum protulit artis opus.
Stemmate praeſtabat; vicit virtute ſed illud;
Dicitur hinc verae nobilitatis Eques.
Annulus in digitis erat illi occaſio prima,
Palladium ut caelo ſollicitaret opus.
Illum tentabat molli committere cerae,
Redderet ut nomen littera ſculpta ſuum.
Reſpicit archetypos, auri veſtigia luſtrans,
Et ſecum tacitus talia verba refert:
Quam belle pandit certas haec orbita voces,
Monſtrat et exactis apta reperta libris.
Quid, ſi nunc iuſtos, aeris ratione reducta,
Tentarem libros cudere mille modis?
Robora proſpexit dehinc torcularia Bacchi,
Et dixit: praeli forma ſit iſta novi.

* * *

Talibus auſpiciis divinos concipit ignes,
Ac iterum manibus ſedulus urget opus.

Et nunc ſollicitum curvo caput ungue retractat,
Nunc varias graphio luſtrat ubique vias.
Qualiter et negligit crudos ſine imagine natos
Vrſa, Calidonio monte relicta parens.
Quos tandem repetit, lambendo effingit, alitque,
Et fovet in tepido pignora blanda ſinu.
Sic autor loca ſola petit, tacitosque receſſus,
Ac faſtiditum ſaepe relinquit opus.
Poenitet et facti, retro veſtigia flectit,
Adque rudes foetus fertque refertque pedem.
Hos colit, hos format, hos digerit ordine certo,
Ardet et inceptae perficere artis opus.
Necque erat ulla dies Eoas vecta ſub auras,
Qua non ſit vigili littera ſculpta manu.
Atque notas vocum finxit de duro orichalco,
Nobile Phoenicium quas dedit ingenium.
Altera ſed rebus ſuccreſcit cura renatis,
Inventis uti mens generoſa nequit.
Implorat placidos zephyros, et carbaſa pandit,
Haeret et in ſcopulis neſcius auxilii.
Cumque illi ſtarent caelata toreumata magno,
Et labor anguſtas attenuabat opes;
Artis nec poterat certos extendere fines,
Inceptum ſtatuit iamque relinquere opus,
Conſiliis tandem Fauſti perſuaſus amicis,
Viribus exhauſtis qui tulit auxilium.
Addidit ac operi lucem, ſumtumque laboris,
Fauſtus, Germanis munera fauſta ferens.
Et levi ligno ſculpunt hi grammata prima,
Quae poterat variis quisque referre modis.
Materiam bibulae ſupponunt inde papyri,
Aptam quam libris littore Nilus alit.
Inſuper aptabant mittit quas ſepia guttas.

Reddebat preſſas ſculpta tabella notas.
Sed quia non poterat propria de claſſe character
Tolli, nec variis uſibus aptus erat,
Illis ſuccurrit Petrus, cognomine Schaefer,
Quo vix caelando promptior alter erat.
Ille ſagax animi praeclara toreumata finxit;
Quae ſanxit *matris* nomine poſteritas.
Et primus vocum fundebat in aere figuras,
Innumeris cogi quae potuere modis.
Hic nova ſpes oritur, redit in praecordia ſanguis,
Exultant animo, pectoris inque ſinu.
Abdita tecta petunt, agitur res teſtibus absque,
Ne fieret populo ſordida praeda levi.
Nata rudi primum res eſt tentata labore,
Mox vicit latebras aerea vena ſuas.
Ac horum poſtquam mordax eſt addita lima,
Omnibus haec numeris reddidit illud opus.

* *
*

143. Imparibus numeris caeleſtia numina gaudent,
Hoc opus exegit ſic quoque ſancta Trias.
Illo primus erat tunc Gutenbergus in albo,
Alter erat Fauſtus, tertius Opilio.

* *
*

231. Aeternas igitur grates tibi, Gutenberge,
Olim perſolvet vivida poſteritas.
Auricomum ut ſolem ſemper ſplendere videmus,
Sic tuus aeterna laude nitebit honos.
Ibis ad Elyſios ornatus tempora campos,
Et tua nobiſcum fama perennis erit.
Atque omnis cantabit Io tibi turba ſororum,
Ardua Pierii quae iuga montis amant.

Prima

Prima quidem laus eſt, niveo quoque digna lapillo,
Tradere ſi primus, quae latuere, potes.
Eſtque minor virtus, inventis addere lucem,
Eruere ac fontes, hoc opus artis erit.
Non tamen eſt Fauſti ſtudium, Petrique, tacendum,
Sed dignus grata eſt poſteritate labor.
Hic dum cernebant raras procedere merces,
Sanxerunt dextris foedera pacta ſuis:
Quae Deus, aut fortuna dabit, communia ſunto;
Aequalis noſtrum ſitque laboris onus.
Foedera ſed lucri raro concordia nutrit,
Indiga ſunt pacis, diſſidioque patent.
Sic poſtquam autores quaeſtus ſpes coepit habendi,
Ad lites vertunt pectora capta leves,
In partes abëunt, ſinceraque pacta reſolvunt,
Et promiſſa cadunt, irrita ſitque fides.
Cuilibet ut propriis ſerviret pergula praelis,
Et ſibi multiiugas quisque pararet opes.
Non tulit iniuſtas mens Gutenbergica rixas,
Teſtatur ſuperos foedera rupta Deos.
Causſa fori tandem pavidi defertur ad ora:
Scribitur ac illis dica nefanda fori.
Tempore ſed longo res eſt tractata dicaci
Lite, hodie pendet Judicis inque ſinu.

## NUM. LXXV.

PETRUS MEXIA, *en Sylva de varia leccion, edita Hiſpali a.* 1542. *Lib. III. cap.* 2. (*dn*).

*Pero ſobre todo el imprimir, pues con tanta preſteza ſe eſcriven tantos millares de libros, fue y es la mejor invencion del mundo. De la qual dizen, que fue inventor un Aleman, llamado Juan Gutenbergius, y que la invento en la ciudad de Maguncia; y dizen, que en aquella ciudad fue donde primero ſe obro y imprimio libro. Y eſto fue, ſegun* POLIDORO VIRGILIO, *en el anno de mil y* cccc. *y quarenta y dos. Que tanto fueſſe lo que alli ſe pudo hazer, no lo ſabemos, pero dende à dezi ſeys annos en el anno de mil y quatrocientos y cinquenta y ocho un hombre llamado Conrado tanbien Aleman, truxo eſta arte à Italia. Aunque*

Prae ceteris vero imprimendi ars, quandoquidem tanta cum celeritate tot milleni libri producuntur, fuit eſtque etiamnum optima in orbe inventio. Eiusque repertor perhibetur Germanus, dictus Joannes Gutenbergius, locusque natalis Moguntia, ubi etiam primi libri impreſſi dicuntur, quod iuxta POLYD. VIRGILIUM contigit a. 1442. tametſi ignoremus, num illic iam ad magnam perfectionem elata fuerit. Sedecim vero poſtea annis, id eſt a. 1458., Conradus quidam, natu Germanus, artem in Italiam tranſtulit. Quanquam RAPHAEL VOLATERRANUS ſcribat, auctores fuiſſe duos e Germania fratres, eosque in Italiam migraſſe,

(*dn*) Hunc locum etiamſi ex editione Antverpienſi 1564. nobis ſuppeditaverit cl. WOLFIUS in *Monum. typogr. Tom. II. p.* 1027. *ſeq.*, vix tamen dubium, quin princeps iam editio ſiſtat, utpote ad cuius fidem prodiit altera. De auctore, qui circa a. 1552. deceſſit, vid. NIC. ANTONIUS *Biblioth. Hiſpan. nov. Tom. II. p.* 174. *ſeq.*

*que* RAPHAEL VOLATERRANO *dize, que fueron dos hermanos Alemanes, losque vinieron à Italia, y que en el anno de mil y quatrocientos y ſeçenta y cinco imprimieron en Roma, y que los primeros libros, que fueron impreſſos, fueron el libro de la Ciudad de Dios de* AUGUSTINO, *y las divinas inſtituciones de* LATANTIO FIRMIANO.

ſe, et a. 1465. impreſſiſſe Romae, primosque libros, excuſſos, fuiſſe AUGUSTINI *opus de civitate Dei*, et LACTANTII FIRMIANI *Inſtitutiones divinas.*

## NUM. LXXVI.

SEBASTIANI MUNSTERI *teſtimonia* (*do*).

A. *E Cosmographia univerſali, Lib. III. pag.* 488. *edit. Baſil. apud Henricum Petri* 1554. (*do**).

Inventa eſt ars illa libros ſtanneis typis imprimendi tempore fere noſtro, divinum plane inventum, et res memorabilis, nec minore admiratione digna, ſed multo admirabilior futura, ſi non adeo

(*do*) MUNSTERUS, natus Ingelhemii 1489. deceſſit Baſileae 1552. notante MELCH. ADAMO *in vit. German. Philoſ. p.* 143. *ſeq.*

(*do**) Locum hunc, quem indicio debui PETR. SCRIVERII in *Laurea Tom. I. Monum.* WOLFII *p.* 339., teſtimonia noſtra in ordinem redigens, ipſumque opus Munſterianum fruſtra quaerens, aſſignaveram ad a. 1544. quandoquidem NICOL. LENGLET DU FRESNOY binis in locis, videl. in ſuo Hiſtoricorum indice (*Tom. III. de la Methode pour etudier l'hiſtoire p.* 14. edit. Paris. 1735.) itemque in Catalogo Geographorum (*Tom. I. de la Methode pour etudier la Geographie p.* 349. edit. ibid. 1742.) editionem a. 1544. tanquam principem recenſet. At caſu deinde nactus exemplar Baſilienſe a. 1554. e quo hoc teſtimonium iam profero, non aliud inde inferre potui, quam illam eſſe primitivam editionem. Atque his poſitis, locus iſte intra *N.* 79. et 80. collocandus fuiſſet. Ceterum apparet, Munſterum h. l. partim SABELLICUM partim MUTIUM exſcripſiſſe. vid. ſupr. *N.* 48. et 70.

adeo divulgari contigiſſet. Mirum et vix credibile dictu, ſed verius vero, tantum literarum uno die opificem unum formare, quantum vix biennio velociſſimus queat librarius. Inventum id eſt Teutonicum, fuitque ab initio in multa, ut debuit, admiratione, ac maiore quaeſtu. Pulcherrimi inventi autor Johannes Gutenbergius, equeſtri vir dignitate, Maguntiaeque res primum tentata eſt, maiore quidem fiducia quam ſpe, annis circiter 16. priusquam in Italia res coepta ſit vulgari. Coepit inquam Maguntiae autoribus Germanis, exordiis admodum parvis, ſed brevi, ut videmus, crevit induſtria humani ingenii in eam perfectionem, quam hodie habet. Certe actum fuiſſet de omnibus bonis ſtudiis his noviſſimis temporibus, quando omnes ventrem curant et inexhauſta habendi cupiditate ducuntur. Vix enim in viis optimos libros, quos olim magna pecunia vix comparare poterant, tollunt. Certe olim, antequam haec ars inventa fuit, quum coepiſſent abjici et negligi boni autores, periiſſent omnes diſciplinae cum autoribus, ſi ars in tempore non fuiſſet inventa. Deus ergo omnium rerum conditor, qui humanis rebus nunquam deeſt, et quae ad univerſam opulentiam pertinent abunde praebet, paulo poſt quam hiſtoriae literaeque pene interire coepiſſent, miram neceſſariamque mortalibus brevi ſpacio characterum beneficio apud noſtram Maguntiam repertam tradidit artem. Hac mox literae auctae et omnium ferme gentium res renatae in publicum prodiere. Reſtituta eſt iam priſcae vetuſtatis memoria, philoſophorum divinaque ſapientia et quicquid apud pauciſſimos multis iam aetatibus delituit, multiplicatum. Factum eſt paulo poſt huius artis beneficio commune omnibus, iamque eo ventum eſt, ut nihil unquam apud veteres geſtum, quod non iam paulo antequam haec ſcriberem, in apertum abierit. Hinc Imp. regum, populorum, nationum, rerumpublicarum, urbium, civitatumque res geſtae memoriae traditae ſunt, etc.

B. *Ex*

B. *Ex alia ac poſteriore huius operis editione, Lib. III. cap.* 180. (*dp*).

Ab anno Chriſti 1440. usque ad a. 1450. nobilis imprimendi ars Moguntiae reperta eſt: ea Moguntia Coloniam, deinde Argentinam et Baſileam atque poſtea Venetias delata eſt. Primus eius auctor et inventor Joannes Guttenbergius, qui *zum Jungen* dicebatur, isque cives alios duos Moguntinos adiutores habuit, Joannem Fauſtum et Joannem Medimbachium, qui artem hanc in ſecreto tenuerunt, famulis de ea non propalanda iureiurando conſtrictis. Si maiores noſtri ante 1000. vel etiam 1500. annos huius artis copiam habuiſſent, quot quantosque nobis dediſſent doctrina et ſcientia excellentes praeclarosque viros, quantum hiſtoriarum in hominum memoria remanſiſſet, quae tali deſtitutae adminiculo aeterna oblivione obrutae ſunt? Quamvis enim antiquitus libri quoque conſcribi conſueverint, non potuere tamen tantopere multiplicari, prout nunc in millena et amplius exemplaria libri transſcribuntur; adeo ut ſi decem, viginti, pluresve

(*dp*) Huncce locum exhibuit JO. FRIDER. FAUSTUS ASCHAFFENBURGIUS in relatione, *Tom. I. Monum.* WOLFII *p.* 460. ſed qua ex editione, vellem adjeciſſet. Recentiorem ſane aliquot luſtris priori fuiſſe oportet, quum hic citetur locus e libro HIER. OSORII, anno demum 1571. edito. Imo, ſi Melch. Adamus in anno mortis Munſteri, ſcil. 1552. lapſus non eſt, atque ita ipſa princeps editio defuncto iam auctore lucem vidit, crediderim, non ipſius haec eſſe Munſteri verba, aſt editoris, qui ſua *h. l.* ſubſtituit. Quidquid eſt, ſcriptor noſter partim *Chronographum Colonienſem*, partim PALMERIUM Piſanum, partim AVENTINUM ſecutus fuit, vid. ſupr. *N.* 5. 23. et 59. Sed quod memoratu dignum, inter adjutores Gutenbergii in urbe Moguntia numeravit quoque Jo. Meidenbachium, ut fecit etiam Anonymus auctor ineditus, infr. *N.* 93. Uter vero horum alteri dux fuerit, obſcurum eſt, dum de anonymi aetate non conſtat. Si tamen hic Chronicon ſuum non perduxit ulterius, quam ad a. 1514. (ubi poſtremo illud citat SERARIUS) fieri poteſt, ut Munſterianus editor exemplar eius mſ. habens inde hoc mutuaverit. Sed et nihil obſtat, quominus uterque id depromſerit ex antiquiori quodam auctore, vel inedito hucusque vel certe nobis ignoto.

reſve incendio aliisve caſibus depereant, potiſſima tamen parte ſuperſint, et in totum interire nequeant. Singulare igitur Dei munus reputari debet, quod noſtro hoc tempore artificium id inventum ſit, cuius beneficio veterum auctorum numero libri pulvere obſiti et in angulis deliteſcentes in lucem producti fuerint, qui aeternum latuiſſent, uſibusque hominum fuiſſent ſubtracti, niſi per typos eſſent renovati. HIERON. OSORIUS hanc artem dudum in China repertam vult, reperirique tradit libros in iſto regno impreſſos (*dp**).

## NUM. LXXVII.

ALEXIUS VENEGAS DE BUSTO (*dq*) *en ſu Diferencia de libros, que as en el univerſo, typis abſoluto Toleti apud Joannem de Ayala d.* 4. *Januarii* 1546. *Lib. IV. cap.* 20. *fol.* 216.

*La impreſſion de los libros invento en la ciudad de Moguncia Joannes Cutembergus en tiempo del Emperador don Fadrique el tercero, anno D.* 1440. *y dende a.* 19. *años ſe commenço a uſar en Italia.*

Librorum impreſſionem invenit in urbe Moguntia Johannes Cutembergus, tempore Imperatoris Domini Friderici tertii, anno D. 1440. et inde anno 19. in uſu eſſe coepit in Italia.

(*dp**) Locus Oſorii exſtat *Lib. XI.* operis *de rebus geſtis Emmanuelis Regis Luſitaniae*, excuſi primum Ulyſſipone a. 1571. in fol., atque inde inſerti operibus Oſorii, *Tom. I. col.* 1040. edit. Romae 1592. ubi de Chinenſibus ſcribit: *In libris deſcribendis, et rerum memoria propaganda, aeneis formis uti ſolent, quarum uſus adeo antiquus apud illos eſt, ut, qui primus eam artem excogitarit, ignoretur.* At, quum Sinenſes non aeneis formis verum ligneis tabulis hunc in finem utantur, manifeſtum eſt, Oſorium verſatilem impreſſionem cum tabellari confudiſſe, ut fecerant ante eum PAUL. JOVIUS aliique nonnulli, typographiae noſtrae originem a Sinenſibus repetentes, quorum idcirco narratis, manifeſte falſis, inter teſtimonia noſtra locum dare viſum inutile eſt.

(*dq*) De hoc auctore, natu Toletano, vid. NICOL. ANTONIUS *Tom. I. Bibl. Hiſp. nov. p.* 6. Dixeris, corrigere eum voluiſſe POLYD. VERGILIUM, qui a. 1442. artis inventionem, et ſexto decimo poſthac anno, ſcil. a. 1458. eius tranſlationem in Italiam adſcripſerat. vid. ſupr. *N.* 43.

NUM. LXXVIII.

## NUM. LXXVIII.

GULIELMUS INSULANUS, *Menapius, in Statera chalcographiae, edita Baſileae* 1547. *Tom. I. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 1073. (*dq**).

Fatemur quidem neceſſario, munere ipſius chalcographiae factum, ut multis parſum hactenus laboribus fuerit, parcaturque hodie; habendas quoque gratias primo inventori. Civem fuiſſe Moguntinum referunt, ex genere eorum, qui Schoeferi dicuntur; quamvis ad alios origo inventi a quibusdam refertur.

## NUM. LXXIX.

THEODORUS BIBLIANDER *in Commentatione de ratione communi omnium linguarum et literarum, edita Tiguri apud Chriſtophorum Froſch* 1548. *pag.* 80. *ſeq.* (*dr*).

Quamobrem transeuntes a clandeſtinis literis ad manifeſtas, typographiae initia conſideremus, qui ex chirographia mutatione auſpicatiſſima prodiit; ut locum de origine linguarum et literarum, nec non earum mutatione feliciori clauſula terminemus. De qua POLYD. VIRGILIUS Urbinas *Lib. II. de inventoribus re-*

(*dq**) INSULANUS, typographiae eſſentiam in literarum mere fuſilium uſu quaerens, neceſſario Petrum Schoefferum artis inventorem habere debuit, ſicut noſtra aetate FOURNIERIUS quoque fecit; ſed utrumque hac in parte erraſſe obſervavi *Cap. I.* §. 6. not. *as.* Ceterum de hoc auctore, qui a. 1561. obiit, conf. JO. FR. FOPPENS *Biblioth. Belg. p.* 408. *ſeq.*

(*dr*) Ad illuſtrationem huius loci conf. partim *Cap. VII.* §. 13. partim *Cap. I.* §. 4. *et* §. 10. *ſeq.* Natus vero eſt BIBLIANDER in Helvetiâ a. 1500. deceſſit 1564. vid. P. BAYLIUS *in Lexico*, et DAV. CLEMENS *Biblioth. curieuſe Tom. IV. p.* 216.

*rerum* ita ſcribit. (vid. ſupr. *N.* 43.) Caeterum, quia in tempore et loco et inventore nonnihil diſcrepant ſcriptores, optimum fuerit, JAC. WIMPHELINGII *cap.* 65. ex *epitome rerum Germanic.* huc transſcribere, qui mihi videtur eius rei certiſſimus auctor. (vid. *N.* 44.) Quod ergo nonnulli adſcribunt excellentiſſimae rei inventum civi Moguntino, et nonnulli quidem Joanni Fauſto, et ad annum circiter MCCCCLII. prorogant ortum eius, inde accidit, quod primus inventor excogitatam a ſe artem in patria, Moguntiam deſcendens aliis etiam adiunctis, perfectiorem reddidit. Quae quidem paulatim ad eam perfectionem, quam nunc habet, perducta eſt. Nam principio ligneae tabulae inſculpſerunt literas, quae paginam libri complecteretur. Id quia magni ſumtus et laboris fuit, excogitati ſunt typi lignei connexiles, ut filum per foramina ſingulorum inductum verſum unum connecteret. Pluribus autem verſibus deinceps ſerie coniunctis pagina expleta eſt. Tandem excogitarunt ingenioſi artifices imaginem literae in ferrum incidere atque imprimere archetypo aereo, quem vocant matriculam, atque in eo plurimas literas eiusdem formae ex ſtanno fundere. Porro literae omnes in arca patula per loculos digeruntur, e quibus compoſitores formularum literas connectentes paginas implent. Quae concluſae marginibus ferreis praelo ſubiiciuntur, eisque atramentum aut alterius coloris pigmentum vernice temperatum, ut tenacius haereat, pelliceis pilis inducitur. Illisque chartae humectatae literario praelo validius imprimuntur, ut ſcripturam excipiant.

NUM. LXXX.

## NUM. LXXX.

R. JOSEPH HACCOHEN (*ds*) (*qui etiam* R. JOSEPH *fil.* JOSUAE *appellatur*) *in Chronico*, *quod* דברי הימים, *ſeu*, *Verba dierum*, *inſcribitur*, *atque Annales continet Regum Galliae et domus Ottomannicae*, *edit. Venet. apud Cornelium Adelkind a.* 1554. *ad a.* 1428.

אמר יוסף הכהן : נראה כיכבר נמצא הדפוס בימים ההם : ואני ראיתי ספר נדפס בויניציאה בשנת שמונה ועשרים וארבע מאות ואלף :

Dicit Joſeph Haccohen. Videtur iam his temporibus typographia inventa; nam ipſe ego vidi librum, typis excuſum Venetiis, anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo octavo.

(*ds*) Huius teſtimonii primus indicium fecit JOSEPH. SCALIGER in *Confutat. fabulae Burdonum p. m.* 259. Quum vero non ſatis exacte librum deſignaſſet, in eo citando hallucinati ſunt plurimi, quos tandem in viam reduxit tum JO. CHRIST. WOLFIUS *Tom. I. Monum. typogr. p.* 538. tum PROSP. MARCHAND *Hiſt. de l'imprim. Part. II. p.* 66. Bene autem GABR. NAUDAEUS iam vidit in *Addit. a l'hiſtoire de Louis XI. Cap. VII. p.* 109. *edit. Bruxel.* lapſum fuiſſe Rabbinum, quod incidiſſet in librum vitioſa ſubſcriptione a. 1428. laborantem. Imo addere potuiſſet, primum typographum Venetum fuiſſe Joannem de Spira, qui tamen ante annum 1468. vel 1469. nihil excudit. conf. *epiſt.* noſtra *ad* ANDR. DUCARELL not. *ar.* Quam vero abſurdam ex hoc Judaei teſtimonio ad impreſſiones Harlemenſes conſequentiam traxerit SCRIVERIUS, docuimus *Cap. IX.* §. 11.

## NUM. LXXXI.

JOANNIS VAN ZUYREN *reliquiae*, ex opuſculo deperdito, cui tit. *Zurenus junior, ſive de prima, et inaudita hactenus vulgo, et veriore tamen artis typographicae inventione dialogus*, (inter Jo. Zurenum eiusque filium) *nunc primum conſcriptus, et in lucem editus, autore Joanne Zureno, Harlemeo, ad ampliſſimum virum N. N.* aſſervatae a PETR. SCRIVERIO *in Laurea Laurentiana Cap. II.* (*dt*).

*In praefatione primum queritur ac miratur auctor, hanc adeo neceſſariam et inaeſtimabilem artem tam ſero in lucem et hominum notitiam perveniſſe. Porro declarat, ſe hoc argumentum* de ſubtili ingenioſo ſolertique invento non ita multis abhinc annis mortalibus divino conſilio prodito, ac in hanc lucem ac hominum uſum producto *ſuſcepiſſe*, tum ipſius veritatis amore, tum patriae quoque ſtudio. etc.

*Deinde addit:* Quo ego profecto meo ſcripto, etſi id facile contemni poteſt, nihil tamen Maguntinenſi quicquam Reipublicae unquam detractum volo, aut de illius etiam huius inventi gloria diminutum tantillum, cuius ego quoque nomini faveo prae caeteris multum. Fruantur illi certe, idque me nec invito nec reluctante quidem, laude ſua praeclara certe, qua iam annos multos in hominum ſermone ac ſcriptis, nec immerito gaudent. Sit haec ipſis quoque quieta et iuſta longiſſimi temporis praeſcriptione poſſeſſio; qua ipſos turbare profecto nec iuſtum nec etiam humanum (arbitror) foret. Hoc tantum (precor) animo ferant aequo, ut liceat mihi hanc patriae fidemne an pietatem dicam? praeſtare, quae mihi certe huius et lucis et inſtitutionis non-

(*dt*) Vid. quae de hoc libro eiusque auctore diximus *Cap. III. §. 6.*

nonnullae initium extitit primum et cauſa praecipua, ut non ſinam hoc patrimonium laudis, quod adhuc in recenti patrum memoria haeret, a genitoribus ſuis ſibi per manus traditum, aliquando tandem perire, et ex omni hominum memoria extingui delerique, ut perpetuis deinceps tenebris obruatur, cuius ad ſeram poſteritatis famam decebat nos praeſertim memoriam conſervare ſempiternam. Illa quidem civitas, merito praedicanda, olim hanc rem acceptam a nobis prima certe publici iuris fecit, et in hanc lucem altius evexit, et rude admodum informeque inventum in formam tandem redegit elegantiorem, ut quidem tum ferebat aetas. Quo nomine quis non inſigni ſane laude ac merito perpetuo celebrandam ac praedicandam illam quoque profecto iudicet, quae etiam vel inprimis, quanquam non ſit difficile, inventis aliquid addere, tanti tamen beneficii bonitate orbem ſibi devinxit univerſum. Caeterum hoc teneat velim Amplitudo tua N. N. in hac urbe noſtra Harlemenſi prima eſſe iacta opificii huius praeclari fundamenta, rudia fortaſſe, ſed tamen prima. Hic nata et in lucem edita Typographica eſt (quod Maguntinenſium pace dictum velim) ſuisque membris formata, ut ſuccreſcere poſſet; ac diu certe, ut nuper nati infantes ſolent, tractata figurataque ſedulo, multosque hic annos intra privatos tantum parietes ſtetit, qui ſunt modo, quamquam ruinoſi, tamen adhuc ſalvi et incolumes, tanto pridem partu ſuo orbati ac ſpoliati miſere. Hic eſt profecto educata, ſumptuque tenui diu nutríta et alta parcius atque reſtricta nimium, donec tandem tanquam privati laris anguſtias et paupertatem aſpernata, extero cuidam ſe comitem dedit, ſordibusque patriis maiore ſui parte relictis, nacta ampliſſimas opes, ad poſtremum apud Maguntiam ſe publici iuris fecit; ubi brevi adeo tempore in tantam excrevit amplitudinem, ut ea iam propemodum magnitudine laboret ſua. Quae omnia tua Amplitudo, hunc noſtrum cum filio Zureno ſermonem per otium aliquando legens, latius cognoſcet.

*Tan-*

*Tandem poſt folia quaedam interiecta ita ſcribit :* Nam cum res ſit profecto non miraculo ſolum, poſtquam eſt cognita, ſed et utilitate quoque, non tam uſu tamen ſui quam fructu, et ſumma per ſe, et huiusmodi merito etiam praedicanda ſemper; cuius item in amplitudine ac ubertate mirabili, ac omnem ſtylum ſuperante, compendium tantum et in anguſtum quoque, pro tam copioſi fructus magnitudine contracta brevitas extat, varias ſane dabit nec inamoenas nobis multa et narrandi et disputandi occaſiones, cum et de commodis illius multiplicibus, tum incommodis quoque nonnullis intercurrent; quaeque ſunt alia huiusmodi multa non contemnenda profecto; ut nihil dicam quoque de eius inventione prima, quam falſo hactenus totus propemodum orbis unanimi conſenſu Maguntinenſibus aſſcripſit. De quo vel ſolo negotio, fili, ſaepe mecum multa ſoleo tacitus cogitare, ac nonnihil etiam ſubinde haeſitare, muſſitandane ſit haec res inter nos clanculum magis, ne quid quis forte eorum exaudiat, qui hanc huius inventi gloriam Maguntinenſibus eripi, tamque iucunda ac diuturna poſſeſſione turbari, nunquam aequo animo patientur; an potius manifeſtae nobis praeſertim rei veritate ſubnixi, cuius adhuc recens in hominum memoria teſtimonium extat, Patriae etiam hanc pietatem grati praeſtemus, ut ipſam tandem in avitae haereditatis poſſeſſionem opinione noſtra ac animo nunquam quoque deperditam; per reliquam etiam nonnullam orbis partem aliquando tandem reſtituamus, eique hoc tanquam patrimonium laudis ſimul in hominum animis ad poſteritatis memoriam confirmemus; ſecuri, quae nobis inde tandem naſci excitarique poſſit tempeſtas, et fortaſſe etiam bellum nonnullum.

NUM. LXXXII.

## NUM. LXXXII.

THEODORUS VOLCKARDI COORNHERTIUS *in dedicatione praemiſſa verſioni Belgicae Officiorum Ciceronis, edit. Harlem.* 1561. *atque inſcripta Conſulibus, Scabinis, et Senatoribus eiusdem urbis* (*du*).

*My is menichmael in goeder trouwen geſeyt, Eerſame, wijſe ende voorſichtige Heeren, dat de nutte conſte van Boeckprinten alder eerſt alhier binnen Haerlem ghevonden is, hoewel nochtans in een ſeer ruyde maniere, ſoot lichter valt het gevonden te beteren dan nieu te vinden: weclke conſte namaels van een ongetrouwe knecht gevoert zijnde tot Mens alſo ſeere aldaer verbetert is, ende daer door oock die ſtadt overmidts het eerſte verſpreyden, in ſulcken name van d'eerſte vindinge dier conſten gebracht heeft, dat onſe medeburgeren ſo luttel geloofs hebben wanneer ſy deſe eere den rechten vinder toeſchrijven, als dit*

Viri ſpectatiſſimi prudentiſſimique, ſaepe mihi bona fide narratum eſt, utiliſſimam artem typographicam in hac urbe Harlemenſi, etſi modo perquam rudi, inventam eſſe; emendare enim inventa et ad maiorem perfectionis gradum perducere facilius eſt, quam nova invenire. Poſtea hanc artem ſervus quidam perfidus Moguntiam transtulit, ibique illam perfectiorem reddidit, et huic ſimul urbi inventionem huius artis, ſimulatque fama eius rei divulgata eſſet, conciliavit, adeo ut cives noſtri, quando hunc honorem vero inventori adſcribunt, vix apud quemquam fidem inveniant, cum

(*du*) Huius teſtimonii facta a nobis mentio eſt *Cap. III.* §. 7. ubi addi velim, de COORNHERTIO conſuli poſſe ipſius vitam, operibus Belgicis praemiſſam, itemque BAYLII *Lexicon.*

*dit wel door onwederſprekelijcke kenniſſe alhier van velen gelooft ende onder de gemeene oude burgerije ontwijfelijcken geweten wert. Oock en is my niet verborgen dat deſe ſame van Mens door onſer voorouderen roeckeloose onachtſaemheyt ſo diep in elc mans opinie gewortelt is: dat geen bewijs, hoe blijckelijck, hoe claer, ende hoe onſtrafbaer het oock weſen mochte, macht ſoude hebben om deſen verouden wane wt des volcx herten te doen ruymen. Maer want waerheyt te minder geen waerheyt en is, al iſt ſo dat die van weynich volcx geweten wert, ende ick het voorſchreven oock vaſtelick gelove door tgheloofwaerdige getuygeniſſe van ſeer oude ſtatige ende graeuwe hoofden, die my niet alleenlijck tgeſlachte vanden inventoor alhier, maer oock diens name ende toename dickwils ghenoemt, d'eerſte grove maniere van drucken vertelt, ende des alder eerſte printers wooninge metten vingeren eertijts geweſen hebben: en hebbe ick niet connen laten, ſulcx niet als een benijder van eens anders eere, maer als een beminner der waerheyt, tot vorderinge van de wel ver-*

cum tamen res ipſa a multis in noſtra urbe propter notitiam certiſſimam omnino credatur, et a civibus veteranis cunctis extra omnem dubitationis aleam ponatur. Neque me fugit, famam illam de Moguntia ob maiorum noſtrorum incuriam temerariam omnium mentibus tam altis infixam eſſe radicibus, ut nullum argumentum, quamvis evidentiſſimum, certiſſimum et invictiſſimum fuerit, inveteratam illam opinionem ex illorum animis evellere queat. Sed quoniam veritas, etiamſi paucis nota ſit, veritas tamen manet, idcirco ego quoque rem modo narratam certiſſimam eſſe credo, convictus teſtimoniis fide digniſſimis virorum ſenio et auctoritate gravium, qui non ſolum de familia inventoris Harlemenſis, ſed etiam de eius nomine et cognomine me ſaepe certiorem reddiderunt; imo primum impreſſionis modum rudiorem deſcripſerunt, et primi typographi aedes indice digito olim monſtrarunt. Itaque, non invidia honoris alieni, ſed amore veritatis inductus, intermittere haud potui, quin hanc rem ad

*verdiende eere deſer ſteden int corte maer te roeren: welcke behoorlijcke ende rechtvaerdige eergiericheyt ooc oorſake ſchijnt gheweeſt te zijn, dat deſe druckerije alhier (als een ſpruyte wt de wortel van een oude bome) van nieus weder opgecomen ende begonnen is. Want het is dicwils gebuert, dat de burgeren hier af by gevalle onderlingen ſprekende, hun beclaechden, dat anderen deſe eere tonrecht genoten: ende dat noch (ſoo ſy ſeyden) ſonder yemants wederſegghen, overmidts deſe hanteringe van niemandt in deſe ſtede ghepleecht en werdt. Door deſe dagelijcxe clap iſt ghevallen dat mijn medegheſellen ende ick (die oyt eerlijcke oeffeninghe boven ledicheyt beminden) van ſinne zijn gheworden een drukkerije op te ſtellen binnen Haerlem: om de ſtede te eeren, yegelijck nut te zijn, ende profijt buyten yemants ſchade te bejaghen.*

ad gloriam promeritam urbi noſtrae vindicandam paucis attingerem. Haec honeſta et juſta honoris cupido videtur etiam in cauſa fuiſſe, cur typographia in hac urbe ad inſtar ſurculi e radicibus arboris vetuſtae denuo effloruerit atque incepta fuerit. Etenim ſaepe contigit, ut cives noſtri in congreſſum colloquiumque mutuum venientes, quererentur, alios hoc honore immerito frui, atque adhuc a nemine poſt illud tempus (ſic illi ne ullo quidem contradicente loquebantur) hanc artem in noſtra urbe exercitam eſſe. His quotidianis dictis effectum eſt id, ut ego ſociique mei, qui honeſtum laborem otio praeferunt, conſilium de typographia Harlemi conſtituenda in huius urbis honorem, aliorum emolumentum noſtrumque commodum absque ullius hominis damno promovendum, ceperimus.

## NUM. LXXXIII.

HENRICUS PANTALEON *Lib. de viris illuſtribus Germaniae, Part. II. p.* 397. *ſeq. edit. Baſil.* 1565. (*dx*).

Typographiae primi auctores fuerunt Joannes Fauſtus et Ivo Schefferus anno 1440. Illi enim Moguntiae Germanorum exiſtentes, atque divino ingenio valentes de hac re diu cogitarunt, tandem vero litteras formantes compoſuerunt, atque huius artis ſpecimen exhibuerunt. Erat autem ars illa primo abscondita et paucis manifeſtata; literas enim in ſacculis clauſis ſecum in officinas ferebant, ac abeuntes auferebant; donec temporis ſucceſſu ars aucta atque plurimum illuſtrata fuerit. Poſtea ſupervenere Joannes Gutenberger, Joannes Mentel, Joannes Prus, Adolphus Ruſchius, Petrus Schefferus, Martinus Flachus, Huldricus Han, Joannes Frobenius, Adam Petri, Thomas Wolfius et alii huiusmodi itidem Germani, qui hanc artem augentes ad diverſas Germaniae civitates, et tandem etiam ad exteras nationes detulerunt. Conradus etiam Germanus anno circiter 1460. hanc artem primo Romae, atque Sixtus Ruſſinger Argentinus Neapoli docuit, atque quomodo libri imprimi poſſent, oſtendit, donec tandem Aldus in Italia eam plurimis il-

(*dx*) PANTALEON *h. l.* lapſus eſt, et quod Jo. Fauſto inventum adſcripſerit, et multo magis, quod comitem ei adiunxerit Ivonem Schoefferum, loco Petri: Ivo etenim, Petri filius, Fauſtique ex filia nepos, lucem a. 1440. certiſſime nondum adſpexerat, utpote adhuc a. 1548. clarus. vid. MARCHAND *Hiſt. de l'imprim. p.* 50. Adde, quod Nic. Jenſoni typographices exercitium in Gallia tribuat, qui ex eo licet regno oriundus artem tamen nunquam alibi, quam apud Venetos, profeſſus eſt. Duo autem auctor noſter ſingularia habet, alterum nempe de literas abscondendi more, alterum de principum typographorum honore, quae illuſtravimus *Cap. II.* §. 5. et *Cap. VII.* not. *e**. Reliqua magnam partem deſcripſit Pantaleon e WIMPHELINGII *epit. rer. German.* vid. ſupr. *N.* 44. *C.* De auctore, qui natus eſt Baſileae a. 1522. ac deceſſit a. 1595. vid. MELCH. ADAMI in *vit. German. Philoſ. p.* 396. *ſeq.*

illuſtravit. Nicolaus vero Ienſon eam in Gallia exercuit. Erant autem eius artis periti ſuperiori ſeculo in maximo pretio, atque auro et argento ornati, nobilibus ſimiles, quum magno aere hinc inde conducerentur. Noſtro vero tempore, cum librorum maxima copia exiſtat, atque viliſſimus quisque illotis manibus nullaque eruditione inſtructus hanc artem attrectet, factum eſt, ut praeter labores vix quicquam compoſitoribus et impreſſoribus relinquatur, verum omnis quaeſtus penes dominos officinarum exiſtat, praeſertim cum omnium aliarum rerum, praeter librorum, pretium mirum in modum excreverit. Ageſilaus (ut eſt in *Laconicis* PLUTARCHI *Apophthegm.*) in ſiniſtrae manus vola νίκην nomen Victoriae inſcripſit inverſis litteris, et poſtea iecinori victimae impreſſit; ac mox militibus oſtendit, iubens animoſos eſſe, tanquam Diis victoriam praeſignificantibus. Hoc erat tenue quoddam typographiae principium, ſed nemo tunc eam rem intellexit, nec cogitatione perſecutus fuit. *Gott wolt's dazumal nicht geben.*

## NUM. LXXXIV.

LUDOVICUS GUICCIARDINUS *in Deſcrizione di tutti i Paeſi Baſſi, edita Antverpiae typis Gul. Sylvii a.* 1567. *pag.* 180. *in deſcriptione urbis Harlemi* (*dy*).

*In queſta terra, non ſolo per voce publica degli abitatori, e di altri Hollandeſi, ma ancora per alcuni ſcrittori, e per altre memorie, ſi trova, che fu primamente inventata l'arte dello*

In hac urbe, non modo iuxta publicam incolarum, aliorumque Hollandorum vocem, ſed et ſcriptores quosdam, aliaque monumenta, inventa primum ars fuit imprimendi, et

(*dy*) Jung. *Orig. Cap. III.* §. 8.

*lo imprimere, e ſtampare lettere, e caratteri in foglio al modo d'oggi: impero venendo l'autore a morte innanzi, che l'arte foſſe in perfezione, e conſiderazione, il ſervidore ſuo, ſecondo dicono, ando a dimorare a Maganza, ove dando lume di quella ſcienza, fu raccolto allegramente, e quivi dato opera con ogni diligenzia a tanto negozio, ne vennero all' intera notizia, e total perfezione; onde e poi volata, e inveterata la fama, che di quella citta ſia uſcita l'arte e la ſcienza della ſtampa. Quel che ne ſia alla verita, non poſſo, ne voglio giudicare, baſtandomi d'averne tocco un motto, per non progiudicare a queſta terra e regione.*

et literas characteresque in chartam transferendi, hodie recepta. Verum auctore ante perfectam evulgatamque artem defuncto, huius famulus, ut narrant, Maguntiam abiit, ubi eandem in lucem prodens perbenigne fuit exceptus. Illic autem data porro arti eſt opera tanta cum diligentia atque induſtria, ut ad integram eius cognitionem plenamque perfectionem ventum fuerit; unde divulgata poſthac tandemque inveterata eſt fama, natam ea in urbe artem ſcientiamque impreſſoriam. Quid hac in parte vero ſit conſentaneum, iudicare nec poſſum nec volo, ſufficere arbitratus, aliquid ea de re commemoraſſe, ne iſti urbi regionique gravis ſim.

NUM. LXXXV.

## NUM. LXXXV.

DANIEL SPECKLINUS, *in Chronico Argentoratenſi mſ.* (*dz*) *cuius excerptum aſſervavit* JO. SCHILTERUS *in Notis ad* JAC. KONIGSHOVII *Chronicon Alſatiae pag.* 442.

*Anno* 1440. *damahlen ward die herrliche kunſt, die Buchdruckerey, zu Straſsburg erfunden, durch Johann Mentele, am Fronhoff zum Thier-garten. Sein ſchwager Peter Scheffer, und Martin Flach verlegten ſolches, aber ſein diener, Johann Genſsfleiſch, als er ihme die kunſt hatte gnugſam abgeſtohlen, flohe er in ſein heimath gen Maintz, da hat er ſolches durch den Guthenberger, welcher reich was, alles beſſer in ordnung bracht, über deſſen untreu bekümmert ſich der Mentele ſo hart, daſs er ſtarbe vor leyd; ward zu ehren der kunſt*

Anno 1440. eximia ars impreſſoria Argentorati reperta eſt per Joannem Mentelium, habitantem in foro *Fronhof* in aedibus *Thiergarten.* Gener eius Petrus Scheffer et Martinus Flach eam deinde magis extenderunt. Verum famulus Mentelii Johannes Gensfleiſch, poſtquam ei artem ſubfuratus eſſet, clanculum Moguntiam aufugit, ibique typographiam auxilio Guttenbergii, hominis locupletis, ad maiorem perfectionem evexit. Hanc perfidiam tantopere ad animum revocavit Mentelius, ut prae moerore deceſſerit. Sepultus fuit,

(*dz*) SPECKLINUS, a. 1536. natus, architectonicae rei apud Argentinenſes praefectus fuit, ac deceſſit a. 1589. ut notatum eſt in limine ipſius *Architecturae von veſtungen*, editae tum ſaepius, tum noviſſime Dresdae a. 1712. Quae ad huius loci illuſtrationem pertinent, *Cap. IV.* §. 13. et *Cap. VIII.* plena manu tractavimus. Ceterum etiam ſequentia verba ex hoc Chronico profert ADAM SCHRAGIUS *Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 29. *So war die preſs auch hultzin, und wie ein trott, damit man allerhand ſaft auſtrottet, formirt* etc. id eſt: *Prelum quoque e ligno erat, et inſtar torcularis, quo varios liquores exprimere ſolemus, formatum.* add. *Cap. I.* §. 4. not. *ad.*

*kunſt ins Münſter begraben, und eine truckerpreſs auff ſein grabſtein gehauen; hernach ſtrieffe Gott ſeinen diener den Genſsfleiſch auch, daſs er biſs an ſein end iſt blind worden; ich habe die erſte preſs, auch die buchſtaben geſehen, waren von holtz geſchnitten, auch gantze wörter und ſyllaben, hatten löchle, und faſst man an ein ſchnur nacheinander mit einer nadel, zoge ſie darnach den zeilen in die länge; es iſt ſchad, daſs man ſolches werck, welches das allererſte in aller welt geweſen iſt, hat laſſen verlohren werden.*

fuit, in honorem artis, in Monaſterio (ſive eccleſia cathedrali) eiusque tumulo prelum impreſſorium inſculptum eſt. Poſtmodum Deus famulum eius Gensfleiſchium quoque punivit, et lumine utroque per reliquum vitae tempus privavit. Contemplatus ipſe ſum primum prelum, itemque typos, qui e ligno ſculpti erant, pluresque et ſyllabas et vocabula ſibi cohaerentia habebant, et perforati erant, qui ope acus filo iungebantur, atque ita in lineam conſtringebantur. Dolendum vero eiusmodi opus, quod omnium primum exſtitit, interiiſſe.

## NUM. LXXXVI.

ANONYMUS *auctor in Chronico Argentoratenſi mſ.* (*ea*) *cuius excerptum aſſervarunt* ADAMUS SCHRAGIUS *in Diſcours von erfindung der buchdruckerey, Cap. VI. et* JO. SCHILTERUS *dict. loc. pag.* 444. *ſeq.*

A*nno* 1440. *als zum drittenmahl von der Küffer-Zunft zum Ammeiſter erwehlet worden Herr*

Cum a. 1440. e tribu vietorum tertium praetor electus eſſet Dominus Nicolaus Schan-

(*ea*) *Chronicon* hoc in publicis Argentorati ſcriniis aſſervatum, SPECKLINI temporibus ſcriptum ait ill. SCHÖPFLINUS *Vindic. Cap. V.* §. 6. quanquam WILH. ERN. TENTZE-

*Herr Claus Schanlitt, und Stättmeiſter geweſen ſeind Walther Spiegel, Burckhard von Müllenheim, Cuno zum Treubel, Hans Balthaſar von Endingen, iſt die herrliche und ſehr nützliche kunſt der buchtruckerey erſtlichen offenbar, und zwar alhie zu Strasburg an tag gebracht, und erfunden worden durch Joann Mentelin, welcher am Fronhoff zum Thiergarten wohnete, der hatte einen diener, mit namen Hans Genſsfleiſch, von Meyntz bürtig, dieſem vertrauete er ſeine neue invention, weil er ihn ſehr anſchlägig und ſcharfſſinnig bevand, verhoffend, durch ihn noch weiters zu kommen. Er wurde aber von ihme ſchändlich betrogen, dann dieſer jetztgemeldte Genſsfleiſch mit Johann Guttemberg kundſchafft machte, ſo ein anſehnlicher reicher mann war, und auch etwas wiſſenſchafft um des Mentelins kunſt hatte; dem offenbahrte er alle heimlich-*

Schanlitt, et conſulatu fungerentur Waltherus Spiegel, Burchardus a Mullenheim, Cuno zum Treubel, Joannes Balthaſar ab Endingen, eximia illa atque utiliſſima ars typographica primum detecta eſt, et quidem hic Argentorati in lucem edita atque inventa per Joannem Mentelin, qui in foro *Fronhoff* inque aedibus, *Thiergarten* dictis, habitabat. Ei famulus erat, dictus Joannes Gensfleiſch, Moguntiae natus, cui novum ſuum inventum confidit, quandoquidem ipſum valde induſtrium ſubtilemque ingenio noverat, ſperans fore, ut illius auxilio artem magis etiam excoleret. Verum turpiter ab eo deceptus fuit, quandoquidem Gensfleiſchius iſte cum Joanne Gutembergio familiaritatem contraxit, qui inſignis locuplesque homo erat, iamque aliquid de arte Mentelii ſubodoratus fuerat. Huic ergo omne arcanum detexit, quumque magnas ex hac

TZELIUS in *Diſſ. de typogr. invent. Tom. II.* WOLFII *p.* 678. e ſtylo coniecerit, id *Chronico* Specklini aliquantulum recentius eſſe Uterque locus quum eiusdem argumenti ſit, lectorem ad *Origines* noſtras *loc. cit.* remittimus.

*lichkeit, und weil ſie in hoffnung ſtunden, mit dieſer kunſt groſs gelt und gut zu erwerben, und aber allhie in Straſsburg vor dem Mentelin die ſach nicht wohl würden können ins werck richten, ſchlugen ſie an, ſich von dannen gen Mentz zu begeben, als dann auch geſchehen......... Aber Gott, der keine untreu ungeſtrafft läſt hingehen, ſtrieff endlich den Genſsfleiſch alſo, daſs er ſeines geſichts beraubt und blind wurde.*

hac re ſibi opes promitterent, neque auderent Argentorati opus exſequi Mentelio praeſente, Moguntiam ſeſe transferre conſtituerunt; ut factum quoque ab ipſis eſt......... Verum Deus, qui perfidiam inultam haud patitur, Gensfleiſchium tandem uſque adeo punivit, ut lumine privatus coecusque evaſerit.

## NUM. LXXXVII.

NATALIS COMES *in Hiſtoria univerſa ſui temporis Lib. XXIV. pag.* 521. *edit. Venetae apud Damianum Zenarum* 1581. (*eb*).

Memorabilis eſſe poteſt haec urbs (*Harlemum*) ob divinum prope inventum imprimendorum librorum: quod fuit Joannis Gutenbergii primum excogitatum anno ſalutis noſtrae 1453. qui cum rudem quandam rationem prius inveniſſet, uti ſunt res prope omnes recens ortae, habuit famulum ſatis callidum et artis domini obſervantem. Famulus, mortuo Joanne, ubi Moguntiacum adiiſſet, artem ad meliorem rationem perduxit: atque inde didita eſt fama, quod eius urbis fuit inventum.

---

(*eb*) Auctor, LUDOV. GUICCIARDINUM ſecutus, in iis, quae de ſuo adiecit circa auctorem epochamque inventionis, miſere lapſus eſt. vid. quae ſcripſimus *Cap. III.* §. 10. et *Cap. VI.* §. 4.

NUM. LXXXVIII.

## NUM. LXXXVIII.

HENRICI SCHORI (*ec*) *relatio de typographiae inventione, quam ſervavit* JO. WALCHIUS *in Decade fabularum, edita Argentorati typis Lazari Zetzneri* 1609. *p.* 180.

PORRO HENRICUS SCHORUS Belga, Praepoſitus Surburgenſis, vir cum rerum plurimarum expertus, tum fide digniſſimus, ante plures annos Argentinae in aedibus Michaëlis Theureri, eadem de re ſermones mecum conferens, me edocuit, qui itidem a conterraneis ſuis, teſtibus omni exceptione maioribus, accepiſſe ſe confirmavit, non ſolum haec ſcilicet, quae iam recitata ſunt (*ex* HADR. JUNII *Batavia*), vera eſſe, ſed amplius addidit, quod ex cuprearum laminarum inciſione, quod artificium ſatis iuſto tempore chalcographiam praeceſſerit, tandem etiam literarum imprimendarum et characterum vulgatus hic modus prodierit.

„ In humanioribus namque confabulationibus ratiocinati ſunt „ aliquando patricii quidam Harlemenſes, cum una in prandio „ eſſent, poſteaquam tam elegantem typum per laminam inciſam „ aeneam, vulgo *kupfferſtich* dictam, et quodvis elegantiſſimum „ figmentum chartae committere atque imprimere liceat: Quid „ prohibere aut obſtare poſſit, quo minus et ipſae literae, et „ ſcripturae ſeries, ac tota aliqua periodus, ac proinde conti- „ nuus orationis alicuius tenor ac contextus, eadem plane ra- „ tione, ex aere in chartam transferri, ac plura folia una ma- „ trice, multiplicique unius typi ſeu formae repetitione brevi „ com-

(*ec*) De hoc SCHORO non multum conſtat, niſi quod varios Argentorati libros ediderit ab a. 1574. ad 1588. vid. PROSP. MARCHAND *Diction. hiſtor. Tom II. p.* 192. *ſeq.* Ceterum iſti relationi non multum tribuendum obſervavi *Cap. IV.* §. 3.

„ complura atque infinita exemplaria impetrari atque ita una et
„ continua opera plures libri imprimi poſſent? Hos mercatorum
„ ſermones cum famulus aut ſervus, qui a poculis ſtabat, inge-
„ nioſior atque rebus intentior audiviſſet, non abs ratione haec
„ dicta credens, animi ardore quodam accenſus, mercatorum
„ verbis rem conferre occipit, et quod illi ingenioſe meditati e-
„ rant, hic artificioſe effectui dare nihil dubitat. Hicne Lau-
„ rentius ille fuerit, aut alius quidam, Laurentium ea de re
„ qui admonuerit atque inſtruxerit: et an ex tempore, aut poſt
„ aliquot annorum intervallum haec tractari coeperint, aut quem-
„ admodum res haec omnino geſta ſit, nobis poſt duo fere
„ ſecula in mortalium conſortio conſtitutis, ac temporum ſerie
„ longiore diſſitis, divinare ſaltem, nec, qua vellemus, certitu-
„ dine et conſtantia aliquid de his aſſeverare licet, niſi quod,
„ quibus iure fidem habemus, ex ore praedeceſſorum ac teſtium
„ veracium, haec nos accepiſſe dicimus.

# CLASSIS TERTIA.

## *Teſtimonia de inventione typographiae, quibus certum aſſignari tempus haud potuit.*

### NUM. LXXXIX.

*Joannis Gensfleiſchii* ( ſenioris ) *epitaphium*, *auctore* ADAMO GELTHUS, *quod legitur ad calcem Memoriae* MARSILII AB INGHEN, *edit. Heidelb.* 1499. (*ed*).

D. O. M. S.

JOANNI GENSZFLEISCH, ARTIS IMPRESSORIE REPERTORI, DE OMNI NATIONE ET LINGUA OPTIME MERITO IN NOMINIS SUI MEMORIAM IMMORTALEM ADAM GELTHUS POSUIT. Oſſa eius in eccleſia D. Franciſci Moguntina feliciter cubant.

NUM. XC.

(*ed*) Epitaphium hocce ſeniorem Gensfleiſchium, non Gutenbergium, reſpicere iam conſtat ex iis, quae *Cap. VII.* §. 9. docui. Probabile vero eſt, mortuo Gensfleiſchio ſtatim id huius ſepulchro in templo Franciſcanorum inſculptum fuiſſe; quod indicare ſine dubio inſcriptionis editor voluit adiectis verbis: *Oſſa eius* etc. Quando vero deceſſerit Gensfleiſchius ſenior, nusquam me legere memini. Dicam tamen, quid in mentem venerit. CROMBERGERUS in *relatione N.* 63. appoſita, ſcribit tempore captae Moguntiae, die S. Simonis et Judae (28. Octob.) 1462. occiſum fuiſſe inventorem typographiae Fauſtum. At WOLFG. KRUGER in *Catalogo von Keyſern, Konigen, und andere beruhmte perſonen, edit. Erfurt.* 1627. *p.* 159. tradit, menſe Novemb. 1462. deceſſiſſe inventorem typographiae Gutenbergium. De Fauſto quidem ac Gutenbergio id falſum eſt, qui aliquot adhuc annis ſupervixere. Sed quum tempus ab utroque ſcriptore indicatum fere conveniat, vix credo, fabulam e nihilo natam. Uterque ex vero audire, vel legere alicubi potuit, expugnationem Moguntiae peperiſſe inventori chalcographiae necem; peccare autem in applicatione, quod ille Fauſtum, hic Gutenbergium pro repertore haberet. Quid ſi ergo ſtatuam, fatale hoc fuiſſe tempus Jo. Gensfleiſchii, ſenioris, eumque (ut concilietur aliquot dierum diſcrimen) die captae Moguntiae letalia vulnera accepiſſe, ex quibus initio menſis Novemb. deceſſerit? Id ſane credam, donec certiora me quis docuerit.

## NUM. XC.

*Carmen*, LAURENTIO VALLAE *vulgo tributum*, *de inventa apud Germanos typographia* (*ee*).

Abſtulerat Latio multos Germania libros,
Nunc multo plures reddidit ingenio.
Et quod vix toto quisquam perſcriberet anno,
Munere Germano conficit una dies.

---

Inclaruit vero eo tempore Adam Gelthus *Zu der jungen abend*, qui a. 1457. Margaretam von Furſtenberg uxorem duxerat, deinceps Altavillae commoratus eſt, filiumque habuit ſibi cognominem, Altariſtam S. Quentini in Picardia, docente HUMBRAECHTO *Stammtafeln der Rheiniſche Ritterſchafft Tab.* 46. Ceterum ſuperfuit hocce epitaphium adhuc a. 1640. teſte AD. SCHRAGIO *de invent. typogr. cap.* 6. *Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 33. at fruſtra hodie in veteri Franciſcanorum templo, quod inde ab anno 1577. ad Societatem Jeſu transiit, quaeſitum eſt, indice KÖHLERO *Ehrenr. Gutenb. p.* 103. *ſeq.* Proinde ſublatum fuiſſe oportet, quod commune habuit cum aliis vetuſtis monumentis ſepulcralibus, ea procul dubio de cauſa amotis, ut novis locum facerent, monente GUDENO *Cod. diplom. Tom. III. p.* 974. *ſeq.*

(*ee*) Hos verſus LAUR. VALLAE *Operibus* ex edit. Baſil. 1544. praefixos eiusque nomine inſignitos videre eſt; imo, ſi fides JO. CHR. SEIZIO *derde jubeljaer der drukkonſt p.* 33., iam reperiuntur illi in editione *Elegantiarum linguae Latinae* Senenſi a. 1487. Difficile tamen eſt, ut credam, eos ab ipſo Valla profectos, imo hunc auctorem habuiſſe quandam nobiliſſimae artis cognitionem, quum illa, licet brevi poſt annum 1455. in Germania divulgari coepta, ſerius tamen ad exterorum pervenerit notitiam, primusque liber in Italia typis editus fuerit LACTANTIUS, in monaſterio Sublacenſi abſolutus die antepenultima menſis Octobris 1465. quo tempore ad plures iam abierat Valla, defunctus Romae Kal. Auguſtis eiusdem anni, ut conſtat ex eius epitaphio apud GEORG. FABRICIUM in *Romae deſcript.* Suſpicor itaque, hoc carmen potius alii cuidam Italo deberi, qui ſeculo XV. iam vergente floruit.

## NUM. XCI.

PETRUS GUNTHERUS, *ludi literarii Oppenheimenſis Magiſter, in carmine, quod praemiſſum Dialogo apologetico fratris* WIGANDI WIRT *contra Weſalianicam perfidiam, edit. Oppenheimii absque anni indicio (ef).*

Martia Romanis Germania clara triumphis
  Bello, armis, animo, nobilitate potens.
Cui favet ingenio Pallas, cui pectora Mavors
  Fortia victrici dexteritate dedit.
Quodque acri paſſim ſtudio ſibi vendicat orbis,
  Hoc ſe Germanus gaudet habere ſimul,
Nec prius inventas aliis hic excolit artes
  Ingenio vafro ſollicitaque manu.
Et nova Dedaleo concinnat acumine mentis,
  Miraturque ſuum ſaepius auctor opus.
Primus hic aere notas plumboque incudere chartis
  Inſtituit, calamo non agitante manum.
Primus hic inciſis componere rite metallum
  Literulis docuit, compoſitumque premit.
Hic ubi conſueſcunt vigilatum ferre laborem
  Chalcographi inſtantes, turba operoſa nimis,
Hic partita ſimul ſua quisque negocia tractat,
  Is componit, at hic corrigit, ille premit.

Nec

(*ef*) Probabile eſt, hunc *Dialogum* circa vel ante a. 1500. lucem adſpexiſſe, quandoquidem alter WIRTII *dialogus apologeticus adverſus* TRITHEMIUM *de conceptione B. Mariae Virginis* iam a. 1494. Oppenhemii prodiit. vid. JAC. QUETIF et ECHARD in *Scriptor. ordin. Praedicator. Tom. II. p.* 13. Quin imo tempus editionis multo magis retrotrahit PROSP. MARCHAND in *Diction. hiſtor. Tom. II. p.* 311. quod Joannes ille de Weſel, a Wirtio traductus, iam a. 1479. condemnatus fuerit, ut haereticus.

Nec mora, nulla quies, nulla eſt ceſſatio; fervet
Semper continuae ſedulitatis opus.
Intendunt nervos, irritanturque viciſſim,
Inque vicem ſtimulant alter in alterius,
Atque operas inter quamvis magis illa fatigat,
Quae cupiat mendis emaculare libros:
Attamen illa ſua (quodcunque eſt) fallitur arte,
Et ſtudio proprio raro nitere poteſt.

## NUM. XCII.

ANONYMI *relatio de advecta Harlemo ad Oxonienſes arte typographica, quam e mſ. Bibliothecae Lambethanae edidit* RICHARDUS ATKYNS *in Diſſertatione inſcripta: The original and growth of printing. Lond.* 1664. (*eg*).

A *book came into my hands printed at Oxon anno Dom.* 1468. *which was three years before any of the recited authors would allow it to be in England. And the ſame moſt worthy Perſon, who truſted me with the aforeſaid book, did alſo preſent me wit the copy of a Record and Manuſcript in Lambeth-Houſe, heretofore in his cuſtody, belonging to the See, and not*

In manus meas incidit liber, excuſus Oxoniae anno Dom. 1468. id eſt triennio, priusquam aliquis ex laudatis auctoribus agnovit, artem in Anglia introductam. Idemque vir digniſſimus, qui praedictum mihi librum concredidit, dono etiam mihi dedit apographum documenti et manuſcripti in aedibus Lambethanis repoſiti, quondam in eius cuſtodia, quod

(*eg*) Ad inſignis huius loci illuſtrationem confer, quae ſcripſimus *Cap. III.* §. 5. *Cap. IV.* §. 13. *Cap. VI.* §. 5. *Cap. VII.* §. 9. *Cap. VIII.* §. 8. et in *epiſtola ad* DUCARELLIUM *reſponſoria.*

*not to any particular Archbiſhop of Canterbury; the ſubſtance whereof was this, (though I hope for publique ſatisfaction, the Record it ſelf, in it 's due time, will appear).*

„ *Thomas Bourchier, Arch-*
„ *biſhop of Canterbury, moved*
„ *the then King (Henr. the*
„ *6th.) to uſe all poſſible means*
„ *for procuring a Printing-*
„ *mold (for ſo 't was there*
„ *call'd) to be brought into*
„ *this Kingdom. The King (a*
„ *good man, and much given*
„ *to works of this nature)*
„ *readily hearkned to the mo-*
„ *tion; and taking private ad-*
„ *vice, how to effect his deſign,*
„ *concluded id could not be*
„ *brought about without great*
„ *ſecrecy, and a conſiderable ſum*
„ *of mony given to ſuch perſon*
„ *or perſons, as would draw*
„ *off ſome of the work-men from*
„ *Harlem in Holland, where*
„ *John Cuthenberg had newly*
„ *invented it, and was him-*
„ *ſelf perſonally at work. 'Twas*
„ *reſolved, that leſs than one*
*thou-*

quod ad ipſam ſedem Archiepiſcopalem Cantuarienſem, non autem ad privatam alicuius Archiepiſcopi bibliothecam pertinet, cuiusque ſummam adſcribam, tametſi bono publico ſperem, ipſum monumentum opportuno tempore publicatum iri.

Thomas Bourchier, Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſuaſerat Regi Henrico VI., ut omnem operam navaret ad introducendam formam impreſſoriam (ſic enim tum vocabatur) in eius regnum. Rex ipſe (vir bonae indolis, multumque favens operibus huius generis) confeſtim huic propoſitioni aſſenſum praebuit, et poſt imploratum nonnullorum conſilium, qua ratione haec res effectui daretur, id fieri non poſſe ſenſit, niſi ſecretum religioſe aſſervando, neque ſine magna pecuniae ſumma illi porrigenda, qui operarium quendam ſeduceret Harlemo apud Hollandos, ubi Joannes Cuthenberg nuper artem invenerat, iamque ipſe exercebat. Viſum ergo fuit, minimum mille argenti marcis in hunc finem opus

,, *thouſand Marks would not* ,, *produce the deſir'd effect;* ,, *towards which ſum the ſaid* ,, *Archbishop preſented the King* ,, *three hundred Marks. The* ,, *money being now prepared,* ,, *the management of the deſign* ,, *was committet to Mr. Robert* ,, *Turnour, who then was of* ,, *the roabs to the King, and a* ,, *perſon moſt in favour with* ,, *him of any of his condi-* ,, *tion. Mr. Turnour took to* ,, *his aſſiſtance Mr. Caxton, a* ,, *citizen of good abilities, who* ,, *trading much into Holland* ,, *might be a creditable preten-* ,, *ce, as well for his going, as* ,, *ſtay in the Low-countries.* ,, *Mr. Turnour was in disguiſe,* ,, *(his beard and hair ſhaven* ,, *quite off) but Mr. Caxton* ,, *appear'd known and publique.* ,, *They having received the ſaid* ,, *ſum of one thouſand Marks,* ,, *went firſt to Amſterdam,* ,, *then to Leyden, not daring* ,, *to enter Harlem it ſelf; for* ,, *the town was very jealous* ,, *having impriſoned and appre-* ,, *hended divers perſons, who* ,, *came from other parts for* ,, *the ſame purpoſe. They ſtaid,* ,, *till*

opus eſſe, ad quas ipſe Archiepiscopus Regi obtulit trecentas. Parata ad hoc pecunia, totius rei exſecutio demandata fuit Roberto Turnour, qui Regi tunc a re veſtiaria erat, tantoque apud eum in favore, quanto quisquam inter ſui ordinis homines. Turnourus ſocium ſibi adſcivit Caxtonum, civem naturae dotibus praeditum, cui grande commercium, quod cum Hollandis exercebat, optimo eſſe poterat praetextui ſui in Belgium itineris ibidemque commorationis. Turnourus illuc perſonatus advenit, barba quippe crinibusque miſſis, verum Caxtonus aperte publiceque apparuit. Poſtquam igitur praedictam ſummam mille marcarum recepiſſent, primo Amſtelodamum tetenderunt, indeque Leidam, non auſi Harlemum ingredi, quoniam haec urbs maximopere artis ſuae aemula erat, iamque varios incluſerat carceri, qui eundem in finem ex aliis oris advenerant. Tantum itaque temporis in hanc rem transegerunt, donec integram mille marcarum ſummam donis atque expen-

„ *till they had ſpent the whole „ one thouſand Marks in gifts „ and expences: ſo as the King „ was fain to ſend five hundred „ Marks more, Mr. Turnour ha- „ ving written to the King, that „ he had almoſt done his work; „ a bargain (as he ſaid) being „ ſtruck betwixt him and two „ Hollanders, for bringing off „ one of the workmen, who „ ſhould ſufficiently diſcover and „ teach this new Art. At laſt, „ with much ado, they got off „ one of the under-workmen, „ woſe name was Frederick Cor- „ ſells (or rather Corſellis) who „ late one night ſtole from his „ fellows in diſguiſe into a veſ- „ ſel prepared before for that „ purpoſe; and ſo the wind, fa- „ vouring the deſign, brought „ him ſafe to London. 'T was „ not thought ſo prudent to ſet „ him on work at London: but „ by the Archbishop's meanes „ (who had been Vice-Chancel- „ lor and afterwards Chancel- „ lor of the Univerſity of Oxon) „ Corſellis was carried with a „ guard to Oxon; which guard „ conſtantly watch'd to prevent „ Corſellis from any poſſible eſca- „ pe,*

expenſis conſumſiſſent; ut adeo Rex neceſſe habuerit, denuo quingentas marcas transmittere, quum Turnourus Regi ſcripſiſſet, negotium fere peractum eſſe, contractumque cum duobus Batavis a ſe initum, ut aliquem ex operariis ſibi miniſtrarent, qui abunde detegere ac docere novam artem poſſet. Tandem non ſine magno labore nacti ſunt unum ex officinae miniſtris, cui nomen erat Friderici Corſells (vel potius Corſellis), qui nocte ſociis ſuis ſe ſubduxit; mutatoque habitu navem conſcendit, quae hunc in finem parata erat, ac favente aura eum ſoſpitem Londinum transvexit. At quandoquidem conſultum haud videbatur, ut Londini artem exerceret, hortante Archiepiſcopo, (qui olim Vicecancellarius et poſthac Cancellarius univerſitatis Oxonienſis fuerat) Corſellis Oxoniam conductus fuit per cuſtodiam, eum in finem adhibitam, ne forte aufugeret, donec promiſſis artem impreſſoriam doecndi ſtetiſſet.



Sic

„ *pe, till he had made good his*
„ *promiſe in teaching how to*
„ *print.*

„ *So that at Oxford Printing*
„ *was firſt ſet up in England,*
„ *which was before there was*
„ *any printing-Preſſ or Printer*
„ *in France, Spain, Italy, or*
„ *Germany (except the city of*
„ *Mentz) which claimes ſenio-*
„ *rity, as to printing, even of*
„ *Harlem it ſelf, calling her*
„ *city* urbem Moguntinam ar-
„ tis typographicae inventri-
„ cem primam, *though 't is*
„ *known to be otherwiſe, that*
„ *city gaining that Art by the*
„ *brother of one of the workmen*
„ *of Harlem, who had learnt*
„ *it at home of his brother, and*
„ *after ſet up for himſelf at*
„ *Mentz.*

„ *This preſs at Oxon was at*
„ *leaſt ten years, before there*
„ *was any printing in Europe,*
„ *except at Harlem, and Mentz,*
„ *where alſo it was but new*
„ *born.*

Sic igitur Oxoniae primum incoepit typographia in Anglia, et quidem antequam ulla impreſſio, prelum, vel typographus in Gallia, Hiſpania, Italia vel Germania exſtitiſſet, ſola excepta urbe Moguntia, quae ſuam impreſſionem primigeniam iactat, etiam ante Harlemum, dum clamat *urbem Moguntinam artis typographicae inventricem primam;* tametſi conſtet, aliter ſeſe hanc rem habere, eamque civitatem artem accepiſſe per fratrem unius ex Harlemenſibus operariis, qui domi a fratre eam didicerat, poſteaque ipſe Moguntiae officinam erexit.

Oxonienſe hoc prelum minimum decennio coepit ante ullum aliud in Europa, ſi excipias Harlemum, ac Moguntiam, ubi ars tum temporis fere nata erat.

NUM. XCIII.

## NUM. XCIII.

ANONYMUS *ſcriptor Moguntinus, in opere inedito, quod citavit* NICOL. SERARIUS *Rerum Moguntiac. Lib. I. Cap. XXXVIII.* (*eh*).

Hoc autem urbis noſtrae Moguntiaci triumphale perpetuae laudis eſt praeconium, quod hanc ingenioſam characterizandi artem non ſolers Italorum indago, non celebris Graecorum ſapientia, non multiformis Gallorum ſcientia, neque callidum Barbarorum repperit ingenium; ſed induſtrioſi nobilis urbis Moguntiaci cives, ſcilicet Joannes Gudenberg, qui cum omnem ſubſtantiam ſuam propter artis difficultatem fere profudiſſet, tandem auxilio Joannis Fuſth, Joannis Medinbach, et aliorum concivium, adiutus, rem perfecit. Poſt quem Gudenberg, qui morabatur *zum Jungen*, qui usque nunc eius artis nomine nuncupatur, Petrus Opilionis, id eſt Schoeffer, eius gener, artis impreſſoriae dilatator extitit. Qui etiam ſuo tempore multa impreſſit opera. Eccleſiae Dei quanta provenerit utilitas, quis ſufficienter eloqui valebit? dum multi codices obſoleti, pulverulentis olim recluſi bibliothecis, nunc impreſſi palam modico feruntur precio venales.

---

(*eh*) Quum hoc mſ. ad a. 1514. adhuc citet SERARIUS *Lib. V. p.* 822. *edit. noviſſ.*, ſequitur, recentius illud eſſe *Chronico Sponheimenſi* TRITHEMII, ſupr. *N.* 30. quod magnam partem hic deſcripſit Anonymus, niſi quod inter adiutores Gutenbergii praeterea Jo. Meidenbachium numeret; (ut fecit quoque editor Munſterianus, ſupr. *N.* 76.) corrigendus praeterea, quod Schoefferum *Gutenbergii* generum ſcribat, loco *Fauſti*, deceptus male a ſe intellectis verbis eiusdem Trithemii in *Annal. Hirſaug. ſupr. p.* 104. *in princ.*

## NUM. XCIV.

*Auctor Chronici Norimbergenſis mſ. (cuius hoc excerptum ſervavit* JO. FRID. FAUSTUS AB ASCHAFFENBURG *in Diſcurs vom urſprung der truckerey, Tom. I. Monum. typogr.* WOLFII *p.* 465.) *ad a.* 1450.

Hoc anno nobilis ars typographica Moguntiae a Joh. Guttenbergero primum inventa eſt, et poſt aliquanto ad Norimbergenſes devenit.

## NUM. XCV.

MARIANGELI ACCURSII *teſtimonium de Donato, in Hollandia olim impreſſo, quod ſervavit* ANGEL. ROCHA *in Append. ad Bibliothecam Vaticanam, edit. Romae* 1591. *p.* 410. (*ei*).

Sed in tot ſcriptorum controverſia apponere libet, quod manu MARIANGELI ACCURSII exaratum in prima DONATI Grammatici pagina inveni. ALDUS enim iunior, vir quidem eruditus, et in antiquorum monumentis indagandis accuratiſſimus, oſtendit mihi librum Donati ex membranis confectum, et impreſſum, in cuius priori pagina haec ſcripta leguntur:

„ Joannes Fauſt, civis Moguntinus, avus maternus Joannis „ Schoeffer, primus excogitavit imprimendi artem typis aereis, „ quos deinde plumbeos invenit; multaque ad artem poliendam „ addidit eius filius Petrus Schoeffer. Impreſſus autem eſt hic „ *Do-*

(*ei*) Ad huius loci illuſtrationem conf. *Cap. III.* §. 5. et quae ad PROSP. MARCHANTII obiectiones regeſſit SEIZIUS *Derde jubeljaer p.* 77. *ſeq.* De MARIANGELO autem ACCURSIO, huius teſtimonii auctore, conferri praeter NICOLAUM TOPPI, quem *Cap. III.* not. *o.* citavi, poteſt etiam P. BAYLIUS in Lexico.

„ *Donatus* et *Confeſſionalia* primum omnium anno 1450. Admonitus certe fuit ex *Donato*, Hollandiae prius impreſſo in tabula inciſa ".

Haec ibi, ubi etiam a latere eadem manu ſcripta leguntur: „ Haec ſcripſit Mariangelus Accurſius ".

Hic liber eſt *Grammatica* DONATI; non parum autem, quantum ad ordinem pertinet, ab ea diſtans, qua in Italia uti ſolemus; immo principium eſt adſimile *Grammaticae inſtitutioni* GUARINI, qui ab eo multa accepiſſe judicatur. Huius codicis typi, et imminutus imprimendi modus rudem illam inventionem prae ſe ferunt; characteres enim a primis illis inventoribus non ita eleganter et expedite, ut a noſtris fieri ſolet, ſed filo in litterarum foramen immiſſo, connectebantur, ſicut Venetiis id genus typos me vidiſſe memini.

## NUM. XCVI.

COELIUS CALCAGNINUS (*ek*) *in Oratione pro promotore doctore, eius Operibus inſerta p.* 551.

Officinam typographicam, typosque chalcographos tam utiles ac neceſſarios rei literariae, quorum adiumento res publica facta ſunt ingenia ac per omnem late orbem propagata, prima exercuit atque aliis accommodavit Germania.

(*ek*) Hic auctor, ortu Ferrarienſis, qui iam initio ſeculi XVI. claruit, a. 1540. fato functus eſt. De eo vid. NICERON *Memoires des hommes illuſtres Tom. XXVII. p.* 233. *ſeq.*

## NUM. XCVII.

### JOANNIS FRIDERICI FAUST AB ASCHAFFENBURG, *iunioris*, *relatio de origine typographiae* (*el*).

(*el*) Relatio haec, ſaepius a nobis citata, ſed titulo tenus hic memorata, quod *Antiquitatibus Moguntiae typographicis* reſervanda ſit, ab auctore lingua Germanica (ſeculi, ut videtur XVII. initio) exarata eſt, atque aeſtimanda profecto ob varias circumſtantias particulares e familiae documentis petitas, niſi quod multa non ſatis bona fide in honorem Jo. Fauſti verſa ſint, ut prima illi inventio tribui posſet. In mſ. dum lateret, uſus ea fuit HENR. SALMUTH in *not. ad* GUID. PANCIROLI *Res memorab. et deperd. Lib. II. Tit.* 12. in edit. 1629. ac ſeq., unde factum, ut apud pleroſque de originibus typographicis ſcriptores, qui *relationem* ipſam non viderant, utramque paginam Salmuthus faciat. Primus vero illam ex apographo Jo. Maximil. *zum Jungen* deſcribendam curavit, et Latine verſam a. 1740. exhibuit JO. CHR. WOLFIUS *Tom. I. Monum. typ. p.* 452. *ſeq.*, moxque originali lingua (reſectis tamen prolegomenis, quae aliorum teſtimonia continent) ex eodem mſ. edidit cl. KÖHLER *Ehrenr. Gutenb. p.* 89. *ſeq.* Nuperrime autem vir ill. HENR. CHRIST. L. B. A SENCKENBERG humaniſſime ad me transmiſit ſimilem relationem, ab AD. SCHRAGIO propria manu exemplo Diſſertationis ſuae *von erfindung der buchdruckerye in Strasburg*, edit. Argent. 1640. ſubnexam, in cuius limine declarat Schragius, eam ſecum communicatam poſt publicationem opuſculi ſui, atque e familiae Fauſtinae documentis authenticis, Francofurti ad Moenum reperiundis, petitam. Variat illa aliquantulum a priori, praeſertim in ſtylo, neque tam ampla in quibusdam circumſtantiis eſt, etſi quod ad cardinem quaeſtionis eodem fere redeat. Colligere exinde liceret, Jo. Fauſti poſteros eam ſubinde et immutaſſe et auxiſſe, ac Schragium in antiquiorem, Köhlerum in paulo recentiorem incidiſſe.

INDEX

# INDEX TABULARUM,

*Quae ſiſtunt ſpecimina primarum impreſſionum, ad archetypos accuratiſſime delineata, aerique inciſa.* (*a*).

I. Horarium, ſeu enchiridion precum. *Primum, ut veroſimile eſt, Laurentii Jo. fil. prototypographi tentamen* (*b*).

II. *Fragmenta* Donati, *ab eodem impreſſore majori charactere excuſi.* (*c*).

III. *Primum folium figuratum e* Speculo humanae ſalutis Belgico, *editionis principis, a dicto typographo vulgatae.* (*d*).

IV. *Pagina, ut videtur ordine XIX., e* Donato *charactere minori, laudati artificis.* (*e*).

V. *Spe-*

---

(*a*) Tabulae hae (poſtrema excepta, utpote diverſi generis,) ea diſpoſitae ſunt ſerie, qua olim ipſa prodiiſſe archetypa veroſimile eſt; atque ita ad oculum repraeſentant typorum mobilium apud Belgas ortum ac progreſſum: qui ordo quum in iis deſcribendis obſervari a nobis haud ſemper potuerit, non inutile viſum eſt, loca diatribes noſtrae, ubi de ipſis operibus ſermo eſt, hic apponere. Quatuor vero priores tabulae characteres ipſius Laurentii verſatiles; quinta, ſexta, et ſeptima nepotum eius typos (omnes vero ſemper ligneos); octava porro metallicas, utque arbitror fuſas, ſcholae Martinianae literas; ultima denique typos fixos officinae Laurentianae, et mobiles Ulr. Zellii impreſſoris Colonienſis, exhibent. Atque haec ſylloge diplomatica, quum nulla alia natio ei proferre ſimilem poſſit, ſaltem quod ad prima rudiaque artis tentamina, inſigne pro inventione artis apud Batavos argumentum praebet.

(*b*) Vid. *Orig. Cap. IV.* §. 4. et 5.

(*c*) Ibid. *Cap. V.* §. 17. 19.

(*d*) Dict. *Cap. V. a* §. 3. *ad* 11. *incl.* Ceterum in hac tabella colorem atramenti, tam figurae ligneae quam textus, ad archetypum, quam fieri potuit proxime, exprimendum curavimus; quod etiam in reliquis omnibus (vulgari hic et nigerrimo atramento excuſis) praeſtare fuiſſet animus, ni rem impoſſibilem declaraſſet chalcographus, addens, etiamſi vel maxime diverſum imitari veterum literarum colorem poſſet, eundem tamen ſucceſſu temporis mutationem ſubiturum, atque adeo falſas hac in parte ideas moturum poſteritati.

(*e*) Eod. *Cap.* §. 18. 19.

V. *Specimina* Speculi Latini, *primae editionis*, *ab heredibus Laurentii partim mobilibus*, *partim fixis literis excuſae.* (*f*).

VI. *Alia* Speculi, *tum* Latini, *tum* Belgici, *ex repetitis per eoſdem heredes editionibus.* (*g*).

VI*. *Specimen tertii Harlemenſis* Donati, *ab iiſdem artificibus excuſi*, *depromtum e folio membranaceo*, *quod adhaeret ligaturae originariae* Libri Rationum Eccleſiae Harlemenſis a. 1474. *per Cornelium bibliopegum*, *Laurentii prototypographi quondam famulum*, *compacti* (*h*).

VII. *Ty-*

---

(*f*) Eod. *Cap. V.* *á* §. 3. *ad* 10. *et* 13. *Cap. VI.* §. 2.

(*g*) Dict. *Cap. V.* *a* § 3. *ad* 10. *et* 12. 14. *Cap. VI.* §. 3.

(*h*) Ad notitiam rariſſimi huius cimelii ſciendum eſt, medio anno 1764. poſtquam typographi iam fol. *L l.* huius voluminis deſcripſiſſent, inter archiva Eccleſiae Harlemenſis repertum fuiſſe parvum volumen ms. forma quarta, continens rationes huius Eccleſiae anni 1474. ſcriptum manu Joannis a Foreeſt. In eius principio recenſentur nomina ſex aedilium, qui die Palmarum memorati anni electi erant, quos inter Foreſtus ipſe primo occurrit loco. Haec ſtatim excipit ſequens expenſa: *Item Cornelis die boeckebinder heb ic gheven* VI. *Rinſe gulden van die boecken te binden op rekeninc.* id eſt : *Item Cornelio bibliopego in computationem debiti numeravi ſex florenos Rhenanos pro compingendis libris.* Annotatio illa, quam hac ipſa Tabula ad authenticum exhibemus, probat, Harlemenſis Eccleſiae volumina, quae inter et hic liber ms. numerari debet, compacta fuiſſe per Cornelium. Ipſa ligatura membranacea eſt, at quo durabilior redderetur, e rudiori et craſſiori genere: unde ne extremis ſcripti libri paginis officeret illa, cavit bibliopegus inſertione folioli membranacei nitidioris. Hoc itaque deprehenditur eſſe folium e *Donato*, ſed diverſae adhuc a praecedentibus editionis, et lineis 28. impreſſo. Ex praedictis autem infero, hunc *Donatum* vetuſtiorem eſſe anno 1474. vel ſaltem 1475. Aut enim ligatura libri ſcripturae praeceſſit, aut ſi ſucceſſerit, id ſtatim fieri debuit, quum annui rationum libri inter archiva Eccleſiae finito adminiſtrationis anno reponendi eſſent, priuſquam novi aediles crearentur. Imo, quum probabile non ſit, folium hoc petitum ex editione apud exteros impreſſa, quae in bibliopegi uſum mutilata fuerit, ſed potius, reſidua aut inutilia folia libelli iſthic loci excuſi eam in rem inſerviiſſe, concludere porro licet, eum prodiiſſe ex officina Laurentiana Harlemi, quandoquidem a. 1474. nulla adhuc alia per totam Hollandiam erecta erat, quum ſcholae Martinianae alumni demum

VII. *Typus ultimarum impreſſionum per laudatos artifices*, *petitus ex* Hiſtoria Alexandri magni, FLAV. VEGETII RENATI Hiſtoria militari, HIERONYMI Lib. de viris illuſtribus, *et* THOMAE A KEMPIS operibus (*i*).

VIII. *Specimina aliquot primarum impreſſionum e Schola Theod. Martini ac ſociorum*, *elegantioris typographiae in Belgio fundatrice*, *deſumta e* Repertorio JOH. MILIS, *Lovan. per Joh. de Weſtfalia*, 1475. Bibliis Belgicis, *Delph. per Jacob. Jacobszoen*

mum a. 1477. Delphis et Goudae (non vero a. 1473. ut falſo ſcripſit MARCHANTIUS *Hiſt. de l'Imprim. p.* 62.) Harlemi vero demum a. 1484. libros vulgaverint; queis adde, quod in officina Laurentiana miniſtri quondam partes ipſe egiſſet Cornelius. Sed dubium omne eximit conformitas cum typis *Speculi Belgici* ſecundae editionis maxima, quae mihi aliisque, ambo archetypa cum cura conferentibus, ſtatim ſeſe manifeſtavit. Heredes ergo Laurentii, quod priores *Donati* characteres ad Moguntinos tranſlati eſſent, *Speculi* typis aut ſaltem *Speculo* ſimillimis, qui inter utramque priorem *Donati* editionem reſpectu magnitudinis videntur eſſe medii, uti iam voluerunt. Certum igitur eſt, hunc *Donatum* charactere mobili impreſſum, quum litera quaelibet ſuum occupet quadratum; quod et confirmat inverſio literae *n* in prima hujus folii pagina *lin.* 19. ubi *legeudi* pro *legendi* diſtincte occurrit. De ſculptura vero characterum dubitare non ſinit paſſim illic obvia inaequalitas. Literae ipſae ubique fere conjunctae, ſed non niſi duae. Praeter punctum hic quoque duo puncta inveni *dict. pag. lin.* 10. quae cum in laudato *Speculo* fruſtra quaeras, hanc editionem paulo recentiorem eſſe, et intra annos 1460. ac 1470. prodiiſſe ſuſpicor. Nobis ex computatione patuit, hunc *Donatum* (aeque ac primam editionem Laurentii, et poſteriorem Belgicam a. 1500. charactere fixo) conſtitiſſe 28. paginis, atque ita hoc folium exhibere paginas 21. 22. 23. 24. Nos vero ſecundam earum, id eſt 22. ordine, exhibuimus, quod illa a *lin.* 7. eadem ex hac Grammatica ſiſtat, quae Tab. IV. inveniuntur: cum qua ſi haec conferatur, patebit, utramque multum conformitatis habere, compendia etiam literarum pleraque retenta eſſe, ſed et nonnullis ſublatis alia alibi eſſe ſubſtituta; aſt de cetero tertiae huius editionis impreſſionem multo eſſe terſiorem, lineas rectioris et aequalioris diſtantiae; uti etiam atramentum huius editionis nigrius quam in praecedente eſt. Tota vero haec obſervatio, cui ſi in tempore nata eſſet, legitima ſedes erat *Cap. V. poſt* §. 18. et *Cap. VI. poſt* §. 3. non niſi hic occupare locum potuit; imo ut id fieri poſſet, ſemifolium hoc *E e* recudendum fuit.

(*i*) *Cap. VI.* §. 7.


*cobszoen et Maurit. Yemantszoen*, 1477. Faſciculo temporum, Belgico, *Ultraj. per Joh. Veldener*, 1480. *et* Dialogo creaturarum, *Goudae per Gerardum Leeu*, 1480. (*k*).

IX. *Specimina characteris fixi officinae Laurentianae, depromta e* Figuris Cantici Canticorum, *atque ex* Arte moriendi (*l*). *Denique typi mobilis, per Olricum Zel, primum Coloniae Agrippinae impreſſorem teſtemque pro Hollandis primarium, adhibiti in* Libro de ſingularitate clericorum, *ſub nomine* D. AUGUSTINI *edito a.* 1467. (*m*).

(*k*) *Cap. V.* §. 10.
(*l*) *Cap. IX.* §. 5. 6.
(*m*) Specimen hoc accurate exprimit delineationem ab amico a. 1759. factam ad originale exemplar ill. Ducis de Marlbourough, de quo *Cap. III.* §. 3. not. *i.* locutus ſum. Imo quum huius Tabulae exemplum deinde ad el. BRYANTIUM miſiſſem, ut cum ipſo authentico exacte hoc conferret, teſtatus ille eſt literis 25. Octob. 1762. nullam ſeſe obſervaſſe differentiam, et utrumque omnino conforme eſſe. Poſtquam verò aliud rariſſimi huius cimelii exemplar videre imo accipere dono licuit beneficio rever. GOCKINGAE, rarae et humanitatis et eruditionis viri, mirabar valde, in eo literas minus eſſe pingues, indeque apparere nitidiores, quam in Specimine noſtro. Unde nata mihi fuit dubitatio, num diverſa eſſet editio ab illa, quam in Anglia inſpexeram, etſi eâdem munita ſubſcriptione; (fraudes quippe typographorum originis ſunt antiquiſſimae) aſt quum caeterà ductus literarum ipſiſſimi ſint, credere iam malo, in Anglicano exemplo ultimae paginae nimiam atramenti copiam ab impreſſore fuiſſe applicitam, quae exinde pinguiores illic reddiderit literas, atque in aliis exemplis.

ECTY-

# Ectypon Horarii Laurentiani, ex museo Enschediano.



1

A a a b c d e f g h i
k l m n o p q r r ſ s
t v u x y z z 9 ʒ
ater noſter
qui es in ce
lis Sancti
ficetur nomē tuum
Adueniat regnū tu
um Fiat voluntas

2

tua ſicut in celo et
in terra Panē noſ
trum cotidianū da
nobis hodie Et di
mitte nobis debita
noſtra Sicut et nos
dimittimus debitori
bus noſtris Et ne
nos inducas i temp

3

tationem Sed libera
nos a malo Amen
Ve maria gra
tia plena domi
nus tecum Benedic
ta tu in mulieribus
et benedictus fruc
tus ventris tui ihe
ſus criſtus Amen

4

Credo i deū pa
trem omnipo
tentē creatorē celi z
terre Et in iheſum
criſtum filium eius
unicum dominū noſ
trū Qui conceptus
eſt de ſpiritu ſancto
Natus ex maria vir

5

gine Paſſus ſub pon
cio pylato crucifixus
mortuus z ſepultus
Deſcendit ad inferna
tercia die reſurrexit
a mortuis Aſcendit
ad celos ſedet ad dex
terā dei patris omni
potentis Inde ven

6

turus eſt iudicare vi
uos et mortuos
Credo in ſpiritū
ſanctū Sanctā eccle
ſiā Catholicā ſanc
torū communionē re
miſſionē peccatorū
Carnis reſurrectionē
Et vitā eternā Amē

7

Ve ſalus mundi
verbum patris
hoſtia ſacra vera vi
ua caro deitas integ
verus homo
Corpus et ſan
guis dūi noſ
tri iheſu criſti cuſto
diat animā meā et


8


... redemiſti
me dñe deus verita
tis Aue os cuple
nis benedicta virgo
maria Benedicamus
dño Deo gracias


*Corn. van Noorde delin. Harlemi.*


*A. I. Polack Sculp. Hagæ.*

# FRAGMENTA DONATI HARLEMENSIS, CHARACTERE MAIORI.


que prima vl lego ſecda vl legis tercia vl legit
Aduerbiū quid eſt · pars oracionis q̄ adiecta v̄bo
ſignificacionē eius explanat atq3 implet Aduerbio q̄


Da cōparandi vt magis minus ꝟ tam maxime miny
minime Comparacio aduerbioꝝ in quo eſt in ... ib? gra
dib? cōparacionis ſalicet poſitiuo cōparatiuo ⁊ ſuplatiuo





Corn. van Noorde delin. A. J. Polack Sculp.



Lucifers val

Hier beginnet die ſpieghel der menſchliker behoudeniſſe
Ende machmen daer in ſien dat hi mits viants bedroch verwert
is Ende hoe ſi ontmits der berm
herticheit gods weder verloeſt ſijn Lucifer hier an
verhief hi hem tegen god ſinen ewegen ſcepper ende in
enen ogenblic is hi vander hoecheit der hemelen
neder verworpen inder hellen Ende om deſer ſaken
willen dacht god den menſcheliken geſlacht te ſcep
pen dat hi in dien weder ommocht maken den valle
van lucifer ende ſinen geſellen Waer af die duuel
dat benidende altijt den menſche laechde ende hem
dacht te beleiden totten ouertreden des gebots Ende ver
coes onder een geſlacht van ſerpenten dat reecht op
ginc ende een maechdeliic hoeft hadde In deſe ſer
pent ghinc die bedriechlike duuel ende wort kunsti
ge bedrieger ende mits der monde ſprekende be
driegende woorde tot den wiue becoerde dat wijf
als minſte voerſichtich houdende adam den man wi
ſer ende ſtalker te weſen Ende ghinc totten wiue
alleen weſende ſonder den man want die viant
lichteliker bedrieget die alleen is dan die ghe
ſellen heeft Die man is van god inden paradiſe

Geneſis de eerſte capittel

God ſciep den menſche na ſijn beelde ende gelikeniſſe
ouergeſet ende dat wijf is geſcapen van der ribben
des ſlapenden mans Si is gemaect van haers mans
ſide ende is den man gegeuen voer een mede ge
ſellinne welke waert ſake dat ſi in haer ge
geuen eer volſtaen had nemermeer en had ſi
vanden man enich verdriet geleden Mer ſi den viant
geloeft heeft ende haren god geliken woude heu
et ſi verdient vanden man moyeniſſe te liden ende ver
driet Dat wijf geloefde den viant ende niet den man
mer die man heeft dat beniet ende toe gela
ten al waſt onwillichlic Dat wijf begeerde o
p die man dat hi mit haer ete woude die hi ſ
oe minede dat hi at om dat hi haer niet bed
roeuen en ſoude Salomon anbede die afgoden om
der minnen wille nochtan en meende hi daer om
niet dat ſi god ofte gode waren Alſo at adam mit
haer om der minnen wille nochtan en geloefde hi
niet dat hi god geliken mocht Daerom ſondichde
dat wijf meer dan die man want ſe gelijc god
waende te werden Ende ouer ouerdede op een grote
ſonde om dat ſi haren man mit ſueken tot ſon
den toech Al iſt dat inden text der bibelen ſoe

Geneſis de eerſte capittel

…n Noorde delin. A. J. Polack Sc. TAB III

# ECTYPUS DONATI HARLEMENSIS, CHARACTERE MINORI, EX MUSEO ENSCHEDIANO.

eēt vel fuiſſet ⁊ plr̄ ſit lecti eēm⁹ vel fuiſſem⁹ eētis vel fuiſſetis
eēnt vel fuiſſent Futuro ſit legar legaris vel legare legatur ⁊ plr̄ ſit
legamur legamini legant̄ Cōiūctiuo mō tpe pn̄ti cū legar legaris
vel legare legat̄ ⁊ plr̄ cū legamur legamini legant̄ Pretito ipfcō cū
legerer legereris vel legerere legeret̄ ⁊ plr̄ cū legeremur legere
mini legerent̄ Pretito pfcō cū lect⁹ ſim vel fuerim ſis vel fueris ſit vel
fuerit ⁊ plr̄ cū lecti ſim⁹ vel fuim⁹ ſitis vel fueritis ſint vel fuerint
Pretito plq̄pfcō cū lec⁹ eēm vel fuiſſem eēs vel fuiſſes eēt vel fuiſ
ſet ⁊ plr̄ cū lcī eēm⁹ vel fuiſſem⁹ eētis vel fuiſſetis eēnt vel fuiſſent
Futuro cū lect⁹ ero vel fuero eris vel fueris erit vel fuerit ⁊ plr̄ cū
lcī erim⁹ vel fuerim⁹ eritis vel fuitis erūt vel fuerint Infinito mō
ſn̄ nūis ⁊ pſonis tpe pn̄ti ⁊ p̄tito ipfcō legi p̄tito pfcō ⁊ plq̄
pfcō lcm̄ eē vel fuiſſe· Futuro lcm̄ iri Duo pticipia trahūt̄ ab h̄
v̄bo paſſiuo p̄titū eſt futuꝝ p̄titū vt lcs̄ futurū vt legēdus
Audio v̄bū actiuū idicatiuū modi tpis pn̄tis nūi ſingu
laris figure ſimplic̄ pſone p̄me coniugationis querit
qd̄ declinabit̄ ſic Audio audis audit ⁊ plr̄ audim⁹ au
ditis audiūt Pretito impfcō audiebā audiebas audiebat ⁊
plr̄ audiebam⁹ audiebatis audiebant Pretito pfcō audiui
audiuiſti audiuit ⁊ plr̄ audiuim⁹ audiuiſtis audiuerūt vel
audiuere Pretito plq̄pfcō audiuerā audiueras audiuerat
⁊ plr̄ audiueram⁹ audiueratis audiuerāt Futuro audiā au
dies audiet ⁊ plr̄ audiem⁹ audietis audiēt Imperatiuo mō
tpe pn̄ti ad ſcḋam ⁊ tciā pſonā audi audiat ⁊ plr̄ audia
m⁹ audite audiāt Futuro audito tu audito ille ⁊ plr̄ audi
amus auditote audiūto vel audiūtote Optatiuo modo tpe pn̄ti
⁊ p̄tito impfcō vtinam audirem audires audiret ⁊ plr̄ ſit
audiremus audiretis audirent Preterito pfcō et plq̄pfcō
vtinam audiuiſſem audiuiſſes audiuiſſet ⁊ plr̄ vtinam au
diuiſſem⁹ audiuiſſetis audiuiſſent Futuro vtinam audiam

*Corn. Van Noorde deliv.* *A. I. Polack Sculp.*

# SPECIMINA SPECULI LATINI PRIMÆ EDITIONIS.

*1. Ex præfatione, charactere mobili.*

Rohemiū cuiꝰdam īcipit noue compilationis
Cuiꝰ nomē ꝫ titulꝰ ē ſpeculū hūane ſaluacōis
expediēs videt̄ ꝫ vtile ꝙ pmo iſ̄ phemio expoā
de qbꝰ materijs ꝫ hiſtorijs ī qlibꝫ ca° dicat̄
Et q diligēter hoc phemiū preſtuduerit
De facili totum librum quaſi p ſe intelligere poterit
In primo capl̄o agitur de caſu luciferi et ſociorū ſuorū
De formatione ade et eue et de dignitate ipſorum
In ſcd̄is caplis duobus patet nr̄a redēpcio dāpnacio
Et i alijs caplis ſequētibus patet noſtra reconciliacio

*2 Ex textu, ſub fig. 3. col. 2. fixis literis.*

Mulier autē ī padiſo eſt formata
De coſtis viri dormientis eſt parata
Deꝰ autē ipſā quodamō ſup viꝝ hoēſtauit
Q eā ī loco voluptatis plaſmauit
Non facit eā ſicut virū de limo terre
Sed de oſſe nobil' viri ade et de eiꝰ carne
Non ē fcā de pede ne a viro deſpiceretur
Non de capite ne ſupra virū dn̄aretur
Sed eſt facta de latere maritali
Et data ē viro p ꝯſorte et ſocia collateāli
Que ſi ſibi ī honoē collata hūiliter pſtitiſſꝫ
Nunq̄ moleſtiā a vio āq̄ ā ſuſtinuiſſet

P. S. Fournier. delin. Parisiis.

A. J. Polack sculp.

SPECIMEN TYPI SPECULI LATINI SECUNDÆ EDITIONIS.

Incipit ſpeculū humane ſaluacionis
In quo patz caſ⁹ hoīs ⁊ mod⁹ repacois
In hoc ſpeculo poteſt homo cōſiderare
q̄ ob cauſā creator oīm decreuit hoīem creaē
ſit oīa vidē qūo p dyaboli fraudē ſit dāpnat⁹
Et qūo p miām dei ſit reformatus
lucifer ergo erexit ſe gtͣ deū ⁊ creatorē ſuū etnū
⁊ i ictu ocli de excelſo celoꝝ ſolio ꝓiect⁹ ē i in
et ob cauſā de⁹ decreuit hoīem creare    fernū
Vt p ipm poſſit caſū lucifei ⁊ e⁹ ſocioꝝ repare

---

TYPUS SPECULI BELGICI SECUNDÆ EDITIONIS.

Lucifers val
Hier beghint dat ſpeghel der.
menſcheliker behoudeniſſe D
ec mach hi daer in ſien dat hi
mits viants bedroch verdoēt
is Eñ hoe hi oūmits d' berm
herticheit gods weder v̄ſoent ſi. Lucifer hier
om v̄hief hē teghē god ſinē ewighen ſcepper
eñ in enē oghēblic is hi vanden hoecheit der
hemelē neder verworpē inder hellen Eñ om
deſer ſakē willē dacht god dat mēſchelikē ghe

---

TYPUS FOLII SINGULARIS EX EODEM OPERE.

Dit is die verworpen ſteen
dat beſochtē ſi diewijl mit grotē arbeit an
ter hy wās alte lanc of alte dick of alte
cort of te ſmale waer vā die metſelaers
daer vā onwaerdich wornich weſende hem
verworpen ende hi etten hem mit namē den
verworpen ſteen Doe die tempel volmaect
was ende die ſlot ſteen ghelcit ſoude worde
die in hem twee mueren beſlutē ſouden Ende
gheen ſteen gheuondē en wort diemen tot

Corn van Noorde delin.    A. H. Polack Sculp.

SPECIMEN TERTII HARLEMENSIS DONATI,
*e folio membranaceo, quod adhæsit ligaturæ originariæ Libri Rationum Eccleſiæ Harlemenſis anni* 1474.

gere legeť ꝯplř legenť legeñi legeť Impatō mō tpe
pñti ad ſecūdā ꝛ t̄ciā pſonā legere legať ꝯplř legant
legimi legāť Futuro legitoꝛ tu legitoꝛ ille ꝯplř lega
muť legiminoꝛ leguntoꝛ Optatō mō tpe pñti ꝛ p̄tito ī
pfcō ſīn legerer legereris vel legerē legēnr ꝯplř ūn
legēmur legēmi legerēnr Pretito pfcō ꝛ plq̄ppfcō ūn
lect9 eēm ł fuiſſē eēs ł fuiſſes eēt ł fuiſſꝫ ꝯplř ūn lecti
eēm9 ł fuiſſem9 eētis ł fuiſſetis eēnt ł fuiſſēt Futuro ūn
legar legaris ł legare legať ꝯplř ūn legam legami le
gāť Coniunctō modo tpe pñti cū legar legaris ł lega
re legať ꝯplř cū legam legami legāť. Pretito ipfcō cū
legerer legēris ł legē legēť ꝯplř cū legēm legeremi
legerēť Pretito pfcō cū lect9 ſim ł fuerī ſis ł fuis ſit ł
fuit ꝯplř cū lecti ſim9 ł fuim9 ſitis ł fuitis ſint ł fuerit
Pre tito plq̄ppfcō cū lect9 eſſē vel fuiſſē eēs vel fuiſſes
eēt ł fuiſſet ꝯplř cū lecti eēm9 ł fuiſſem9 eētis ł fuiſſetis
eēnt vel fuiſſēt Futuro cū lect9 ero ł fuero eris ł fueris
erit ł fuerit ꝯplř cū lecti erim9 ł fuerim9 eritis vel fue
ritis erūt vel fuerīt Infinitō mō ſine numeris ꝛ pſoīs
tpe pñti ꝛ p̄tito ipfecto legi. p̄tito pfcō ꝛ plq̄ppfcō lectū
eſſe ł fuiſſe futuro lectū iri Duo pticipia trahūť ab h̄ v̄
bo paſſio. p̄titū ꝛ futuꝝ p̄titū vt lect9. futuꝝ vt legēd9
Audio v̄bū actīm īdicatī modi tpis pñtis numeri
ſinglis figure ſimplicis pſoē p̄me ꝯiugacōis q̄r
te qd̄ dedīabiť ſic udio audis audit ꝯplř audim9
auditis audiūt Pretito ipfcō audiebā audiebas audi
ebat ꝯplř audiebam9 audiebatis audiebāt Pretito p
fecto audiui audiuiſti audiuit ꝯplř audiuimus audi

---

*Annotatio MS. ex eodem Libro Rationum, quæ probat, illum inter reliqua Eccleſiæ Harlemenſis volumina per Cornelium (Laurentii prototypographi quondam famulum) compactum fuiſſe.*

It cornelis die boeckebinder hebbe
ghegeven bij vinfte gulden van die boec
ken te binden op rekeninge

A. I. Polack Sculp: ad original.

# Specimina ultimarum officinæ Laurentianæ impressionum,

---

Incipit liber alexandri magni regis macedonie de prelijs.

Apientiſſimi egipcij ſcientes menſurã terre atqꝫ
vndas maris dominantes et celeſtium ordinem
cognoſcentes id eſt ſtellaꝝ curſum computantes
dicunt de neptaneto rege eorum ꝙ fuit homo
ingenioſus et peritus in aſtrologia et mathema
tica et artis magice virtutibꝰ plenus. Quadam
autẽ die cum nunciatũ fuiſſet ei ꝙ arthaxerſis rex perſaꝝ cũ valida
manu hoſtiũ veiret cõtra eũ monuit miliciã nec preparauit exercitũ
armatoꝝ aut artificia ferri. Sed intrauit ſolus in cubiculo palacij

---

Flauij vedati renati viri illuſtris. Epitoma de re
militari incipit. In epitoma īſtitutoꝝ rei milita
ris de cõmẽtarijs cathõis auguſti traiani adriani
necnõ et ianie frontoni in quatuor ꝑtes diſtinctũ

---

Incipit prologus beati iheronimi
preſbiteri ĩ librũ: de viris illuſtribꝰ.

---

Incipit tabula diuerſoꝝ ſermonũ ac epiſtolarum deuotorũqꝫ
tractuũ. Quos inter alia ad gloriã et honorẽ ſcẽ et indiui-
due trinitatis. glorioſeqꝫ virginis marie dei genitricis com
pilauit dictauit titulisqꝫ ac capitulis diſtixit deuotꝰ ac religioſus vir
frater thomas kempis preſbiter canonicꝰ regularis profeſſus ac defũc
tus In monte ſcẽ agnetis virginis ac martiris ꝓpe zvuollis. dioceſis
traiectenſis.

*Corn. Van Noorde delin.* *A. I. Polack Sculp.*

## SPECIMINA ALIQUOT PRIMARUM IMPRESSIONUM E SCHOLA MARTINIANA.

### 1. Ex Reportorio Joh. Milis. Lovan. 1475.

Preſens in Jure canõico Reportorium inſigne. ab egregio ac ſpectatiſſimo domino domino Johanne milis in vtroq; iure doctore eximio editum. extitit a Johāne de weſtfalia paderbornēſ dyoceſ in alma ac florentiſſima vniuerſi tate louanienſi reſidente: nō fluuiali calamo ſed arte quadā induſtrioſa im primēdi cūctipotētis auxilio ꝯſummatū. Anno incarnationis dominice. M°. .cccc°.lxxv. mēſis Aprilis die penultima.

---

### 2 Ex Bibliis Belgicis. Delphis 1477.

Hier beghīt dat prologus vā der biblē
des ouerſetters te duytſche vtē latine

Alſe here god voerſiende
die grote droetheit vā de-
uocien die in ſinen volck
toecomēde was ende weſē
ſoude. Soe aēroept hi ōs
alle traghe menſchen: eñ biet ons ſijn
gracie bij ſinē propheet yſayas eñ ſeit

---

### 3. E Fasciculo temporum, Belgico. Ultraj. 1480.

Int beghinſel heeft god ghe ſcapen hemel
eñ eerde Sinte Auguſtijn ſeyt opt boeck
geneſim dat die auctoriteyt deſer ſcriftue
ren meerre is dan tbegrip alles menſcheli-
kes verſtants. eñ want wi hier principali
ke dencken te ſpreken van die tijt ſo heeft
ons behaecht cortelick te rueren dat begin-
ſel des tijts. waer om ſelmē mercken als

---

### 4. E Dialogo creaturarum. Goud. 1480.

Preſens liber Dyalogus creaturarum appellatus iocundis fabulis plenus Per gerardum leeu in opido goudenſi incept9 munere dei finitus eſt Anno domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo menſis iunij die tercia

G LEEU

Corn. van Noorde. delin:

A.I. Polack. Sculp.

SPECIMINA CHARACTERIS FIXI OFFICINÆ LAURENTIANÆ. *Tab. IX.*

I. *Ex Figuris cantici canticorum.*

Dit is die voerſienicheit va marie der moed godes Eñ is gehete in latij cãca

II. *Ex arte moriendi.*

Sagonizans loqui et uſum rõis habere potuerit ſindat deo=
nes deū p̄mo t̄uo deum ut ip̄m p̄ ineffabilē miām ſuā et
virtutē paſſionis ſue ſuſcipere dignetur. Secundo diligenter
īuocet glorioſam virginē mariam pro ſua mediatrice
Deinde omnes angelos et p̄cipue angelum pro ſua cuſ=
todia deputatū. Deinde apoſtolos martires confeſſores

*Corn. Van Noorde. delin.* *A. J. Polack, Sculp.*

SPECIMEN IMPRESSIONIS OLRICI ZEL. 1467.

Sic igitur ambulate · ſic agite · ut ſemper in
clericis ecc̄ie ſenatus cādidus cōſtet · ſeuei
tas in voƀ circa feminas vigeat · autoritas
polleat · vigor teneatur · ḡuitas veneretur ·
ut ſimul oīa colligamus ad clauſulā · breui
aiūrelegim⁹ voƀ quo ad cōpendioſam plei
tudinē redigens · paul⁹ apoſtol⁹ inſinuat ·
De cetero f̄res quecunq; ſūt vera · quecūq;
pudica · quecūq; iuſta · quecūq; ſancta que
cūq; amabilia · quecūq; bone fame. Si qua
virtus ſi qua laus diſcipline · hec cogitate q̄
accepiſtis ⁊ didiciſtis ⁊ audiſtis ⁊ vidiſtis
in me. Hec agite ⁊ deus pacis ⁊ dilectōis
erit vobiſcum amen.

Explicit Liber beati auguſtini epi · de ſingula
ritate clericorum . Per me Olricū zel de ha
nau clericū dioceƀ Moguntineñ. Anno ⁊c.
ſexageſimoſeptimo.

*C. de Salgas delin. Londini.* *A. J. P. Sculp.*

# A D D E N D A

E T

# C O R R I G E N D A

IN ORIGINIBUS TYPOGRAPHICIS,

MANTISSA, AC PROBATIONIBUS.

INSERTA EST DISQUISITIO

DE TRANSLATA IN ITALIAM,

SPECIATIM SUBLACENSE COENOBIUM

ATQUE URBEM ROMAM,

ARTE IMPRESSORIA.

# ADDENDA ET CORRIGENDA
## IN
# ORIGINIBUS TYPOGRAPHICIS,
## MANTISSA, AC PROBATIONIBUS.
## *TOM. I.*

*Pag.* 2. *in not. lin.* 3. *ad calcem notae* b. *ſequentia ſubiice:* Ceterum referri huc non incongrue poteſt recens neque inutile repertum machinae, *polygraphi* dictae, cuius ope ſcriptura quaecunque ab uno homine eodemque tempore tribus confici exemplis poteſt. Verus inventor perhibetur Dom. DE COTENEUVE, qui poſtquam longo tempore in illa conficienda occupatus fuiſſet, eam die 21. Octob. 1763. abſolvit, moxque Academiae Scientiarum Pariſinae exhibuit. Unde de ea jam ante inaudiviſſe oportet NEUPERGIUM Comitem, qui his excitatus rumoribus ſimili ſeſe machinae applicuit, eamque a ſe abſolutam ſub idem fere tempus Sereniſſ. Hungarorum Reginae obtulit.

*Pag.* 4. *lin.* 9. *et ſeq. deleantur verba:* Adde, quod etc. *usque ad* deliteſcere ſuſpicor, *itemque nota integra (o); quandoquidem deceptus fui magnifica Knittelii de rariſſimo cimelio in Conſpectu ſuo jactantia: poſtea enim ex ipſo opere p.* 524. *detexi, me pro theſauro carbones inveniſſe, eumque loqui de exemplo quodam Jenſonianae editionis in membrana, ubi folium occurrit antehac ſcriptura obditum.*

*Ibid. in not. lin.* 16. cui nomen BEHR eſſe inaudivi. *ſubſtitue:* quem FRED. CAR. BAER eſſe cognovi.

*Pag.* 5. *ad lin.* 4. *poſt vocem* arbitror *adde notam (o).*

(*o*) De encauſto veterum multi philologice, ſed philoſophice ac maſcule egit ill. Comes CAYLUS *Memoire ſur la peinture a l'encauſtique.* Geneve 1755. 8°.

*Pag.* 14. *in not. lin.* 7. *a fine*, *pro verbis:* ſed 1470. adſcribere debuerat. vid. infr. Cap. IX. §. ult. *repone:* ſed luſtris aliquot vetuſtiorem ſtatuere debuerat. vid. infr. *Cap. IX.* §. 15. *ſeq.*

Ibid. lin. 3. a fin. poſt *Buchdruckerkunſt* adde *Tom. I.*

*Pag.* 25. *lin. ult. textus*, *pro verbis*, quos tum Moguntiae tum

Argentorati, *repone:* quos tum Harlemi tum Moguntiae tum Argentorati.

*Pag.* 26. *in not. lin.* 1. *nota* (*bq*) *ſic incipienda eſt*: De Harlemo teſtis eſt HENRICUS SPIEGHEL, Laurentii fil. vid. *Addenda ad Probat. Num.* 87.* De Moguntia etc.

*Ibid. lin.* 15. *pro* ſex *lege*: ſeptem.

*Pag.* 28. *in not. lin.* 1. obſervari *lege*: obſervavi.

Pag. 29. in not. lin. 4. a fine, pro *Diſſ. III.* lege: *Diſſ. II.*

Pag. 30. in not. lin. 9. poſt *Buchdruckerkunſt* adde: *Tom. I. p.* 130. *ſeq.*

*Pag.* 39. *lin.* 4. *poſt* exprimit *addatur nota* (*e**).

(*e**) Per errorem ſculptor effigiei Laurentianae in ſcuto eius umbras exhibuit, quae decipere aliquem poſſent, atque ſi colorem coeruleum repraeſentare voluiſſet: quod nimis ſero a me obſervatum.

*Pag.* 45. *lin.* 8. *poſt* fortuna; *adde:* imo forſan impari matrimonio ſimilive cauſa is ſeſe indignum affectione Brederodiorum reddidit. (*x**)

(*x**) Conjectura haec, quam viro cl. G. W. AB OOSTEN DE BRUYN, dubia mihi de Laurentii prototypographi maioribus moventi ſuggeſſeram, eo magis placet, quod rationem ſimul involvat, cur non aeque Laurentio Dunio atque eius fratri Wilhelmo facultatem dederint Brederodii, inſignia ſua gentilitia absque lambello geſtandi. Atque ita facile dilues, quae idem Ooſtenius *Beſchryving der Stad Haerlem, Tom. I. p.* 224. mihi obiecerat.

*Pag.* 50. *lin.* 11. *pro* in charta inedita d. 10 Decemb. *lege:* in chartis d. 6. Martii et 3. Septemb. 1422. (*ai**) itemque d. 10. Decemb. etc.

(*ai**) Priorem, eamque perquam genuinam, antiquiori anni 1400. annexam, in originali aſſervat Petrus van Damme, Bibliopola Amſtelodamenſis. Ea, quod inedita ſit, locum hic meretur.

*Wy Louweriis Jansſoen en Claes van Huesſen Scepen in Hairlem, oirconden, dat bay ons quam Willem Syvertsſoen en ghebiede, dat hi in rechten aelmisſen en puyerlic om Goods willen ghegheve͞ heeft en gheeft met deſen brieve den Gaſthuſe binnen Harlem totter armen behoef al zulke jairliixe renten, als die brief begrepen heeft dair deze brief doir geſteken is, en heeft ze hem gheloeft te waren, als men by renten binne Hairlem ſculdich is te waren. In oirconde deſer brieven bezeghelt met onſen zeghelen in 't jair ons heern M. CCCC. twee en twintich opten zesten dagh in Maerte.*

Poſteriorem, datam Dominica poſt feſtum decollationis S. Johannis Baptiſtae (3. Sept.)

(3. Sept.) 1422. aeri inciſam videre eſt in nova deſcriptione urbis Harlemi per G. W. AB OOSTEN DE BRUYN *Tom. I. p.* 221.

*Pag.* 73. *in not. lin.* 4. *et ſeq. pro* vitae Junianae ex variis anecdotis conſcriptae, atque a. 1652. Epiſtolis huius praemiſſae auctor; *lege*: THEOD. VELIUS *Beſchryving der Stadt Hoorn p.* 100. edit. 1648.

*Pag.* 81. *extremo* §. 6. *haec ſubjice:* Aſt, quid opus ratiocinatione longiori, quum HENRICUS SPIEGHEL Laur. fil. ſcriptor ſec. XVI. exeuntis de typis Harlemi repertis furtoque mox ablatis loquens (*ac**) unice ligneorum meminerit, non omiſſurus hercle metallicos, ſi hac quoque in parte prototypographus noſter Moguntinis praeceſſiſſet.

(*ac**) vid. Addenda ad Probationes noſtras *Num.* 87*.

*Pag.* 83. *lin.* 15. ſemper *lege:* ſemper fere.

Ibid. in not. lin. 2. pro *Cap. III.* §. 2. ſubſtitue *Cap. III.* §. 3.

*Pag.* 87. *lin.* 6. recluſae *lege:* occluſae.

*Pag.* 94. *in not. lin.* 3. *poſt* conf. *adde*: inter ceteros JO. ALB. FABRICIUS *Biblioth. Lat. med. et inf. Latinit. Lib. I. et* JO. LEICHIUS etc.
*Pag.* 100. *in not. lin.* 6. *pro* §. 11. *ſubſtitue*: §. 13.

*Pag.* 106. *lin.* 4. adaequans *lege*: adaequantem.
*Pag.* 112. *ad finem* §. 8. *adde notam ſequentem* (*bb* †)

(*bb* †) JO. ENSCHEDIUS tamen, vir honeſtiſſimus, aſt inveteratae opinioni nimis tenaciter adhaerens, ſtatuit, *Specula* (ne excluſa quidem prima editione Belgica) fuſo deſcripta eſſe charactere; argumento uſus, quod ſaepius, et eadem quidem pagina, literas imo voces integras offenderit, ſibimet aequales; unde, inaequalitatem ubi offendit, illam oſcitantiae artificis et rudi apparatui adſcribit. Mihi argumentum retorquere liceat; ac regerere, aliam ejusdem literae formam figuramque, qualem ſaepiſſime eadem pagina et olim et nunc denuo, amicis praeſentibus oculatis, deprehendi e. g. *fol.* 4. in voce *Dat*, atque alibi, per rerum naturam adſcribi haud poſſe atramenti craſſitiei ſimilive cauſae; aſt unice ipſi typorum differentiae: aequalitas vero nonnullarum literarum, quae illic perquam rara, nil probat aliud, quam navaſſe ſculptores operam, ut ſibi ſimiles redderentur typi, et quandoque ſcopum attigiſſe. Producat mihi Enſchedius artifices Harlemenſes, qui literas *Speculi* fuſas declararint, ſive ex errore populari, ſive, quod de ſculptis e ligno typis nunquam vel fando audiverint, ego ipſi opponam alios quatuor artifices expertiſſimos a me conſultos; duos ſcil. typographos Haganos, tertium Rotterodamenſem, quartumque grammatoglyptam, qui uno ore, nec ſeſe inter collocuti eas pronunciarunt

 ſcul-

ſculptas. Aſt pone, ipſius *Speculi* inſpectionem dubium relinquere hac in parte, unde petenda erit quaeſtionis deciſio? Profecto ex ſcriptoribus antiquis, qui literas ligneas e Germania inferiore, metallicas e ſuperiore repetierunt. Bene hoc ſenſit v. cl. G. W. AB OOSTEN DE BRUYN in deſcriptione urbis Harlemi *Tom. I. p. 256. ſeq.* qui, licet in Enſchedii opinionem proclivior, nihil tamen definire auſus eſt, quum et veteres ſibi agnoverit contrarios, nec quidquam regerere potuerit argumentis *Cap. IV.* §. 7. per nos prolatis.

*Pag.* 120. *in not. lin.* 9. *deleantur verba*: Amſtelodami penes vir. conſult. Joach. Rendorp: *nam qui hoc mihi pro certo affirmaverat amicus, deinceps agnovit, ſeſe* Speculum *Belgicum cum alio xylographico vetuſto confudiſſe.*

*Pag.* 128. *lin.* 2. principes typographi Romani. *Subſtitue*: principes Italiae typographi.

Pag. 129. in not. lin. 10. pro *part.* 2. *lin.* 3. lege: *part.* 1. *lin.* 3.

*Pag.* 138. *lin.* 15. *pro* 1445. *lege:* 1444.

*Pag.* 147. *lin. ult. et ſeq. pro verbis:* a quo tempore nonnulli libri abſque typographi indicio (*ba*), unicum vero BARTH. ANGLICI opus *de proprietatibus rerum* Belgice redditum a. 1485. adiecto impreſſoris, Jacobi Bellaert Zirizeani, nomine illic prodiere. *Subſtituendum eſt:* a quo tempore perpauci libri adiecto typographi nomine (*az**), plures vero absque eo prodiere (*ba*).

(*az**) Tales noti huc uſque tantum duo ſunt: nempe BARTHOLOM. *den Engelſchman, van der proprieteyten der dingen*, Harlemi typis Jacobi Bellaert Zirizeani 1485. fol. itemque, *Een boeksken, inhoudende drie capittelen roerende of ſlutende op drie dachvaerden*, Harlemi charactere Johannis Andreae fil. 4°. Prior dudum ab aliis memoratus eſt, poſterior nuper demum ab OOSTENIO DE BRUYN in deſcriptione Harlemi *Tom. I. p.* 242.

Pag. 150. in not. lin. 2. poſt *ouden*, adde: denique *der Sielen troeſt*,.

*Pag.* 151. *lin.* 15. *ſeq. pro verbis* uno ſpiſſoque volumine chartaceo, *ſubſtitue:* totidem chartaceis.

Ibid. lin. 22. poſt verba *Berl.* 1760. *p.* 300. adjice: et qui noviſſime atque optime de illa egit, laudatus de Bure *Bibliogr. inſtructive, Vol. de Theologie Num.* 25.

*Pag.* 154. *in not. lin.* 25. *poſt verba*: prout bene mihi conſtat, *ſubjunge:* imo ſua aetate, id eſt, anno 1630. GABR. NAUDAEUS, maximus bibliothecarum ſcrutator, nullum in Gallia librum viderat, *Bibliis* 1462. vetuſtiorem. vid. *Addit. a l'Hiſtoire de Louis XI.* unde colligere licet, etiam DURANDI *Rationale* 1459. et ceteros libros vetuſtiores officinae Moguntinenſis, qui Pariſiis iam viſuntur, etiam poſteriori illuc aetate advectos.

*Pag.* 162. *lin.* 8. at in altera editione a. 1555. *lege:* at in *Chronico mundi a.* 1555.

Si

*Si vero* mundi Chronicon *praeceſſit* Germaniae Chronico, *ut ſuſpicatus ſum* Tom. II. p. 172. in not. *quivis videt, ea, quae de Franckio hic ſcripſi, trajicienda eſſe. Quum tamen ea de re nondum certus ſim, nihil adhuc immuto.*

*Pag.* 164. *in not. lin.* 5. ſomniatus fuit *lege:* ſomniaverat.

*Pag.* 173. *lin.* 6. Romam, *ſubſtitue:* ad Italos.
*Pag.* 177. *lin.* 15. ab, *lege:* ſub.

*Pag.* 178. *in not. lin.* 2. *pro*, 2. Martii *reſcribe:* 12. Martii.

*Pag.* 189. *lin.* 2. *poſt* Argentinenſi, *adde notam ſequentem* (*b*†)

(*b*†) Quum Andr. Drizehenius tantam, licet irrito conatu, in typographiae exercitium impenderit operam, notaſſe iuvabit, illum neutiquam humili loco fuiſſe natum; verum ill. SCHÖPFLINO teſte *Cap. V.* §. 8. in *not.* avum habuiſſe Hugonem, Conſulem Argentinae a. 1417. patrem itidem Hugonem, Senatorem a. 1418. quemadmodum etiam alter ipſius frater Georgius illic Senator fuit 1428. alter vero Nicolaus, Senator 1449. et 1453. Tredecimvir 1458. Haec autem gens Drizehenia pridem exſtincta.

*Pag.* 199. *lin.* 13. *Si* FRANCKII Chronicon mundi *praeceſſit* Chronico Germaniae, *bene haec ſe habent. Si ſecus, delendum hic Franckii nomen, et ſolius retinendum* HEDIONIS. *add.* Tom. II. p. 172. in not.

*Pag.* 201. *in not. lin.* 8. tempere, *legendum:* tempore.

*Pag.* 217. *in not. lin. ult. poſt* comprobavit, *ſubiice*: Inventum hoc, ab aliis immerito ſibi adſcriptum, Breitkopfio, Lipſienſi typographo debetur, qui illud menſe Februario a. 1755. perfecit, docente FOURNIERIO *Tom. I. du Manuel typographique p.* 50. *ſeq. in not.*

Pag. 220. in not. lin. 11. poſt *Eſtampe.*, ſequentia adiice. Tacere vero hic non poſſum impudens LICIMANDRI, vero nomine JO. CASP. JUNGMICHEL, commentum, qui in *Panegyrico, Tom. II. Monum. typ. Wolfii p.* 596. ſcripſit. *Certum tamen eſt, iam anno a reparata ſalute* DCCCXI. *Carolum Magnum, Germanorum Imperatorem, qui omnia eruditae antiquitatis monumenta ex oblivionis cinere excitavit, leges et ſtatuta veterum, itemque carmina Germanica colligi, rhythmosque ſuos, in Geneſin confectos, ligno inſculpi, hinc vero atramento quodam in membrana et charta deſcribi curaſſe, cujusmodi exemplum in bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi adhuc adſervatur. Hoc autem inventi genus Germanus quidam, Wenceslaus Staude, in itinere ſuo Chinenſibus, nominatim Cataienſibus, prodidit, ad cuius exemplum ſedecim mille figuras ſuas, quarum ſingulae interdum integrum ſermonem referunt, ligno incidere, ac deinde vel in membrana vel in charta deſcribere*

*bere poſſent.* Quum res ipſa incredibilis mihi, fabula tamen e nihilo haud nata videretur, ill. Baronem SENCKENBERGIUM literis adii, ut in eam porro inquireret. Transmiſit ſtatim vir humaniſſimus notitiam ADAMI FRANC. KOLLAR, bibliothecae Caeſareae cuſtodis, in qua ſatis certo ſibi conſtare ſcripſit, ejusmodi opus neque unquam fuiſſe illic, neque nunc exiſtere; atque ita meram hanc eſſe hallucinationem vel potius impoſturam. Nec de iſta Wenceslai Staude erga Chinenſes liberalitate quidquam alibi invenire licuit.

*Pag.* 223. *in not. lin. ult. poſt* Mart. Stockius, *adde*: (imo Schönius)

*Pag.* 224. *in not. lin.* 4. *poſt* prodierunt, *ſubiunge*: quemque hac in parte lapſum ipſe agnovit peritiſſimus Germanus JO. FRID. CHRISTIUS in utiliſſimo opusculo Lipſiae a. 1747. edito ſub tit. *Anzeige und auslegung der Monogrammatum*, ac deinde Gallice verſo ſub tit. *Dictionaire des monogrammes* p. 110. edit. Pariſ. 1754.

*Pag.* 245. *lin.* 17. *poſt verbum* videntur *addatur nota ſequens* (*cr***)

(*cr***) Inter antiquiſſimos e ligno ſculptores ill. SCHÖPFLINUS *Vindic. Cap. I.* §. 6. refert Joannem Muller, vulgo Regiomontanum, qui tamen non ante annum 1471. officinam typographicam Norimbergae erexit, neque tractaſſe unquam manibus caelum, ſed potius uſus eam in rem Michaële Wolgemuth, pictore ac ſculptore, atque inde tabellas ab ipſo ſculptas excudiſſe videtur. Porro Gulielmum Baur, et Fridericum Schott, Argentoratenſes circa a. 1464. opifices, auctoritate JAC. WIMPHELINGII in *epit. rer. German. Cap.* 68. quorum vero nomen in indice Monogrammatum J. F. CHRISTII incognitum eſt. Denique Martinum Schoen, aeque ligneis atque aeneis figuris clarum.

*Pag.* 246. *in not. lin. ult. poſt* cl. HUGO, *ſubiice*: Omitti vero hic non debet inventum tribus tabulis ligneis ſucceſſive adhibitis umbras et lumina figurarum per colores exprimendi. Illud Hugoni Carpio ſeculi XVI. initio tribuit GEORG. VASARI *Vite di pittori Part. III. Vol.* 1. *pag.* 85. *et* 309. edit. Bonon. 1663. quem etiam divini Raphaëlis de Urbino aliorumque delineationes hac expreſſiſſe methodo conſtat; aſt praeiverant ipſi omnino hac in parte Germani, quum JOACH. SANDRARTIO teſte in *Academia artis pictoriae p.* 207. modus hic iam a. 1503. apud Germanos frequenti in uſu fuerit. Imo latuit Sandrartium, ideam hanc deſumtam eſſe ex imprimendi literas maiores coloratas ratione, per Gutenbergium, ut arbitror, inventa, atque a Fauſto Schoefferoque *Pſalterio* anni 1457. jam applicita. vid. FOURNIER *Diſſ. I. p.* 46. *ſeq.* et conf. quae de Gutenbergii ad hoc Pſalterium praeparatis ſcripſimus *Cap. VII.* not. *i.* Ceterum hanc imprimendi rationem, dudum obſoletam, noſtra aetate peritus artifex, Jackſon, Anglus, non reſtauravit modo, ſed et eo promovit usque, ut decem imprimere colores chartae poſſit, idque quatuor modo tabularum beneficio. Sic etenim varias picturas ac delineationes Raphaëlis, Julii Romani, Titiani, aliorumque primae claſſis auctorum excudit, ac varios inſuper regionum proſpectus nativis impreſſit coloribus, quae partim in Italia ſeparatim editae, partim ſplendido CROZATII Syntagmati inſertae ſunt. De ea re vid. *Eſſay on the invention of engraving and printing in chiaro oſcuro, as practiſed by Albert Durer, Hugo di Carpi, etc. and the application of it to the making paper hangings of taſte, duration, and elegance, by Mr. Jackſon, of Batterſea.* Lond. 1754. 4°.

*TOM.*

## *T O M O II.*

*Pag.* 17. *lin.* 3. *pro* 1740. *lege:* 1470.

Pag. 35. in not. lin. 10. poſt verba *Part. I.* p. 232. adiice: JOS. ANT. SAXIUS in *Hiſt. typogr. Mediol.* in *Prolegom. p.* 78. *ſeq.*

*Pag.* 36. *lin.* 13. *pro* RICH. PRYNNE lege: GUIL. PRYNNE.

*Pag.* 37. *in not. lin.* 8. *ſeq. deleantur verba* imo maiore, quam etc. *uſque ad finem illius notae.*

*Pag.* 38. *lin.* 12. Richardi *lege:* Guilielmi.

*Pag.* 39. *lin.* 18. *poſt verba* AENEAS SYLVIUS (*bb*) *ſubiice:* uti etiam a. 1461. hujus frater vel certe agnatus Hugo de Corſelle Praetor fuit urbis Ambiani (*bc*).

(*bc*) Vid. *le Pere* DAIRE *Hiſt. de la ville d'Amiens*, edit. Pariſ. 1757. *Tom. I. p.* 79.

*Pag.* 52. *lin.* 10. *poſt* colonia; adde notam (*af**)

(*af**) Duplicem artis impreſſoriae divulgationem non obſcure indicat JO. TRITHEMIUS in *Chronico Sponheimenſi*, *Append. N.* 30. quum ait: *Primus autem huius artis dilatator fuit poſt ipſum inventorem* (Jo. Gutenbergium) *Petrus Opilionis de Gernsheim.* Itaque Gutenbergius poſt a. 1455. divulgavit artem a ſe inventam literis ſculpto-fuſis, Schoefferus poſt a. 1462. ſuam literis mere fuſilibus imprimendi.

*Pag.* 60. *col. b. lin.* 2. *pro* Nicolaum Beildeck *repone:* Laurentium Beildeck. *Error vero hic in cl.* SCHÖPFLINI *Vindic. Append. p.* 13. *jam occurrit.*

Pag. 69. col. a. lin. 20. poſt verba *Hans Niger;* adde notulam (*b**)

(*b**) Ita edidit cl. SCHÖPFLINUS, forte vitioſi ms. fide; nam inferius *p.* 80. vocatur *Hans IX. jor*, id eſt *Neunjor*, Latine diceres *Novennis.*

*Pag.* 70. *col. b. lin.* 6. *a fine*, *perperam legitur*, (*ut ante in editione* SCHÖPFLINI *p.* 18.) Edixit quoque Gutenberg: Andream Heilman etc. *Repone:* Edixit quoque, Gutenbergium, Andream Heilmann, etc.

Pag. 110. ad calcem ſequentia ſubiice:

*Idem in Dedicatione* PLINII *Hiſtoriae Naturalis, praedicto Pontifici ſummo inſcripta, edit. Romae per memoratos artifices* 1470. *fol.*

Sed age, quid in omnibus hominum inventis tanti unquam fuit, ut cum impreſſorum noſtrorum libraria arte digne conferri et anteferri queat? Quam gloriam aeternus Deus tuae potiſſimum felicitati tribuit, quod alio quoque loco ſcripſiſſe me memini, ut, Te Pontifice maximo, id Romae ſplendoris et utilitatis advexerit, unde ingenia, monumentaque ſapientum nulla unquam in mundi ſenectute peritura, unde futura omnis aetas ſit incredibiliter ſeſe litterarum genere omni excultura. Quae induſtria ſi fuiſſet apud veteres, profecto et PLINII noſtri excellentiſſima alia monumenta, et coeterorum coeleſtium hominum noſtra aetate non deſiderarentur.

Pag. 114. in not. lin. ult. poſt *illuſtrium* adde: Italico ſermone edita.

Pag. 116. in not. lin. 4. poſt *inf. aet.* adde: APOST. ZENO *Diſſert. Voſſiane Tom. I. p.* 256. *ſeq.*

*Pag.* 117. *in not. lin.* 8. *etc. integra periodus a verbis* Erravit etc. *usque ad finem, etſi recte ſeſe habeat, ſic tamen immutanda eſt, atque ab omni criſi vindicanda.* Erravit vero auctor tum in praenomine Gutenbergii, tum in eius loco natali, quem cum domicilii loco confudit. Ceterum ipſi, qui hunc librum excudit, JOHANNI PHILIPPO DE LIGNAMINE, equiti Siculo, Doctori medico, ac typographo Romano, *Chronici Ricobaldini* continuationem deberi exinde liquet, quod hic in dedicatione ad Sixtum IV. Pontif. ipſum quidem Chronicon innuat ab alio exaratum, aſt auctarium (de quo unice hic quaeſtio) ſibi deberi; prouti narrat αὐτόπτης JO. GEORG. ECCARDUS in *Praefat. ad Tom. I. Corporis hiſt. medii aevi*, (cui *Chronicon* hoc cum auctario ex principe editione inſertum) *n.* 17. ubi eum modo Johannem Philippum, modo ſimpliciter Philippum, de Lignamine vocat. Et certe typographus noſter etiam aliis ſcriptis, in propria officina excuſis, inclaruit, quae recenſuit ANT. MONGITOR *Biblioth. Sicula Tom. I. p.* 362. *Chronicon* vero ipſum una cum continuatione mox recuſum fuit Romae typis Joannis Schurener de Bopardia 1476. in 4°. quam editionem in Anglia videre licuit. Diverſus a noſtro fuit PHILIPPUS Siculus, vero nomine DE BARBERIIS, Ordinis praedicatorum, qui varios Theologici argumenti libellos exaravit, atque affini ſuo (non agnato) Joanni Philippo de Lignamine imprimenda dedit; queis addenda ſunt ejus *Chronica virorum illuſtrium*, inſcripta Joanni Alphonſo, eccleſiae Hiſpalenſis Canonico, et Bachalario Locronienſi, atque a. 1475. ſine loci et typographi indicio in 4°. edita. vid. idem MONGITOR *Tom. II. p.* 168. et JO. ALB. FABRICIUS *Lib. XV. Biblioth. med. et inf. Latinit.* Ex quibus patet, haud leviter fuiſſe lapſum JO. DOMIN. MANSI in *Addit.* ad eandem Fabricii *Biblioth. Tom. V. p.* 294. edit. Patavii 1754. dum, injuria reprehendens alios, e cerebro ſuo duos, quaſi diverſos homines, protulit,

Joan-

Joannem Philippum de Lignamine, et Philippum de Lignamine, atque illi ſolum typographiae exercitium, huic vero uni, quem cum Philippo de Barberiis eundem ſtatuit, *Chronicon* (praeter alia ſcripta) deberi contendit.

Pag. 119. in not. lin. 4. poſt *illuſtrium* adde: *Tom. I. pag.* 213.

*Pag.* 120. *ad calcem ſubiiciatur teſtimonium ſequens.*

## N U M. XXI*.

SIMON DE LUCA, *Nicolai fil., impreſſor Romanus in epigraphe Roſarii Juris Canonici, ipſius typis impreſſi Romae* 1477. *fol.* (ao*)

Ingenioſa novam Germania repperit artem,
Quam rapui nuper, ſed meliore modo.

* * *

Germani ſed quae ſtudio invenere priores,
Reddidimus certis haec meliora notis.

(ao*) Hunc locum nobis indicavit SCIP. MAFFEI *Veron. illuſtr. Part. II. col.* 91. edit. Veron. 1732. fol. Simon de Luca ab a. 1471. Romae impreſſit, primum cum Ulrico Hahn, mox ſolus. vid. MAITTAIRE *Annal. typ. Tom. I. p.* 242. *edit.* 2. In ſecundo verſiculo alludit forſan typographus ad furtum Harlemi commiſſum; quaſi dicere voluiſſet, ſe honeſtiore modo ad artis cognitionem perveniſſe, quam Jo. Gensfleiſchium ſeniorem, qui hero illam ſuffuratus fuit. Neſcio autem, an hoc *Roſarium Juris Canonici* idem ſit cum *Repertorio* PETRI DE MONTE, quod ab eodem Simone de Luca excuſum Romae 1476. 2 vol. in fol. teſte JO. DOMIN. MANSI in *ſupplem. ad Bibliot. Lat. med. et inf. aet. Fabricii, Tom. VI. p.* 349.

Pag. 122. in not. lin. 3. poſt verba, *et inf. aet.* ſubiice: APOST. ZENO *Diſſ. Voſſiane Tom. II. p.* 169. *ſeq.*

*Pap.* 129. *ante teſtimonium XXXI. praemittenda ſequentia.*

## N U M. XXX.**

MARCI ANTONII COCCII, *Sabellici*, *teſtimonia.*

A. *Ex Hiſtoria Veneta, Lib. III. Decad.* 8. *edit. Venetae per Andream de Toreſanis* 1487. *fol. ad a.* 1458. *ſub Maripetri principatu.*

Ad hanc et alias illius principatus foelicitates acceſſit, quod librorum imprimendorum ratio tum primum eſt in Italia reperta. Commentum ipſum Germani hominis creditur. Sed quum tota Italia procedente tempore divini operis officinae conſtitutae ſint, ſitque aperta aemulatione inter opifices diligentia et ingenio certatum, (a. 1461.) Nicolaus Jenſon, quem Veneta civitas ſortita eſt, omnes alios in eo genere laudis poſt ſe procul reliquit.

B. *Ex Hiſtoria Univerſali, Lib. VI. Ennead. X. Tomo II. Operis, edit. Venetiis* 1504.

Per idem tempus libraria impreſſio apud Italos vulgari coepta eſt, etc. *vid. ſupr. pag.* 149.

(*bb**) Qui ex priore loco inferre volunt, auctorem typographiae inventionem ex Italia repetiiſſe, (ut verba eius accepit TRITHEMIUS in *Annal. Hirſaug.* ſupr. *N.* 4. *c.*) multum falluntur, eosque alterum SABELLICI teſtimonium refellit. Mens ipſius non alia, quam coepiſſe apud Italos officinas impreſſorias ſub Paſcalis Maripetri principatu, (qui gubernavit ab a. 1457. ad 1462.) ipſum vero commentum, id eſt inventum, deberi Germaniae; etſi vel ſic in epocha translatae ad Italos typographiae lapſus ſit manifeſte, utpote quae demum ſub Paulo II. Pont. Max. anno 1464. vel ſeq. coepit, et a. 1468. delata eſt Venetias, non per Nic. Jenſonem, aſt Johannem de Spira. vid. *epiſt. noſtr. ad* DUCARELLIUM *not. ar.* In altero loco Sabellicus, de typographiae inventae auctore, urbe, ac tempore agens, POLYD. VERGILIUM exſcripſit. add. KÖHLER *Ehrenr. Gutenb. p.* 64. Ceterum ſcriptor noſter, a. 1436. Vicovari natus, a. 1506. deceſſit Venetiis. vid. APOST. ZENUS *in vita* SABELLICI, eius *Hiſtoriae Venetae* praemiſſa in Collectione Hiſtoricorum Venetorum.

*Pag.* 133. *ad calcem addatur ſequens teſtimonium.*

## NUM. XXXVII.*

JOANNES DE HIBERNA ARCE, *in ſubſcriptione Epitomes Apuleii de Mundo, ductu* CONR. CELTIS *edita, Viennae a.* 1497. *in fol.* (*bi**)

Impreſſum per Joannem de Hiberna arce, haud procul ripis Rhe-

Rhenanis et urbe inventrice et parente impreſſoriae artis Moguntiaco feliciter.

(*bi**) Huius loci indicium mihi fecit cl. SCHELHORNIUS in *Amoenit. hiſt. eccleſ. Tom. I. p.* 808. Suſpicor, ipſum CELTEN hanc ſubſcriptionem in gratiam impreſſoris addidiſſe, quum ipſe non abſimilia alibi ſcripſerit. vid. *Probat.* noſtr. *N.* 46.

*Pag.* 149. *integrum teſtimonium* Num. XLVIII. *transferendum eſt ad* Num. XXX**. *et delenda nota integra* (*cd*).

*Pag.* 153. *in not. lin.* 8. Indigitat ſine dubio etc. *usque ad finem ejusdem notae. Delenda haec omnia, et legendum ſimpliciter:* Quum primi apud Italos vulgati libri fuerint LACTANTIUS a. 1465. et S. AUGUSTINUS *de civitate Dei* 1467. hique e monaſterio Sublacenſi prodierint, infero, VOLATERRANUM Romae appellationem latiore accepiſſe ſenſu, ita ut etiam illius iurisdictio (qua Sublacum contineri certum eſt) comprehendatur.

*Pag.* 202. *in fine addatur ſequens teſtimonium.*

## NUM. LXXXVII.*

HENRICUS SPIEGHEL, *Laurentii fil.*, *in Poëmate*, *cui tit. Hertſpieghel*, *Lib. II. vers.* 67. *ſeq.* (*eb**)

*Tot ſpraak en ſchryvens dienſt,*
*(iſt ramp of iſt geluk?)*
*Voor des eeuw, is (God wouts)*
*bedacht de letterdruk.*
*O Haarlems kloeke gheeſt, u lof*
*ſal ewigh flonkren,*
*Al heeft de roem van Ments u*
*faam heel doen verdonkren:*
*Ghi hebt houtſtaefkens eerſt in*
*houtplaats feil gepaſt:* (*eb***)
*En na, met ſnoerkens die (als*
*ſchrift) by een ghetaſt.*

Linguae ſcripturaeque inſerviendi ergo viſum fuit Deo, ut ſeculo praecedente (anne infortunium hoc, an vero felicitas reputari debet?) excogitata ſit ars impreſſoria. Macte Harlemenſis civis ingenioſiſſime! In omne laus tua duratura aevum eſt, tametſi Moguntinenſium gloria famam tuam omnino obſcuraverit. Tu primum ligneos typos, ob vitium

*Maer knechts ontrow won d'eer.*
*Doch iſt waar niet min waarheid,*
*Al derftſe roemgherucht van wijtverbrede klaerheid.*

tabularum e ligno, hunc in finem adaptaſti, moxque filo, ſcripturae obſervato nexu, junxiſti. Perfidus quidem famulus honorem reperti ſibi procuravit. Aſt veritas ipſa, quamquam deſtituta rumore publico paſſimque ſparſo, veritas nihilominus manet.

(*eb**) Teſtimonium hocce non omnino incognitum mihi fuiſſe inde liquet, quod ad PETRI VLAMINGII in eundem notas plus ſemel *Cap. V. et IX. Orig.* provocaverim, quem vero neglexeram iniuria, donec cl. VAN OOSTEN DE BRUYN illius memoriam mihi refricuit in nova deſcriptione urbis Harlemi *Tom. I. p.* 254. Conſiderari certe hic poteſt, ut ſupplementum teſtimonii THEOD. COORNHERTII, (*N.* 52. appoſiti) cui viro quum SPIEGELIUS fuerit familiaris, plusquam probabile eſt, per eum cognoviſſe noſtrum, quae de typorum ligneorum invento, ac nexu fili ope ſcripſit; uti certiſſime poſtremi duo verſiculi e laudato teſtimonio depromti ſunt. Natus vero fuit Spiegelius Amſtelodami a. 1549. ac Senator in urbe patria deceſſit a. 1612. vid. eius vita, auctore Vlamingio, noviſſimae Poëmatum Spiegelii editioni praemiſſa Amſt. 1723.

(*eb***) Ita difficilem hunc locum, qui diu multumque me torſerat, verti, admonitus a v. cl. ADRIANO KLUITIO, haud vulgari veteris linguae Belgicae cognitione praedito, cuique ſermo auctoris noſtri plane familiaris. Mens ergo SPIEGHELII fuit, Harlemenſem Laurentium probe perſpexiſſe, tabulas ligneas, utpote uni tantum operi proprias, exprimendae qualicunque linguae vel ſcripturae plane non inſervire, atque ea de cauſa ſtatim typis e ligno mobilibus fuiſſe uſum: et ſic mirifice confirmantur, quae *Orig. Cap. IX.* §. 10. ſcripſimus. Sanam vero rationem non conſuluit VLAMINGIUS, dum verba *in houtplaats feil* interpretatus eſt *ob inopiam tabulae ligneae*: ut enim re meliori plerumque utimur non ex inopia deterioris, verum ex huius contemtu, ita Laurentius quoque typos ligneos mobiles adhibuit non ob penuriam tabularum, ſed quod illas noſſet perexigui eſſe uſus. Nec melior altera Vlamingii explicatio *adinſtar tabulae ligneae*, quae et verbis ipſis et toti contextui refragatur.

*Pag.* 206. *in not. lin. antepenult. pro verbis*, ut conſtat ex eius epitaphio apud GEORG. FABRICIUM in Romae deſcript. *ſubſtitue*: ſi fides epitaphio illius apud GEORG. FABRICIUM in *Romae deſcript.* vel potius Kal. Auguſti a. 1457. uti rationibus ſatis validis adſtruxit LAUR. MEHUS, apud APOST. ZENUM *Diſſ. Voſſiane Tom. I. p.* 72. *ſeq.*

# DISQUISITIO
## DE
# TRANSLATA IN ITALIAM,
## SPECIATIM SUBLACENSE COENOBIUM,
## ATQUE URBEM ROMAM,
# ARTE TYPOGRAPHICA.

## §. I.

Typographia, poſtquam per varias Germaniae urbes diſperſa esſet, Alpes tandem transiit. De loco autem, quo primum tunc delata, de tempore, atque auctore non convenit inter neotericos, neque, qui hoc argumentum bene extricaverit, inventus a me eſt ullus: quare cogitata mea cum harum rerum curioſis communicaturus actum profecto non agam.

Apponam primum ordine chronologico, more mihi conſueto, teſtimonia veterum, quorum nonnulla fugerunt hactenus aliorum induſtriam, eaque in duas diſtribuam claſſes; queis ſuperſtruendae poſthac erunt ratiocinationes noſtrae.

## §. II.

## TESTIMONIA PRIMAE CLASSIS.

I. Inſtrumenta, ſeu primi libri in Italia editi:

a. DONATUS, ſive Grammatica brevis.

b. LACTANTIUS, in monaſterio Sublacenſi abſolutus die antepenultima Octobris 1465.

c. AUGUSTINUS *de civitate Dei*, iisdem typis, finitus die 12. Junii 1467.

d. CICERONIS *libri de Oratore etc.* eodem charactere.

e. *Eius-*

e. *Eiusdem Epiſtolae ad familiares.* Romae per Conradum Sweynheym et Arnoldum Pannartz 1467.

f. JOH. DE TURRECREMATA *Meditationes*, cum figuris. Romae per Ulricum Han, finitae die ultima Decembris 1467.

II. GASPAR VERONENSIS *Lib. IV. de geſtis tempore Pauli II.* ſcribit: (*a*) *Hac tempeſtate ad ſanctiſſimam Romam quidam iuvenes acceſſerunt, et ii quidem Teutonici, qui* LACTANTIUM FIRMIANUM *de hominis opificio, de Dei ira, nec non contra Gentiles, menſe uno formaverunt, et ducentos huiusmodi libros quoque menſe efficiebant. Quorum artificium narratu perdifficile foret, ſed plurimi omne ipſum cognoverunt; quae fuit magni ingenii inventio. Sed et* AUGUSTINUM *de Dei civitate itidem finxerunt, nec non de Oratore ad Quintum fratrem, et* CICERONIS *Epiſtolas, et vili venumdederunt pretio; ſicque alios codices ſunt formaturi.* Quum autem varii deinde libri a. 1468. Romae prodierint, apparet, haec ſcripta exeunte a. 1467.

III. JOANNES ANDREAS, Alerienſis Episcopus, in *Dedicatione Vol. I. Operum* HIERONYMI, edit. Romae 1468. Paulo II. inſcripta, Nicolaum Cuſenſem, Cardinalem, peroptaſſe tradit, ut haec ſancta ars, quae oriri tunc videbatur in Germania, Romam deduceretur; vota autem eiusdem (die XI. Auguſti 1464. defuncti) (*b*) ſub Pontificatu Pauli II. (qui pridie Kal. Septemb. huiusce anni coepit) (*b**) impleta eſſe: nominans deinde ipſos advectores Conradum Sweynheym et Arnoldum Pannartz. (*c*)

IV. Idem ANDREAS in *dedicatione quintae partis Bibliorum cum gloſſis* NICOL. DE LYRA, edit. Romae 1472. inſcripta Sixto IV. Pontifici, et data 20. Martii illius anni, Conradum Sweynheym

et

(*a*) *Tom. III. Part. 2. Scriptor. rer. Ital.* LUDOV. ANT. MURATORII *p.* 1046. Ceterum Grammaticus hic Romae floruit, fuitque Aldi Romani praeceptor. vid. SCIP. MAFFEI *Veron. illuſtr. Part. II. col.* 81. *et* 122.

(*b*) Vid. ALPH. CIACONIUS *de vit. Roman. Pontif. Tom. II. col.* 975. edit. Romae 1677.

(*b**) Idem CIACONIUS *Tom. II. col.* 1072.

(*c*) Vid. *Probat. noſtr. N.* 6.

et Arnoldum Pannartz vocat *utiliſſimae huius impreſſoriae artis primos in Italia opifices.*

V. Ipſi hi typographi in libello ſupplice, Sixto IV. eodem tempore oblato, ac laudatae epiſcopi Alerienſis dedicationi ſubjecto, ſcribunt: *Nos de Germanis primi tanti commodi artem in Romanam Curiam tuam multo ſudore et impenſa, deceſſoris tui tempeſtate, deveximus. Nos opifices librarios ceteros, ut idem auderent, exemplo noſtro invitavimus. Nos, reliquis propter impenſarum magnitudinem a tanto negotio vel omnino vel maxima ex parte quaſi in ſalebra haerentibus, recentiore animo viribusque geminatis cum ſumma difficultate reſtitimus.* etc. (*d*).

VI. JOH. ANT. CAMPANI (*e*) hexaſtichon in laudem Ulr. Galli, variis eius impreſſionibus ſine anno et loco (ut videtur 1470. vel ſeq.) ſubiectum:

*Anſer Tarpeji cuſtos Jovis, unde, quod alis*
*Conſtreperes, Gallus decidit. Ultor adeſt*
*Uldricus Gallus, ne quem poſcantur in uſum,*
*Edocuit, pennis nil opus eſſe tuis.*
*Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.*
*Ingenio, haud noceas, omnia vincit homo.*

VII. JOH. PHIL. DE LIGNAMINE in *Chronico*, quod a. 1474. Romae edidit, Sixtoque IV. inſcripſit (*f*), ſub pontificatu Pauli II. ad a. ut videtur 1465. haec tradit: *Conradus Suveynheym ac Arnoldus Pannartz, Udalricus Gallus parte ex alia, Teuthones, li-*

(*d*) Integram Epiſcopi dedicationem atque impreſſorum ſupplicem libellum videre eſt in WOLFII *Monumentis typographicis*, MAITTAIRII *Annalibus*, et Card. QUIRINI *libro de primis editionibus Romanis.*

(*e*) De hoc auctore, qui a. 1477. obiit, vid. inter ceteros NICERON *Memoires des hommes illuſtres Tom. II. p.* 268. *ſeq.* JO. ALB. FABRICIUS *Lib. III. Biblioth. med. et inf. Latinit.*

(*f*) De illo ſcriptore diximus in *Addend.* not. *ad. Probat. N.* 16.

*librarii inſignes, Romam venientes primi imprimendorum librorum artem in Italiam introduxere, trecentas cartas per diem imprimentes.*

VIII. DOMIT. CALDERINUS in dedicatione mſ. *Coſmographiae* PTOLOMAEI, Sixto IV. inſcripta anno, ut ſuſpicor, 1476. notum ait Pontifici, a Conrado Germano Romae formandorum librorum induſtriam primum profectam eſſe (*g*).

IX. Similiter Anonymus in edita praefatione laudatae *Coſmographiae* Rom. 1478. eundem Pontificem alloquens ſcribit, a Conrado Suvenheym Germano formandorum Romae librorum artem primum profectam eſſe (*h*).

## §. III.

## TESTIMONIA SECUNDAE CLASSIS.

X. MARC. ANT. COCCIUS, Sabellicus, Vicovarienſis in *Hiſtoria Veneta*, edita a. 1487. narrat ſub principatu Maripetri ad a. 1458., librorum imprimendorum rationem tunc primum apud Italos coepiſſe (*i*).

XI. Idem fere repetiit in *Hiſtoriae univerſalis* parte altera, vulgata a. 1504. ſcribens, eam invectam anno, quo Calixtus III. Papa deceſſit, ac Pius II. illius in locum ſubintravit (*k*).

XII. MICHAEL FERNUS, Mediolanenſis, in *vita* JO. ANT. CAMPANI, inſerta huius *Operibus*, edit. Romae per Eucharium Silber, alias Franck, 1495. *Cum Uldricus quidam Gallicus tunc, qui formas in urbem librarias nuper intuliſſet, interquieſcere illum aſſiduis*

(*g*) Locum integrum appoſuimus in *Not. ad Cap. IX. Orig.* §. 17.

(*h*) Hunc etiam locum videre eſt *l. cit.*

(*i*) Verba ipſa vid. in *Addend. ad Probat. N.* 30**.

(*k*) Vid. *Probat.* noſtr. *N.* 48.

*aſſiduis emendationibus non permitteret, remque litterariam ex magnis difficultatibus inopiaque ad ingentem ubertatem glorioſiſſimo illo et divino opificio evocaret, in illum jocatus carmen hoc edidit:* Anſer Tarpeji etc. *quando illius impreſſiones ſcribendi neceſſitatem pennarumque uſum ſuſtuliſſe viderentur.*

XIII. POLYD. VERGILIUS, Urbinas, *lib. de inventoribus rerum*, edito 1499. ſcribit, anno 1458. quendam Conradum, hominem Germanum, artem Romam primo in Italiam attuliſſe (*l*).

XIV. JAC. WIMPHELINGIUS, Seleſtadienſis, in *Epitom. rer. German.* edit. 1505. *Cap. 65. Praeterea Ulricus, cognomento Han, ſub idem fere tempus formas librarias, rem inauditam, nec unquam Romanis viſam, Romam attulit:* adjiciens deinde CAMPANI carmen (*m*).

XV. RAPHAEL MAFFEUS, Volaterranus, in *libris Commentariorum urbanorum*, edit. Rom. 1506. ſcribit, auctores typographiae, duos e Germania fratres, Romae coepiſſe a. 1465. primosque omnium AUGUSTINUM *de civitate Dei* et LACTANTIUM prodiiſſe (*n*).

XVI. Epitaphium Heidelbergae poſitum Joanni a Laudenbach, qui deceſſit die S. Stephani (26 Decemb.) 1514. hunc primos Romae libros impreſſiſſe declarat (*o*).

§. IV.

(*l*) Ibid. *N.* 43.

(*m*) Locum integrum videre eſt *Tom. I. Monum.* WOLFII *p.* 174. *ſeq.*

(*n*) Vid. *Probat.* noſtr. *N.* 53. ubi in *Not.* addi velim, RAPHAELEM MAFFEUM natum fuiſſe a. 1450. patre Gerardo, ac deceſſiſſe 8. Kal. Feb. 1521. ut conſtat ex eius epitaphio apud LAUR. SCHRADERUM in *Monum. Italiae fol.* 92.

(*o*) Apud NATH. CHYTRAEUM in *Delic. varior. itin. p.* 307. edit. ſecundae 1599.

*Hans von Laudebach iſt mein nam,*
*Die erſten bücher truckt ich zu Rom.*
*Bitt vor mein ſeel, Gott gibt dir lohn.*
*Starb 1514. auff Sanct Steffan.*

## §. IV.

Liceat vero in anteceſſum circa horum teſtimoniorum pretium pauca haec, ut vocant, principia, ceu axiomata, lectori ob oculos ponere.

1. Primae claſſis teſtimonia habenda ſunt omni exceptione majora, quippe exarata ab auctoribus de re ſua aetate, imo recens, et in regione, ubi ſcribebant, idque publice ac in conſpectu populi geſta; et maximam partem ipſi Romano Pontifici relata. Quumque igitur praeſumi haud poſſit, quendam ex illis hac in parte fuiſſe lapſum, multoque minus decipere alios voluiſſe, conſequens eſt, ea, ſi quaedam appareat antinomia, quovis concilianda eſſe modo.

2. Ipſis Sweynheymio Pannartzioque, etſi teſtibus in re propria, fides hic derogari non poteſt, quum ſcripſerint ipſi Pontifici maximo *de re huic nota*, et quidem dum illius implorarent patrocinium. Anne vero id obtinuiſſent impudentiſſimo mendacio?

3. Secundae claſſis teſtimonia, quum ſcripta fuerint non paulo ſerius modo, ſed etiam ab alius regionis incolis, tantae auctoritatis non ſunt. Unde in pretio duntaxat habenda, ubi vel novi aliquid docent, vel praecedentia confirmant: rejicienda, quando cum prioribus pugnant.

## §. V.

Sed ad ipſum nos tandem convertamus argumentum. Typographiam ergo ſub Paulo demum II. e Germania ad Italos delatam non obſcure ANDREAS ALERIENSIS *Teſtim. III.*, clarius vero JO. PHIL. DE LIGNAMINE *Teſt. VII.* ſcripſere. Illius vero Pontificatum anno demum 1464. vergente coepiſſe conſtat. Unde falſi vel erroris convinci poſſunt illae librorum trans Alpes editorum

rum ſubſcriptiones, quae vetuſtiorem anno 1464. epocham indicant, prout accidit in *Decore puellarum*, Venetiis typis Nicolai Jenſon 1461. (*p*) *Ptolomaei Coſmographia*, Bononiae per Dominicum de Lapis 1462. (*q*) ut alias mittam. Notandum illud eo magis hic fuit, quoniam vitioſa illa Jenſonis ſubſcriptio jam olim SABELLICUM movit, ut hujus typographi impreſſiones ad a. 1461. collocaret, indeque origines artis apud Italos ad a. 1458. retrotraheret, quem errorem ſecutus eſt POLYD. VERGILIUS, atque hoc duce alii bene multi.

## §. VI.

Aſt propius jam inquirendum eſt, quaenam Italiae regio artem primum receperit. Et ſane tuto ex allatis teſtimoniis inferre mihi videor, factum hoc in Statu eccleſiaſtico, et quidem ea parte, quae vulgo *La Campagna di Roma*, ſeu *ager Romanus* vocatur. Si vero de ipſo loco quaeſtio, duo in hoc tractu ſiti ſeſe offerunt, qui jam mature et ante ceteras Italiae urbes dedere typographiae azylum; Sublacenſe ſcil. Coenobium, (duobus ab oppido cognomine milliaribus diſſitum) atque urbs Roma. Utri ergo concedemus primitias? Pro laudato monaſterio manifeſte pugnat

(*p*) De hoc libro jam diximus in *Epiſt. ad* DUCARELLIUM not. *ar*.

(*q*) Abſurditatem hujus epochae evincit, quod ante indicem tabularum, quae ipſi operi inſertae, ſcribatur, PHILIPPUM BEROALDUM extremam emendationi manum impoſuiſſe, et PLINII, STRABONIS, reliquorumque id genus ſcriptorum Geographiam cum PTOLOMAEO contuliſſe. Beroaldus vero quum natus fuerit a. 1453. (vid. *Probat.* noſtr. *N.* 42. in *not.*) eum nono aetatis anno tam difficile opus abſolviſſe ſtatuere ridiculum eſt. Atque haec ratio addi illis poteſt, quas congeſſit GEORG. MART. RAIDELIUS in *Comm. de Ptolomaei Geographia Cap. VI.* §. 2. qui non injuria exiſtimat pro 1462. hic ſubſtituendum 1482. Quum vero plures ejuſmodi falſas ſubſcriptiones in libris veteribus detexerim, naſcitur mihi ſuſpicio, an non typographi iſti gloriae cupidi id conſulto fecerint, ut ita poſteritati imponerent, quaſi primi omnium in regionem aliquam, vel ſaltem urbem intuliſſent artem.

pugnat epocha abſoluti LACTANTII 29 Octob. 1465. quam ab omni errore liberat adjectum tempus atque conſentiens tum Pontificatus Pauli II. tum indictionis (*r*). Haec vero non tantum Romanis editionibus hucusque notis biennio vetuſtior eſt, ſed etiam quatuordecim modo menſibus ab adſcenſu ſedis laudati Papae remota. Unde, ſi conſideremus, debito temporis ſpatio fuiſſe opus ad totius apparatus impreſſorii conſtructionem, indeque ad integri voluminis forma majore deſcriptionem, ne praeſumtioni quidem locus eſt, intra hoc intervallum vel Romae vel ullibi in Italia alium librum praeceſſiſſe (*s*). Nec refragantur ſcriptores allati, dum *Romae* primum coepiſſe artem indicant; modo

(*r*) En ſubſcriptionem integram ex authentico a nobis deſcriptam: *Lactantii Firmiani de divinis inſtitutionibus adverſus gentes libri ſeptem. nec non ejuſdem ad Donatum de ira Dei liber unus. una cum libro de opificio hominis ad Demetrianum finiuntur. ſub anno Domini* M. CCCC. LXV. *Pontificatus Pauli Papae* II. *anno ejus ſecundo. Indictione* XIII. *die vero antepenultima menſis Octobris. In venerabili monaſterio Sublacenſi. Deo gratias.*

(*s*) Fruſtra igitur JOS. ANT. SAXIUS in *Proleg.* ad *Hiſtor. literar. typogr. Mediol. p.* 87. *ſeq.* perſuadere nobis voluit, editionem Mediolanenſem Hiſtoriae Auguſtae ſcriptorum anni 1465. a SALMASIO (in notis ad ſuam editionem Pariſ. 1620. *pag.* 1.) olim citatam, ſed quam cum vera anni 1475. perturbatam merito aliis viſum, genuinam eſſe, eamque a Sweynheimio ac Pannartzio excuſam, priusquam ſeſe in Monaſterium Sublacenſe conferrent. Quam ſententiam, ea de cauſa a Saxio propugnatam, ut patriae urbi Mediolano velificaretur, operae pretium eſt, ut explodamus, ne literatiſſimi viri auctoritas poſthac alios decipiat. Eam vero in rem tria haec notaſſe ſuffecerit. Primum, quod talis editio poſt Salmaſium nemini viſa ſit, tametſi noſtro ineunte ſeculo maximi et labores et ſumtus impenſi fuerint in conquirendas auctorum claſſicorum vetuſtiſſimas editiones, cumprimis per Celſiſſ. Principem EUGENIUM A SABAUDIA, itemque per quatuorviros, illuſtriſſimos in Anglia muſagetas, WILHELMUS CAVENDISH Ducem Devoniae, CAROLUM SPENCER Comitem Sunderlandiae, THOMAM HERBERT Pembrokiae Comitem, ac EDUARDUM HARLEY Comitem Oxoniae. Deinde, quod nullus liber Mediolani editus, de quo certo conſtat, notus hucusque ſit, anno 1470. vetuſtior, obſervante etiam MAITTAIRIO *Tom. I. Annal. typ. p.* 349. *edit.* 2. Tandem, quod lectiones ex hac editione a Salmaſio prolatae, uti ipſe animadverti, omnino conſentiant cum illa, quae partem conſtituit variorum Hiſtoriae Romanae Scriptorum, typis Philippi de Lavagna, impreſſoris Mediolanenſis a. 1475. in fol. ac noſtram quoque ornat bibliothecam. Haec

modo ſub ea appellatione non ipſam duntaxat urbem ſed et illius jurisdictionem, adeoque Campaniam Romanam comprehendas. Certe loquendi haec ratio ea aetate non inſolita. Teſtes mihi auctores duo coaevi, ambo editores Lactantii. Alter enim, isque anonymus, ad calcem editionis Venetae 1471. ſcripſit. *Preſſerat hunc primo mundi caput inclyta Roma: Poſt Regina premit nempe colenda maris.* Alter vero, ANGELUS CNEUS, poëta laureatus, in dedicatione editionis ipſa in urbe capitali excuſae typis Ulr. Galli et Sim. Nicolai de Luca 1474. dum ad anteriores provocat Lactantii impreſſiones, addit, eas a pluribus et ſaepius factas tam Romae quam Venetiis (*t*). Neuter autem ignorare

Haec vero editio, quod notandum, commodam in tres partes diviſionem patitur: In limine enim occurrit SUETONIUS cum praefatione BONI ACCURSII Piſani; ſubjecta ad calcem notula: *Mediolani impreſſum per Magiſtrum Philippum de Lavagnia* 1475. *die* 20 *Julii.* Deinde poſt folia quaedam vacua ſuccedunt ſex notiſſimi *Hiſtoriae Auguſtae Scriptores*, praemiſſo brevi de Imp. Nerva ac Trajano libello: atque huic parti licet nulla ſubjiciatur epigraphe, dubitandi tamen haud locus eſt, quin eodem anno 1475. prelo exierit, quum non modo typus et charta ejusdem formae ſit, atque per totum porro opus, verum etiam BONUS ACCURSIUS in *Praefat.* aeque de hiſce ſcriptoribus, ac de ceteris huic ſyntagmati inſertis, loquatur. Poſt folium denique vacuum agmen voluminis claudunt EUTROPIUS ac PAULUS DIACONUS cum ſequenti ſubſcriptione: *Informatum eſt hoc opus per Magiſtrum Philippum de Lavagna anno a nativitate Chriſti* M. CCCC. LXXV. *undecimo Kalendas Januarias Mediolani.* Hanc ipſam ergo editionem quum ante oculos habuerit Salmaſius, alterutrum neceſſe eſt, aut ut ſyntagma hoc integrum amici ſui JURETI beneficio inſpexerit, aut ſolam partem ſecundam, ſcil. *ſex Hiſt. Aug. ſcriptores* anni loci et typographi indicio deſtitutos: (quale exemplum, in auctione librorum Henr. Juſtice Hagae anno 1763. vergente divenditum, cum meo integerrimo conſentire deprehendi) Priore caſu verum impreſſionis tempus ignorare non poterat, atque ita lapſus memoria eſt vir ſummus, dum memoratam editionem ſcripſit totis viginti quinque annis Veneta anni 1490. anteriorem. Poſteriore metuo, ne inciderit in exemplar, cui, quum anni nota deeſſet, falſarius ſive manu ſive typo annum 1465. ſubjecit, ut accidiſſe alibi obſervavi in not. *x.* ad *epiſtolam* DUCARELLII, cui nunc etiam addam exemplum editionis TERENTII, absque die et conſule olim impreſſae, verum quod anni 1469. indicio ab impoſtore inſignitum in bibliotheca Petaviana et Manſartiana (Hagae a. 1722. diſtracta) Fol. N. 1297. pretio 499. florenorum emtum fuit Sunderlandiae Comiti, in cujus theſauro literario Blenhemiae illud non ſine indignatione conſpexi.

(*t*) Vid. MAITTAIRE *Tom. I. Annal. typogr. p.* 306 *et* 333. *edit.* 2.

rare poterat, principem auctoris editionem prodiiſſe Sublaci, quippe ea aetate perquam recentem.

## §. VII.

Circa annum hujus tranſlationis ſcrupuloſo examine haud opus erit. Manifeſtum quippe ex antecedentibus, id neque citius, quam extremo anno 1464., neque ſerius, quam initio ſequentis, fieri potuiſſe. Poſteriorem tamen epocham praeferimus auctoritate RAPH. VOLATERRANI *Teſt. XV.* qui de Roma loquens pariter Campaniam Romanam intellexit. Ita, quum expeditiſſimi eſſent illi opifices, (vid. *Teſt. II.*) decem fere menſium ſpatio et apparatum ſuum conſtruxerunt, et abſolverunt LACTANTIUM, juſtae molis opus.

De artificum nomine res apertiſſima ex JOANNE ANDREA, qui *Teſt. III.* et *IV.* typographiam a Conrado Sweynheym et Arnoldo Pannartz primum in Italiam, et quidem Romam (ſeu agrum Romanum) advectam tradit (*u*). Unde quum Sublacenſe coenobium primum arti receptaculum dederit, illic ſtatim deſcendiſſe Conradum Arnoldumque conſequens eſt; tametſi libris iſthic editis nunquam appoſuerint nomen. Laudabile profecto hoc Coenobitarum conſilium fuit, qui quum Teutonici eſſent (*x*), et de praeclaro ſuae nationis invento probe inſtructi, duobus e Germania opificibus praeſtantiſſimis hoſpitium praebuere. Lapſus vero hac in parte non leviter idem Volaterranus eſt, dum ipſis chalcographiae inventoribus, duobus e Germania fratribus (utrique Jo. Gensfleiſchio) hoc tribuit, prout alibi jam obſervavimus (*y*).

§. VII.

(*u*) Forte Conradus primus illic advenit, ut innuere videntur CALDERINUS, et anonymus, *Teſt. VIII. et IX.* eique mox comitem ſeſe Arnoldus dedit.

(*x*) Id ſibi conſtitiſſe ſcribit Eminentiſſ. Card. QUIRINI *Lib. ſing. de primis edit. Rom. p.* 75. edit. SCHELHORN.

(*y*) Vid. *Orig. Cap. VII.* §. 9.

## §. VIII.

Opera in iſthoc monaſterio impreſſa *Teſt. I.* jam enarravimus, quod tamen paucis illuſtrare juvabit.

Primus ergo omnium *Donatus* fuit, excuſus pro puerulis. Hanc quippe editionem reliquis omnibus praeceſſiſſe, et trecentis vulgatam exemplis e Conradi Arnoldique teſtimonio conſtat (z). Omnibus illa hactenus ſeſe ſubduxit bibliographis, quanquam eminentiſſ. Cardinalis QUIRINI ex relatione Romani cujuſdam bibliopolae ſcribat, ipſum hanc aliquando poſſediſſe, diligenterque obſervaſſe, eam non quidem mobilibus formis impreſſam fuisſe, ſed ligneis tabellis viſcido quodam atramento imbutis, quarum ſingulae ſingulis foliis aptatae noſcebantur (*aa*). De loco impreſſionis conſtitiſſe bibliopolae, neque Sublacenſem Donatum cum Moguntino confuſum ab ipſo ſperaverim. Certe vera eſſe poteſt haec circumſtantia, quum diu etiam poſthac Grammatica iſta apud Belgas ligneis tabulis excuſa fuerit (*aa**), atque adeo ſuſpecta reddi a SCHELHORNIO non debuit (*ab*).

Succeſſit mox LACTANTIUS, abſolutus, ut diximus, menſe Octobri vergente anni 1465.

Hunc inſecutus eſt AUGUSTINUS *de civitate Dei*, finitus die 12. Junii 1467. qui etſi locum impreſſionis non prodat, iiſdem tamen cum Lactantio excuſus eſt typis, MAITTAIRIO teſte (*ac*); uti et mihi viſum, quum in exquiſita Sunderlandiae Comitis bibliotheca a. 1759. hunc librum evolverem; quemque in lauda-

to

(z) In indice enim operum, libello ſupplici ad Sixtum IV. inſerto, primo loco nominantur ab iis *Donati pro puerulis, ut inde principium dicendi ſumamus, unde imprimendi initium ſumpſimus, numero trecenti.* CCC.

(*aa*) *Lib. ſing. de primis edit. Rom. p.* 234.

(*aa**) Vid. *Orig. Cap. IX.* §. 13.

(*ab*) In *not.* ad *d. l.* QUIRINI *p.* 233.

(*ac*) *Annal. typ. Tom. I. p.* 277. *edit.* 2.

to etiam coenobio excuſum ſubſcriptio Lactantianae ſimillima confirmat (*ad*).

Addere tandem liceat CICERONIS *libros de Oratore*, (ſubjectis, ut ſuſpicor, *Bruto*, et *Oratore ad Brutum*) eodem quippe adhuc charactere editos, licet anni, loci, et artificis nota deſtitutos, prout teſtes ſunt MAITTAIRIUS, atque auctor *bibliothecae Harleianae Catalogi* (*ae*).

Plures Sublacenſibus literis impreſſi libri nec cogniti ſunt, nec memorantur uſpiam. Imo poſt edita Auguſtini ac Ciceronis ſcripta non diu in hoc coenobio morari artifices noſtri potuere, quum ante exitum anni 1467. jam librum juſtae molis vulgaverint ipſa in urbe Roma.

## §. IX.

Mirifice haec omnia confirmantur partim ipſorum artificum, partim aliorum teſtimoniis.

Alerienſis epiſcopus in dedicatione LACTANTII, in urbe Roma a. 1470. per eosdem Sweynheimium ac Pannartzium vulgati, Paulo II. inſcripta teſtatur, hunc auctorem ab iis opificibus *ſemel iterumque* impreſſum prius fuiſſe; quod falſum eſſet, niſi aeque Sublacenſem a. 1465. ac Romanam a. 1468. illis adſcribas (*af*).

Ipſi

(*ad*) Juvabit eam hic apponere integram, qualis a cl. SCRIVERIO *Laurecrans p.* 73. et GUIL. FRANC. DE BURE *Bibliogr. inſtructive*, *Vol. de Theol. N.* 324. ad authenticum deſcripta eſt; maxime quum hoc neglexerit MATTAIRIUS *d. l. Aurelii Auguſtini doctoris egregii atque epiſcopi Ypponenſis de civitate Dei liber viceſimus ſecundus explicit contra paganos: ſub anno a Nativitate Domini* M. CCCC. LXVII. *Pontificatus Pauli Papae ſecundi, anno ejus tertio, regnante Romanorum Imperatore Frederico, Indictione* XV. *die vero duodecima menſis Junii. Deo gratias.* GOD. AL.

(*ae*) Vid. ille *Tom. I. Annal. p.* 763. *edit.* 2. hic *Vol. I. Catal. N.* 5016.

(*af*) Id ante me Card. QUIRINI jam monuit *lib. ſupr. cit. p.* 80. ubi ipſam JOANNIS ANDREAE praefationem legere eſt.

Ipſi excuſores noſtri in libello ſupplice ad Sixtum IV. a. 1472. dum indicem exhibent operum a ſe editorum, jungunt ei exemplarium numerum, qui pro quolibet unius editionis tomo eſt 275. (ag) ſi *Donatum*, *Speculum vitae humanae*, *Defenſionem Platonis*, et PLINII *Hiſt. Nat.*, ſingula 300. exemplis edita, excipias. Itaque LACTANTII enumerant 825. exemplaria, utpote tribus a ſe vicibus editi, Sublaci a. 1465., Romae a. 1468. et 1470. (ah). AUGUSTINI totidem quoque exempla, innuentes tres ſuas editiones, Sublacenſem a 1467. ac Romanas a. 1468. et 1470. (ai). Denique CICERONIS *Lib. de oratore* exemplaria 550. ſcil. pro editione Sublacenſi, itemque Romana anni 1469. (ak).

GASPAR VERONENSIS *Teſt. II.* tres priores libros Romae (i. e. in Campania Romana) editos eodem recenſet, quo factum a nobis, ordine, eisque quartum mox addit, nempe *Ciceronis Epiſtolas*, ſed hunc jam in ipſa urbe capitali editum.

His tandem adſtipulatur VOLATERRANUS *Teſt. XV.* duo priora nominans opera, vulgata Romae (intellige eodem ſenſu), ſed illa quidem ordine praepoſtero. Neuter vero horum *Donati* meminit, utpote ſpeciminis in gratiam tyronum editi, et ad tabellarem impreſſionem ablegandi.

§. X.

(ag) Bene hoc cl. SCHELHORNIUS obſervavit in *not. ad dict. lib.* QUIRINI *p.* 230. Hinc GASP. VERONENSIS *Teſt. II.* rotundo numero uti volens ducentis exemplaribus libros ab his impreſſoribus excuſos ſcripſit, at JO. PHIL. DE LIGNAMINE *Teſt. VII.* de trecentis loquens ad *Donatum* et reliquos tres a me hic memoratos reſpicit.

(ah) Tres hae editiones in bibliotheca noſtra locum occupant. Utramque Romanam, quam FABRICIUS aliique non niſi ſubſcriptione tenus diverſam crediderunt, reapſe differre bene obſervatum eſt in *Prolegom.* LACTANTII, per NIC. LENGLET DU FRESNOY editi, *Tom. I. pag.* 37. Et certe variant illae non modo in paginarum diſpoſitione, ſed et in correctione, quum poſtrema a. 1470. a JO. ANDREA recognita priori ſit emendatior.

(ai) Priorem Romanam editionem a. 1468. ipſi quoque poſſidemus.

(ak) Cl. SCHELHORNIUS in *not. ad lib. ſing. Card.* QUIRINI *pag.* 231. quod editionem huius libri Sublacenſem haud noſſet, ejus loco ſubſtituit alteram Romanam per Conradum Arnoldumque a. 1471. impreſſam, quae vero eſt imaginaria.

## §. X.

Omnes hi Sublacenſes libri characteribus excuſi fuere propemodum Gothicis, aſt ſummae elegantiae. Graecorum non ſufficiens typographis videtur initio fuiſſe copia (*al*): unde in LACTANTIO, qui ſolus mihi ad manus, pleraeque, ſaltem longiores, ſententiae Graecae calamo ſunt additae, vacuo ſpatio ad id ab impreſſoribus relicto; poſt medium vero operis omnes impreſſae jam apparent. Chartae genus perpulchrum eſt, marginesque ampliſſimi. Atramentum quidem ſummae nigredinis, aſt ea ipſa de cauſa, ut arbitror, nimia laborans craſſitie (*am*).

Impreſſi vero fuiſſe videntur expenſis monaſterii, totusque proinde apparatus huic fuiſſe proprius (*am**); unde ex quo Conradus Arnoldusque Sublaco valedicto Romam ſeſe contulerunt, alio plane et typi et chartae genere, minus profecto, ut collatio me docuit, elegante, uti coeperunt.

## §. XI.

Ordo jam exigit, ut artificum noſtrorum acta in ipſa urbe capitali propius contemplemur. Ibi etenim eodem adhuc, quo Sublaci impreſſerant, anno 1467. publicarunt CICERONIS *Epiſtolas ad*

(*al*) Uti Latinus character editionum Sublacenſium diverſus eſt ab eo, qui Moguntiae adhibitus fuerat, ita et in Graeco etiam notabilis utrobique differentia eſt, ut conſtitit mihi ex ſententiis Graecis, quae tum in *lib.* CICERONIS *de Officiis* et *Paradoxis*, Mogunt. per Jo. Fuſt et Petr. Schoeffer 1465. tum in LACTANTIO Sublacenſi obviae ſunt.

(*am*) Add. *Orig.* noſtr. *Cap. I.* not. *z.* et *ac.*

(*am**) Quod igitur de ſumtibus in libros collatis narrant artifices in *libello ſupplici ad Sixtum* IV. extendendum haud videtur ad paucos illos, quos Sublaci excuderant; tametſi hos quoque enumeraverint, ut ingentem exemplarium a ſe excuſorum numerum Pontifici ob oculos ponerent.

*ad familiares*, additis non ſolum anno ac loco, ſed et nomine (*an*). Aſt, quum die ultima menſis Decembris ipſiſſimi anni Ulricus Hahn, (Latine Gallus) Ingolſtadienſis patria, civis Viennenſis (*ao*), iſthic vulgaverit *Meditationes Cardinalis de* TURRECREMATA, quae editio a me primum indicata, (*ap*), quaeſtio jam oritur, utrius prela exerceri illic primum coeperint. Et certe, quum fingi vix poſſit, Sweynheimium ac Pannartzium opus ſuum eodem cum Ulr. Gallo vulgaſſe die, ultro agnoſcimus, illos huic in publicatione anteceſſiſſe. Verum, an inde concludemus legitime, illis etiam in erectione officinae dandas primitias? Dixeris, ſi a veroſimili quaeſtio pendeat, ita videri; operam quippe utriusque fuiſſe eandem tum in fabricandis novis characteribus, et conſtructione apparatus impreſſorii, tum in impreſſione libri juſtae molis. At me aegre habebis aſſentientem. Conradus enim Arnoldusque ſeſe jam per duos tresve annos in hac arte certiſſime exercuerant Sublaci, imo tantopere jam evaſerant periti, ut GASP. VERONENSI *Teſt. II.* indice, unius menſis ſpatio librum deſcriberent: Udalr. Gallus forte novus erat typographus, cui tanta feſtinatio cum dexteritate conjuncta tribui haud poteſt. Sed, quod magis ſtringit, illi ad Ciceronis *Epiſtolas* imprimendas non niſi typographico apparatu operariisque indige-

(*an*) En ſubſcriptionem integram:

> *Hoc Conradus opus Suveinheim ordine miro,*
> *Arnolduſque ſimul Pannartz, una aede colendi,*
> *Gente Theotonica Romae expediere Sodales.*
> *In domo Petri de Maximo.*
> MCCCCLXVII.

(*ao*) Id de ſe ipſo teſtatus eſt Gallus in quorundam librorum ſubſcriptionibus, vid. MAITTAIRE *Annal. typ. Tom. I. p.* 350. Unde multum lapſi ſunt MICH. FERNUS et JAC. WIMPHELINGIUS, qui typographum noſtrum natione Gallicum crediderunt; errore nato ex male intellecto CAMPANI carmine *Teſt. VI.*, qui ad nomen, non vero nationem Ulrici Hahn alluſerat.

(*ap*) Vid. ſubſcriptio *Orig. Cap. IX.* §. 14.

digebant: hic vero ad *Meditationes* Cardinalis icones permultas in opere hoc obvias (*aq*) aut ipſe aut per alios ligno ſculpere debuit, quod paucorum menſium ſpatio potuiſſe perfici quis credat? (*ar*) Unde ſi fingas modo, Udalricum plusquam ſemeſtri ſpatio in id incubuiſſe, jam recurrimus ad menſem Junium anni memorati 1467. quando Conradus Arnoldusque Sublaci adhuc librum edidere, prout modo vidimus. Adde, quod non liqueat, opus laudati eccleſiae antiſtitis primum fuiſſe Galli foetum, quum varios ſubinde libros is absque die et conſule excuderit (*as*), quorum uti aetas incerta, ita unus alterve praecedere potuit.

## §. XII.

Aſt videamus, quid hac in parte e teſtimoniis veterum elici poſſit. Sweynheimium ac Pannartzium ab Epiſcopo Alerienſi *Teſt. III.* et POLYD. VERGILIO *Teſt. XIII.* primos nuncupari Romae typographos jam obſervavimus. Aſt falleris, ſi id favere cauſae eorum arbitreris in lite praeſenti. Certum enim, auctores hoſce de ea loqui Roma, ubi ars ad Italos transvecta primum fixit ſedem, adeoque de jurisdictione urbis. Nec alium ſenſum tribuo ipſis artificibus *Teſt. V.* quum Sixto IV. Pont. narrarunt, primos ſe artem impreſſoriam in *Romanam curiam* devexiſſe

(*aq*) Id teſtatur auctor *Catalogi bibliothecae Harleianae Vol. III. N.* 1538. de editione anni 1473. quae ad hanc priorem a. 1467. facta eſt.

(*ar*) Conradus Sweynheim integrum triennium impendit ad ſeptem et viginti mappas Geographicas aeri incidendas. vid. *Orig Cap. IX.* §. 17. Utrum opus vero longius tempus deſideraverit, judicare non poſſum, qui TURRECREMATAE librum nunquam vidi

(*as*) Nonnullos memoravit MAITTAIRIUS *Annal. typogr. Tom. I. p.* 292. edit. 2. qui male eos ſub anno 1470. collocat. Sed et alios quoque his addere ex bonae notae catalogis liceret.

vexiſſe (*at*). DOM. CALDERINUM vero, et anonymum *Teſt. VIII.* et *IX.* ſi accepiſſe ſenſu proprio Romae appellationem conſtaret, teſtati hi modo fuiſſent, artem formandorum librorum a Conrado Arnoldoque primum profectam eſſe, id eſt, eos in publicatione librorum praeiviſſe ceteris; neutiquam vero, eos primum illic inſtruxiſſe officinam. Sane nullus auctor vetuſtus diſerte ſcripſit, Conradum Arnoldumque primos hanc artem in ipſam urbem Romam induxiſſe. E contrario non deſunt teſtimonia, quae Ulrico Gallo faveant. CAMPANUS certe *Teſt. VI.* non obſcure ſignificavit, eum docuiſſe urbis Romae incolas (*au*), pennis jam non amplius, verum typis ad libros deſcribendos opus fore: ſenſu optimo, ſi per eum edocti primum artem fuerint; nullo, ſi hanc jam cognoviſſent per alium; quare haec verba recte intellexit tum MICH. FERNUS, tum JAC. WIMPHELINGIUS, *Teſt. XII.* et *XIV.* dum ad hoc carmen provocantes Ulrico primas in urbe Roma dederunt. Hac etiam de cauſa ipſe Ulricus variis libris ſubſcripſit, ſe eos *non atramento plumali, calamo, neque ſtylo aereo, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu characterizandi effigiaſſe ad Dei laudem* (*ax*); quod moris erat iis potiſſimum typographis, qui primi in urbe aliqua officinam erexerunt (*ay*). Illud vero imitatus quoque eſt Arnoldus Pannartz, poſtquam Sweynheimius operas abdicavit

(*at*) *Curia* certe *Romana* hic proprio ſenſu accipi non poteſt pro aula ſeu palatio Pontificis, i. e. aedibus Vaticanis: nam typographia Vaticana erecta demum eſt ſeculo XVI. exeunte ſub Sixto V. Pontif. vid. inter alios CIACONIUS *Tom. IV. Vit. Pontif. col.* 128.

(*au*) Patet hoc ex frigida Poëtae alluſione ad Capitolium Romanum a Gallis obſeſſum, ab anſeribus liberatum: cujus ultor fuerit Ulr. Gallus, docens Romanos, pennis anſerum non opus fore amplius.

(*ax*) Vid. in editione VIRGILII per Udalr. Gallum et Sim. de Luca 1473. ac deinceps.

(*ay*) Add. Orig. *Cap. VII.* not. *ad.*

vit (*az*), idem ſibi jus eſſe credens ob typos primum in Italiam advectos.

## §. XIII.

Sed reſtat magni pretii teſtimonium, quod me movet, ut credam, perquam mature in urbe Roma fixiſſe ſedem Ulricum; imo brevi, poſtquam Conradus Arnoldusque prelum erexerant Sublaci. JOANNES enim PHILIPPUS DE LIGNAMINE *Teſt. VII.* ſub una eademque epocha, quae illic videtur eſſe a. 1465., utriusque officinae dominos conjungit, teſtaturque, primos imprimendorum librorum artem in Italiam induxiſſe. Quid ergo obſtat, quominus Ulricus ſeſe jam tranſtulerit in urbem principem exeunte anno 1465. vel ineunte 1466. Num incoeperit operas a libro quodam vel plane adhuc ignoto, vel noto quidem, ſed abſque die et conſule emiſſo, quis dixerit? Ad *Meditationes* ſaltem Cardinalis TORQUEMADAE deſcribendas non modo, ſed et exornandas tabulis, ego ad minimum anni integri vel ſeſquiennii ſpatium ipſi impertiverim (*ba*). Illam vero conjecturam meam celare lectores haud debeo, quod hoc ipſum opus in cauſa fuiſſe videatur, cur Conradus Arnoldusque Sublacenſi tandem coenobio valedixerint. Torquemada enim quum ipſius monaſterii eſſet adminiſtrator (*bb*), atque ad libri ſui impreſſionem praetuliſſet Gallum, forte quod hunc in iconum vel ſculptura vel impreſſione magis peritum crederet, infenſi evaſerunt Conradus Arnoldusque, nec ſibi multum patrocinii amplius in hoc coenobio polliciti ſunt. Itaque, poſt abſolutos medio fere anno

---

(*az*) Vid. ad calcem *Rudimentorum Grammatices* NIC. PEROTTI. Romae per Arn. Pannartz 1474.

(*ba*) Conf. ſupr. not. *ar*.

(*bb*) Id teſtatur AENEAS SYLVIUS in *Commentar. rer. memorabil. Lib. VI.*

no 1467. AUGUSTINI ac CICERONIS libros, in urbem principem Romam ſeſe tranſtulerunt, ibique novos invenerunt fautores, Petrum ac Franciſcum de Maximis, qui aedes ſuas liberaliter ad typographiae exercitium ipſis ceſſerunt, ut et correctorem literatiſſimum, ſaepius jam laudatum Alerienſem Epiſcopum. Accingentes ergo ſeſe operi novos illic fabricarunt characteres Latinos, ad eam ſatis accedentes ſpeciem, quae deinceps Romana audiit; Graecos vero conſtruxere ad formam figuramque Sublacenſium, quamquam paululum immutatos, et hoſce jam tanta, quanta priſci auctores Romani deſiderabant, copia (*bc*). Illo igitur inſtructi apparatu *Epiſtolas* CICERONIS deſcripſerunt unius menſis ſpatio (*bd*), atque ita Ulr. Gallo praeiverunt (*be*). Gallus, poſt emiſſum Turrecrematae opus, anno proximo 1468. die 6. Kalend. Octob. eminentiſſimum hunc patronum morte abreptum vidit (*bf*), indeque cum huius amico JO. ANT. CAMPANO (*bg*) propiore ſeſe vinculo junxit, cui mox eandem emendandorum ſcriptorum mandavit provinciam, quam JO. ANDREAE Conradus Arnoldusque. Et hinc factum, ut utriusque prela ceſſaverint nunquam.

---

(*bc*) Patuit hoc mihi ex editione LACTANTII anni 1468. ab ipſis vulgata, ubi omnes ſententiae Graecae a capite ad calcem impreſſae ſunt. Ceterum de exacta cura artificum noſtrorum in imprimendis ſententiis Graecis teſtis eſt MAITTAIRIUS *Annal. typogr. Tom. I. p.* 12. *edit.* 2. editione GELLII a. 1469. illud comprobans.

(*bd*) Vid. teſtimonium GASP. VERONENSIS ſupr. *Num. II.*

(*be*) Quaeſtio proinde, quis *primus* fuerit in urbe Roma *typographus*, ad logomachiam redit: quum hoc elogium illi tributum, qui primus typographicum opus ibi incoepit, Ulr. Gallo, illi vero, qui primus abſolvit, Sweynheimio ac Pannartzio debeatur.

(*bf*) Vid. inſcriptio ſepulchralis apud CIACONIUM *de Vit. Pontif. Tom. II. col.* 917. et NIC. ANTONIUM *Bibl. Hiſp. vet. Tom. II. p.* 188. unde mendum irrepſiſſe oportet in aliud Cardinalis epitaphium apud LAUR. SCHRADERUM *Monum. Italiae p.* 154. ubi defunctus traditur 25. Sept. 1465.

(*bg*) Idem CIACONIUS *d. l. col.* 918.

## §. XIV.

Maxima vero, ut hoc quoque adjiciam, inter utriusque officinae magiſtros exſtitit dehinc aemulatio, vel potius invidia; quae eo proceſſit usque, ut libros melioris notae ab Ulrico Gallo primum editos mox repetierint Sweynheimius Pannartziusque. Cuius rei fidem faciunt QUINTILIANUS (*bh*), SUETONIUS (*bi*), ac JUSTINUS (*bk*), ut alios, de queis minus certa res, ex. gr. LI-

(*bh*) QUINTILIANUS, praefatione JO. ANT. CAMPANI ad Franc. Piccolomineum Cardinalem inſtructus, atque ab Ulr. Gallo, ut character docet, vulgatus, ſequentem ſubſcriptionem habet: *Marci Fabii Quintiliani inſtitutionum oratoriarum ad Victorium Marcellum liber XII. et ultimus explicit. Abſolutus Romae in via papae prope ſanctum Marcum. Anno ſalutis* M. CCCC. LXX. *die vero tertia menſis Auguſti. Paulo Veneto Papa* II. *florente. anno ejus* VI. Atque iſthaec editio prima huius auctoris et longe rariſſima eſt; nam anteriorem anni 1468. quam ex confuſa JO. DE LA CAILLE relatione intulit PETRUS BURMANNUS, huncque ſecutus JO. ALB. FABRICIUS, imaginariam eſſe bene oſtendit cl. MAITTAIRE in *Diſſ. de antiquis Quintiliani editionibus*, impreſſa Londini 1719. qui huius editionis a. 1470. quatuor exempla in Anglia viderat, quorum unum e bibliotheca Meadiana in meam tranſiit. Illum deinde auctorem mox ediderunt Sweynheimius ac Pannartzius, cum notiſſimis verſiculis ad calcem, *Aſpicis illuſtris lector* etc. non addita quidem illic anni nota, aſt cum praefatione Alerienſis Epiſcopi, data eodem anno 1470. ſed Pontificatus Pauli II. anno ſeptimo, adeoque poſt diem 9. Aug., quo ſedere is coepit, inſerta etiam integra prioris editoris Campani epiſtola; quae omnia eo affirmo certius, quod utriusque editionis poſſeſſor ſim. Atque ex his corriges, quae eminentiſſ. Card. QUIRINI ſcripſit *Lib. ſing. de primis edit. Rom.* §. XVII.

(*bi*) SUETONIUM Ulr. Gallus excudit iisdem, ac Quintilianum, typis, eodemque anno et cum CAMPANI etiam ad Piccolomineum praefatione, adjecta hac epigraphe: *Abſolutus Romae in pinea regione via papae. Anno* M. CCCC. LXX. *Sextili menſe. Paul. Venet.* II. *anno* VI. atque haec princeps et perquam rara Suetonii editio exſtat etiam in muſeo noſtro. Hunc auctorem mox impreſſere Sweynheimius Pannartziusque cum praefatione JOANNIS ANDREAE, data anno 1470. ſed Pontificatus Pauli VII. adeoque etiam poſt Hahnianam. Ad quod non ſatis attendit laudatus Cardinalis QUIRINI *dict. lib.* §. XVIII.

(*bk*) JUSTINUS ab Ulr. Gallo editus Romae eſt, quanquam ſine anni indicio, ut circa alios quosdam auctores fecit, ut puto, ante aut verſus a. 1470. quem deinde Conradus Arnoldusque repetierunt, abſolutum die 26. Sept. 1472. vid. MAITTAIRE *Tom. I. Annal. p.* 292. *et* 313. edit. 2.

LIVIUM (*bl*), omittam. Aſt, qui primam invidiae anſam praebuerat liber Cardinalis DE TURRECREMATA, hunc, quod iconibus pro ea aetate pulchris inſignitus eſſet, imitari Sweynheimius non auſus fuit, quem tamen valde expetitum fuiſſe docent altera anonymi editio a. 1472. et tertia ab ipſo Ulrico cum iisdem figuris a. 1473. repetita (*bm*). Infelicem vero, quodad quaeſtum, Conradi Arnoldique conſilia habuere exitum, quamque Gallo meditati erant ruinam, praepararunt ſibi ipſi. Quare obaerati et ad incitas redacti Sixti IV. opem atque auxilium libello ſupplice d. 20. Martii 1472. implorarunt. Quo ſucceſſu, monumenta ſilent. Nec tamen excitatam valde his precibus fuiſſe arbitror Pontificis munificentiam, quum typi ab artificibus noſtris anno proximo 1473. adhibiti valde informes multumque detriti appareant (*bn*). Conradus etiam ab a. 1474. abdicata typographiae cura aliud elegit vitae genus, nihil tamen, ut ſibi promittebat, in eo ceſſurus Ulrico. Itaque ſculpturae tabularum, et ex aere quidem, (Romanis hucusque ignotae) applicuit animum, ſeligens eum in finem mappas geographicas ad mentem PTOLOMAEI, quarum delineatio exacta, DOM. CALDERINO aliisque viris doctis commiſſa, multo illis labore conſtitit, ſculptura vero, etſi longe facilior iconibus videatur, Conradum occupavit per triennium, et ne tum quidem abſoluta fuit (*bo*). Pannartzius interea poſt ſeparationem a ſocio ab a. 1474. novo ac minutiore ſed et meliori charactere ad impreſſionem uti coe-

(*bl*) De LIVII primis editionibus Romanis vid. laudatus Card. QUIRINI §. XI.

(*bm*) Vid. *Origines noſtrae Cap. IX.* not. *dg.*

(*bn*) Fidem hujus rei mihi faciunt NIC. PEROTTI *Rudimenta Grammatices*, ab iis vulgata 19. Martii 1473. anno proinde integro poſt libelli ſupplicis oblationem. Ejus libri exemplum eſt in bibliotheca noſtra.

(*bo*) Vid. *Orig. Cap. IX.* §. 17.

coepit, (*bp*) operas ſemper continuans in aedibus Petri de Maximis ad annum 1476. uſque (*bq*); ſi quidem nulla poſthac ipſius mentio. Utrum igitur deceſſerit tunc Pannartzius, an vero typographico operi renunciaverit, non conſtat. Id certius, circa hunc annum vitam cum morte commutaſſe Sweynheimium, atque in imperfecto tabularum opere ſucceſſorem reliquiſſe Arnoldum Buckinck, qui *Coſmographiam* Ptolomaei mappis inſtructam a. 1478. tandem Romae vulgavit (*br*). Ulrici Galli fata reliqua quod attinet, hic jam a. 1471. conſortem operis ſibi adſciverat Simonem Nicolai de Luca, cumque eo impreſſit in aedibus gentis de Taliacoxis (*bs*). Uterque horum vero ab a. 1475. ſeparatam inſtruxit officinam, ut e MAITTAIRII *Annalibus* conſtat (*bt*), qui ſcriptor licet nullam Ulrici poſt hunc annum mentionem faciat, eum tamen adhuc a. 1477. S. ATHANASII *Opera* Latine edidiſſe aliunde nobis compertum eſt (*bu*).

---

(*bp*) Illud ex nova editione ejuſdem PEROTTI operis mihi patuit, quae ex officina Arnoldi Pannartz die 2. Decemb. 1474. prodiit, et in noſtro quoque muſeo reperitur. Idem ſub a. 1476. obſervavit MAITTAIRE *Tom. I. Annal. p.* 360. edit. 2.

(*bq*) MAITTAIRE *d. l. p.* 363.

(*br*) *Orig. typogr. loc. cit.*

(*bs*) Vid. ſubſcriptio *Commentariorum grammaticorum* JOAN. TORTELLI, *Aretini*, edit. Romae 1471. apud MAITTAIRE *dict. Tom. I. p.* 309. Fratrem vero Ulricus habuit Lupum Gallum, qui JO. DE TURRECREMATA *expoſitionem ſuper Pſalmos* emiſit Romae die 21. Febr. 1476. vid. MAITTAIRE *p.* 358. et NICOL. ANTONIUS *Lib. X. Biblioth. Hiſp. vet. cap.* 10. §. 530. quorum hic, forte per errorem, eum Franciſcum Lupum Gallum vocat.

(*bt*) *Dict. Tom. I. p.* 242. *et* 243.

(*bu*) Vid. ſubſcriptio in DAV. CLEMENTIS *Bibliotheque curieuſe Tom. II. p.* 176. JOHANNES vero DE LA CAILLE *Hiſt. de l'imprim. p.* 18. hujusque fide MAITTAIRE *dict. Tom. I. p.* 372. citat alteram editionem Romanam ejusdem anni 1477. per Georg. Sachſel et Barth. Golſch; recte, nec ne, haud dixerim, quum Caillii liber erroribus ſcateat. Utraque certe editio confundi videtur in *Catal. Biblioth. Harleianae Vol. III. N.* 1437.

§. XV.

## §. XV.

Abſolvimus primorum Sublaci ac Romae impreſſorum acta praecipua. De ſolis vero officinae magiſtris ſolliciti hac in parte fuimus, queis tum Sweynheimium ac Pannartzium tum Ulr. Gallum annumerandos certa res eſt (*bx*). Quid vero fiet Joanne a Laudenbach (*by*), quem primos vulgaſſe Romae libros teſtatur ipſius epitaphium, *Teſt. XVI.*? Anne id declarabimus ſubleſtae fidei, vel a nonnemine, qui manibus ipſius blandiri ſtuduit, poſitum? Minime; nam ſecare nodum haud licet, ubi ſolvi poteſt. Solutio autem nec difficilis erit, nec longe quaeſita, ſi ſtatuamus, Joannem officinae operarium, non magiſtrum, fuiſſe. In quonam vero typographeio miniſter exſtiterit, incertum; quum non modo appellatio Romae, ut vidimus, ambigua ſit, ſed et, ſi vel maxime conſtaret, eam ad ſolam urbem hic reſtringendam eſſe, ne ſic quidem pateret, utrum ad primum in urbe capitali librum prelo traditum, an vero emiſſum reſpexerit epitaphii auctor; quorum illud officinae Ul-

(*bx*) Soli quippe officinae praepoſiti nomen ſuum libris ſubjiciebant, ut fecere laudati artifices. Hi vocabantur *magiſtri* itemque *opifices*. Priori appellatione occurrunt Conradus Arnoldusque in notiſſimo carmine eorum libris ſubjecto: *Aſpicis illuſtris* etc. Utraque in dedicatione *Tom. II. Operum* HIERONYMI edit. Romae 1468. per Epiſcopum Alerienſem, ubi in fin. loquitur de *magiſtris noſtris Conrado Arnoldoque, characterum opificibus*. Ulricus Gallus quoque et Simon Nicolai Lucenſis in praefat. TORTELLI *Comment. Gramm.* edit. Rom. 1471. recte vocantur *opifices impreſſoriae facultatis*. Famuli vero magiſtrorum vocabantur *operarii*. Sic e. g. laudatus Joannes Andreas in *dedicat.* APULEII ad Paulum II. edit. Romae per Sweynheim ac Pannartz 1469. conqueritur de erratis, quos committebant *impreſſorum noſtrorum operarii*.

(*by*) Cognomen ſibi adſcivit hic Joannes a pago *Lautenbach*, ſub ditione Electoris Palatini, tribus ferme ab urbe Heidelberga milliaribus diſſito, ubi lucem veroſimiliter adſpexerat. Alibi quidem in Germania occurrunt ejusdem nominis pagi; ſed ortu Palatinum fuiſſe confirmat, quod ſepultus ſit Heidelbergae.

Ulrici, hoc Conradi Arnoldique debetur. Rei proinde obſcurae, neque magnae utilitatis, immorari diutius nil attinet.

---

Disquiſitione noſtra ad umbilicum jam perducta, quin et deſcripta typis, ex Italia ad me perfertur Diſſertatiuncula JACOBI MARIAE PAITONI, edita Venet. 1756. in 8. hac inſcriptione: *Venezia, la prima citta, fuori della Germania, dove ſi eſercito l'arte della ſtampa. Diſſertazione, dedicata a S. E. il Signor Marco Foſcarini, Cavaliere, e proccuratore.* Hypotheſin vero ſuam de tranſlata e Germania primum ad Venetos arte per Nic. Jenſonem, idque ſub Mari Petri principatu, (id eſt intra annos 1457. et 1462.) probare annititur partim ſubſcriptione *Decoris puellarum*, Venet. ap. Jenſon 1461. partim teſtimonio SABELLICI, (ſupr. *p.* 232. appoſito) quique hunc ſec. XVI. ſecuti ſunt, MAR. SANUTI, JAC. BRIANI, GABR. SYMEONIS, JUL. FAROLDI, PETR. JUSTINIANI, JOH. TARCAGNOTAE et JO. NIC. DOGLIONI. Subſcriptionem ipſam quod attinet, poſſe eam laborare vitio nemo negabit, et exempla PTOLOMAEI *Geographiae* edit. Bonon. 1462. pluraque alia confirmant. Probabile autem id reddit, quod Nic. Jenſonis editiones, a curioſis anxie ſemper quaeſitae, cognitae aliae ſint nullae ante a. 1470. nec fingi poſſit, hunc poſt vulgatum jam ſpecimen novem impendiſſe annos ad inſtruendum reliquum apparatum typographicum; utpote quod decem praeſtitere menſium ſpatio Sweynhemius ac Pannartzius. (vid. *ſup. p.* 244.) Ad gradum vero certitudinis res perducitur teſtimoniis duorum auctorum Jenſoni coaevorum, ZELLII, ac poëtae anonymi. Zellius quippe Colonienſi Chronographo a. 1499. narravit, ſupereſſe adhuc in vivis, qui teſtari poſſunt, Venetiis libros excuſos fuiſſe ante Jenſonis adventum. vid. *ſupr. p.* 108. Is vero quum Moguntinae dioeceſeos fuiſſet Clericus, noſſe potuit Jenſonem, quem artem imprimendi Moguntiae didiciſſe conſtat. vid. *Memoires de l'Acad. des inſcript. Tom. XIV. p.* 236. *ſeq.* Poëta anonymus in ſubſcriptionibus ad calcem CICERONIS *Epiſtolarum ad familiares*, Venet. 1469. et AUGUSTINI *de civitate Dei* 1470., a MAITTAIRIO appoſitis, Joannem de Spira vocat primum typographum Venetum, qui tamen ante a. 1468. vel 1469. nihil excudit. Id vero ſcripſit in ore Nic. Jenſonis, qui ſane non neglexiſſet craſſum reprimere mendacium, ſi aut per adulationem aut ignorantiam, ut fingit Paitonus, id citra verum poëta tradidiſſet. Deceptus ergo Sabellicus videtur partim *Decore puellarum*, partim male intellectis OMNIBONI, et JAC. PHIL. BERGOMATIS verbis, qui repertam a Jenſone artem typographicam ſcripſerant; quo ſenſu, in *not. ad Docum. Num.* 4. 5. *et* 28., diximus. Sabellicus in errorem induxit alios ſcriptores Venetos, qui eum, ut fit ſaepe, absque praevio examine deſcripſerunt. Fruſtra autem Paitonus contrarium JO. ANDREAE teſtimonium, qui Sweynhemium ac Pannartzium tradidit *primos in Italia impreſſoriae artis opifices*, enervare conatur, quaſi per *primos* intellexiſſet praecipuos; quod quam a mente ſcriptoris remotum ſit, et artificum ipſorum verba ad Sixtum IV. et apertius teſtimonium JO. PHIL. DE LIGNAMINE, auctoris coaevi, probant. *ſupr. p.* 237. *ſeq.* Nobis nec lubet nec licet plura addere rei, ita, ni fallimur, ad liquidum a nobis perductae, ut controverti a nemine poſſit, niſi praejudicio patriae occupato.

INDI-

# INDICES ABSOLUTISSIMI
## IN UTRUMQUE OPERIS VOLUMEN.

PRIMUS ACTA SISTIT INVENTORUM

PRINCIPUMQUE ADJUTORUM ARTIS.

SECUNDUS ALIOS VETERES TYPOGRAPHOS EXHIBET.

TERTIUS LIBROS SEC. XV. EXCUSOS.

QUARTUS TESTES PROBATIONIS CAUSA ALLATOS.

ULTIMUS CETERAS RES MEMORABILES.

# INDEX PRIMUS,

## SISTENS ACTA INVENTORUM

## PRINCIPUMQUE ADJUTORUM ARTIS.

*In hoc ceteriſque porro elenchis Origines ipſae typographicae, ſeu Tomus prior, allegantur per cifram Romanam, capitis; Arabicam, paragraphi; ſaepe etiam literam, notae indicem. Originum Appendix ſeu Tomus alter, lit.* A. *deſignatus, citatur per paginas.*

## CONTENTA PRIMI INDICIS.


§. I. LAURENTIUS JO. FIL. Harlemenſis, prototypographus.

§. II. THOMAS PETRI, huiusque tres filii, PETRUS, ANDREAS, THOMASque.

§. III. JOANNES GENSFLEISCHIUS, ſenior.

§. IV. JOANNES FUST.

§. V. JOANNES MEIDENBACH.

§. VI. JOANNES GENSFLEISCHIUS, junior, ſeu GUTENBERGIUS.

§. VII. ANDREAS DRIZEHEN.

§. VIII. ANDREAS HEILMANN.

§. IX. JOANNES RIFF.

§. X. CONRADUS HUMERY.

§. XI. PETRUS SCHOEFFER.

§. XII. CONRADUS HENLIF vel HANNEQUIS.


### §. I. LAURENTIUS JO. FIL. *Harlemenſis, prototypographus.*


Origo illius perperam hucusque e familia Coſterorum repetita. II. 6.

Sigillum ipſius indicio eſt, eum ex Brederodia gente per filium naturalem deſcendiſſe. II. 1. ſeq. A. p. 224.

Pater eius Joannes Laurentii fil. II. 4. 5.

Avus Laurentius van der Duyn. II. 3.

Proavus Wilhelmus van der Duyn. ibid.

Abavus Theodoricus, baſtardus de Brederode. II. 2. 3.

Tempus natale circa a. 1370. II. 7.

Seditio a. 1408. II. 8.

Honores, ut magiſtratus, Harlemi geſti ab a. 1422. ad 1434. II. 8. A. p. 224.

Munus aeditui. II. 6. 8. A. p. 90.

Opulentia et aedes. II. 8. IV. 2. A. p. 90.

Imagines variae. II. 9.

Uxor Catharina, Andreae filia. II. 10.

Vir magno ac ſubacto ingenio. IV. 6. A. p. 42. 91. 233.

Inventio typographiae ipſi asſerta. II. per tot. add. A. p. 233. ſeq.

Hiſtoria inventionis. IV. per tot. A. p. 233.

Reperta eius quo ſenſu impreſſoriae artis praeludia dicta fuerint? I. 14. III. 11 A. p. 45.
Tempus inventi circa a. 1430. IV. 2. 5.
In exercitio typographices certiſſime Jo. Gutenbergio praeivit. VIII. 7.
Prima verſatilis typographiae idea in nemore Harlemenſi nata. IV. 3. A. p. 91.
Ejus ſpecimen primum, *Horarium*. IV. 4. 5. et Tab. I.
Excudit deinde *Speculum ſalutis* Belgicum ex prima editione. IV. 6. V. 11. 15. A. p. 91. et Tab. III.
*Donatum* majori primum, ac minori poſtea charactere impreſſit. V. 16. ſeq. et Tab. II. IV.
Ab utraque parte libros jam excudit. IV. 4. V. 4. 17. 18.
Mobilibus jam typis uſus. III. 2. IV. 3. 4. V. 8. 11. 19. A. pag. 233. ſeq. Tab. I. II. III. IV.
Ligneos modo, non metallicos, typos adhibuit. IV. 6. ſeq. A. p. 233. ſeq.
Filo eos, nexus cauſa, junxit. A. p. 233. ſeq.
Origo et progreſſus typorum ejus. A. p. 43. *f.* et Tab. I. II. III. IV.
Fuſiles typos non invenit, multoque minus adhibuit. III. 8. IV. 7. V. 8. A. p. 225.
Cur metallicis nunquam uſus ſit? A. p. 42. 43.
Gothicas literas adhibuit. V. 7. 9. Tab. I. II. III. IV.
Literis coecis in *Speculo* quadratorum loco uſus eſt. V. 8. 11. Tab. III.
Inſigne diſcrimen inter ejus ut et heredum impreſſiones, ac inter libros epochae Martinianae. V. 10.
Inventio tabellaris impreſſionis ipſi aſſerta. IX. 3.
Opera in hoc genere ab ipſo impreſſa. IX. 4. ad 8. et Tab. IX.
Ab una folii parte haec excudit. V. 4. 11. IX. 9. A. p. 91.
Non exorſus eſt artem ab id genus operibus. IX. 10. A. p. 234. *eb***.
Signaturis ad opera quaedam xylographica jam uſus eſt. IX. 4. *z*. 7. *bc*.
Num cuſtodes imo margini librorum appoſiti nomen ab eo ſortiti fuerint? IV. *l**.
Literas jam florentes impreſſas in *Arte moriendi* adhibuit. IX. 6. *ar*. Tab. IX.
Ad illum, uti etiam ad ejus heredes, omnes libri tabulis ligneis olim excuſi referri haud poſſunt. IX. 12. *cs*.
Figuras ipſe nec delineavit nec ſculpſit. V. *ap*.
Famulos habuit Cornelium Harlemenſem, itemque Jo. Gensfleiſchium ſeniorem, Moguntinum. III. 2. IV. 13. A. p. 29. 92.
Libros impreſſos pro mſſ. caro divendidit, eaque de cauſa famulos jurejurando ad ſecretum artis conſtrinxit. I. *q*. IV. 8.
Exercitium typographices nobilitati ipſius haud contrarium. II. 5.
Atramenti ab eo adhibiti genus diverſum. I. *ac*. IV. 6. V. 5. 11. IX. 9. A. p. 91.
Prelum ipſius quale? I. *ad*.
Num alia etiam ratione, quam preli ope, figuras excuderit? V. 6.
Quali charta uſus? I. *z*. V. 3. *ab*.
Membranam ad *Horarium* et *Donatum* utrumque adhibuit. I. *y*. IV. 4. V. *do*.
Puncta in libris, tum mobili tum fixo charactere excuſis, jam adhibuit. V. 7. *ay*. *bb*. et Tab. II. III. IV. IX.
Opus typographicum nunquam abdicavit, nec prae moerore deceſſit. VI. 1.
Mortuus tamen eſt ante perfectam artem. A. p. 198.
Tempus mortis probabile a. 1440. II. 9.
Inſcriptiones, ſtatua, ac numiſmata in ejus honorem confecta. III. 12.
Illius poſteri. II. 10. IV. 5.

§. II.

## §. II. THOMAS PETRI, *huiusque tres filii*, PETRUS, ANDREAS, THOMAS*que*: *omnes Laurentii heredes.*

THOMAS PETRI. Uxor ejus Lucia, prototypographi Laurentii filia. II. 10.
——— adjutor ſoceri ſui in atramenti compoſitione. IV. 6. VI. 1. A. p. 91.
PETRUS, ANDREAS, ac THOMAS, tres filii ejuſdem Thomae, adeoque Laurentii nepotes. II. 10.
——— horum tempus natale, et ſpecimen a Laurentio ipſorum cauſa excuſum. IV. 4. 5. A. p. 91.
——— honores ab iis, ut magiſtratus geſti, et mortis tempus. II. 10. *au.*

* * *

Furtum paulo poſt mortem Laurentii officinae ejus heredum illatum. IV. 8. ſeq. A. p. 193. 231. 234.
Typographiam tamen deinceps illi continuarunt. VI. 1. ſeq.
*Specula* ab iis impreſſa, Latino itemque Belgico idiomate, et qua ratione? V. 4. ad 10. item 12. ſeq. VI. 2. 3. et Tab. V. VI.
Literis coecis in *Speculo* quadratorum loco uſi ſunt. V. 8. *bf.*
Alii libri charactere mobili ligneoque ab ipſis excuſi. VI. 7. et Tab. VII.
Origo et progreſſus typorum, quos adhibuere. A. p. 43. *f.* et Tab. V. VI. VII.
Metallicis uſi non ſunt. A. p. 51. *ac.*
Opera xylographica ab iis excuſa. IX. 4. 5. 6. 7.
Quali genere atramenti uſi ſint? I. *ac.* V. 5. 12. 13. 14. IX. 9.
Num alia etiam ratione, quam prelo, figuras excuderint? V. 6.
Qualem chartam adhibuerint? I. z. V. 3. *ab.*
Famulus eorum Frid. Corſellis per Anglos pretio victus, et Oxoniam translatus; at typi per hunc furto non ſubducti. VI. 5. 6. A. p. 209. ſeq.
Cur et quando typographiae exercitio tandem renunciaverint? VI. 8.

## §. III. JOANNES GENSFLEISCHIUS, *ſenior.*

Latine hic dictus *Anſicarus*. VII. 6. A. p. 138. *bs.*
Ejus origo. VII. *bn.*
Nobilis genere. VII. 8. 9. *bm.*
Moguntiae natus. VII. 9. *bz.* A. p. 201.
Pauper, ideoque typographicae officinae ſe ut famulum addixit. IV. 13. VII. 9.
Laurentii Jo. fil. per aliquot annos Harlemi miniſter. IV. 13.
Falſo habitus famulus officinae Jo. Mentelii Argentinae. IV. 13. VIII. 14. A. p. 199. 201.
Gutenbergio arcana quaedam typographices tum aperuit. VIII. 8. A. p. 201.
Furtum ab eo officinae Laurentianae illatum a. 1440. exeunte. IV. 8. ſeq. 13. A. p. 231.
Adventus ipſius Moguntiam. IV. 11.
Cognato ſuo, Rudigero a Landeck, cujus bona olim adminiſtraverat, ſtatim tunc ſatisfecit. IV. 14. VII. *bd.*
Primi libri ab ipſo Moguntiae excuſi a. 1442. idque typis Harlemenſibus, ſcil. *Alexandri Grammatica*, et *Petri Hiſpani Tractatus.* IV. 14. A. p. 43. ſeq.

Tabulis deinde ligneis ad impreſſiones uſus eſt. VII. 2.
Characterem poſtea metallicum introduxit, atque ita chalcographicae artis repertor dictus eſt. VII. 6. A. p. 138. 173. 174. 205.
Cujus generis hi typi fuerint?
Prima hac in parte auctoris ſententia, fuiſſe eos mere ſculptos ex metallo. I. 11. 14. VII. 5. ſeq.
Noviſſima auctoris opinio, hoſce e metallo fuiſſe fuſos, ſed cum inſculptis characteribus, atque ita ſculptofuſos. A. p. 44. ſeq. 51.
Quando artem hanc repererit? VII. 12.
Societas ipſius ad chalcographiam promovendam cum aliis quibusdam, utque videtur cum Jo. Fuſt, Jo. Meidenbachio, (queis Jo. Gutenbergius dein acceſſit) Moguntiae contracta. VII. *cn.* A. p. 140. 171.
Conduxit hunc in finem a. 1443. aedes *zum Jungen.* VII. 8. *bd.* 11. *cm.*
Mox Gutenbergio, Argentina reduci, in arte perficienda dux fuit. VII. 6. 7. 11. A. p. 140.
Coecitas ipſi verſus id tempus oborta. VII. 11. A. p. 140. 200. 202.
Cauſa coecitatis. VIII. 14.
Cum ſociis ſuis *Biblia Latina* charactere majuſculo ſeu miſſali excudit. VII. 2. *e. cn.*
An etiam atramenti impreſſorii colorati ſit inventor? I. *ac.* A. p. 137. *bp.*
Num ſolus mereatur nomen inventoris chalcographiae, an vero pars etiam gloriae Gutenbergio debeatur? VII. 11. A. p. 100. 141. *bz.*
Cur de eo, ut inventore, veterum plerique ſiluerint? A. p. 45.
Teſtis fuit a. 1445. Moguntiae in annumeratione pecuniae per Joannem *zum Jungen* Johanni Mulbaum facta. VII. *bd.*
Emtor a. 1450. caratae vini cum dimidia. ibid.
Teſtis a. 1456. in annumeratione pecuniae per Joh. *zum Jungen* Johanni van Furſtenberg facta. ibid.
Subtilis ingenio. A. p. 138. 201.
Pravae indolis homo. VII. *cd.*
Uxorem habuit Catharinam, filiamque cognominem. VII. 8. *bd.*
Soror ipſi fuit Anna, nupta Ortwino *zum Jungen.* VII. *bd. cm.*
Ejuſdem fuit gentis cum Joh. Gensfleiſchio juniore, ſive Gutenbergio; imo probabiliter huius frater. VII. 9.
A multis cum hoc Gutenbergio confuſus fuit. VII. 7. 8.
Ab aliis commixtus cum Jo. Fauſto. VII. 7. *ay.* A. p. 138. *bs.*
Illius tempus mortis probabile a. 1462. A. p. 205. *ed.*
Ejusdem epitaphium per Adamum Gelthus. A. p. 205.
Varia de eo documenta. VII. *bd.*

## §. IV. JOANNES FAUSTUS, *ſive* FUST.

Civis Moguntinus. A. p. 94. 95. 146. 149.
Inventum typographiae, ſive in genere, ſive metallicae, nec adſcribere ſibi ex vero potuit, nec etiam adſcripſit: et a fallacia hoc nomine liberatus. VII. 5. A. p. 49.
Improprio ſenſu a veteribus dictus eſt chalcographiae repertor, quod inventores ipſos conſilio juverit et opibus. VII. 5. *ag.* A. p. 102. not. 104. 125.
Senſu proprio primum a Joanne Schoeffero, ex filia nepote, chalcographiae inventor jactatus, atque hoc duce a

mul-

multis poſthac ſcriptoribus. I. 6. VII. 5. VIII. 12. 13. A. p. 144. *cc.* 145. ſeq.

Nunquam vel famulus vel fur officinae Laurentianae Harlemi fuit. IV. 12.

Prima ejus ſocietas typographica Moguntiae inita cum Genſfleiſchio ſeniore, Gutenbergio et Meidenbachio. VII. *cn.* A. p. 103. 128. 171. 185. 213.

*Biblia Latina* cum his ſociis miſſali typo excudit. VII. 2. *e. cn.* A. p. 104.

Prima auctoris opinio, hunc mere ſculptum ex metallo, altera, eum ſculptofuſum fuiſſe. VII. 2. junct. A. p. 51. ſeq.

Illius ſocietatis a. 1450. diſſolutio. VII. *e.* 11. *cn.*

Alteram deinde ſocietatem menſe Auguſto dicti anni cum ſolo Gutenbergio inivit; ipſo pecuniam, altero operas miniſtrante, in commune lucrum. VII. *e.* 11. A. p. 105. 181.

Ab uſuraria pravitate circa nummos Gutenbergio porrectos liberatus. VII. *cd.*

Splendidam *Pſalterii* editionem per id tempus imprimendam Gutenbergio dedit. VII. *i.*

Rupta ob mutuas contentiones hac ſocietate a. 1455. et laudo inito cum Gutenbergio officinam typographicam ſibi vindicavit, e qua a. 1457. *Pſalterium* hoc vulgatum. I. 6. VI. 4. VII. 2. *as.* A. p. 94.

Artem hucusque impreſſoriam ſollicite occultaverat; quae vero rupta ſocietate divulgari per proprios huius officinae famulos coepit, v. c. Joannem a Petersheim. I. 15. A. p. 147.

Ea de cauſa nomen ſuum, locum, annumque impreſſionis ſubjungere libris coepit, primusque a. 1457. in *Pſalterii* epigraphe mirificae artis impreſſoriae mentionem fecit. VII. 2.

Character illius editionis, ut et alterius a. 1459., naturae ejusdem, atque in *Bibliis*, nempe ſculptus e metallo, vel potius ſculpto-fuſus. I. 6. VII. 5. ſeq. junct. A. p. 51. ſeq.

Famulum hoc tempore ſuum, Petrum Schoeffer, quod inveniſſet typos mere fuſiles, operis typographici ſocium cooptavit, et generum. VII. 14. A. p. 50. 147. 158.

Fuſilibus hiſce typis, quorum fabricam tenuit occultam, primum uſus eſt ad *Rationale* DURANDI a. 1459. I. 15. A. p. 51.

Alii deinde libri ab ipſo una cum Schoeffero editi. I. *y.*

Variae illius librorum ſubſcriptiones. A. p. 94. ſeq.

Mens ipſius in illis. VII. 2. 5. *ac.*

Uſus quandoque ad libros ſuos membrana ſola eſt, quandoque intermixta etiam charta; nonnunquam charta ſola. I. *y.*

Quale chartae genus adhibuerit? I. *z.*

Quali atramento uſus ſit? I. *ac.*

Characterum, utpote mere fuſilium, elegantia in impreſſionibus Gutenbergio ſuperior, jactantia inferior. A. p. 98. in not.

Literas florentes impreſſas ad utrumque *Pſalterium* a. 1457. et 1459. itemque DURANDUM 1459. adhibuit. VII. *i.* IX. *ar.*

Characteres nunquam ipſe ſculpſit. VII. 10.

Quot librorum ſuorum exempla excuderit? A. p. 117.

Impreſſor non eſt *Catholici* a. 1460. A. p. 96. not.

Initio commercium librorum intra Germaniam coarctavit. VII. *k.*

Officinae illius typographicae per famulos nova a. 1462. diſperſio, atque ita literarum mere fuſilium divulgatio. I. *de.* VII. *dc.* A. p. 52. 104. 128. 169. 171. 229.



Iter

Iter poſtea ejus Lutetiam a. 1466. VII. *k.*
Illic Biblia, a. 1462. a ſe impreſſa, pro mſſ. magno aere vendidit. I. *s.* VII. *k.*
Num Argentinae deinde Jo. Mentelium docuerit chalcographiam? VIII. *br.*
Homo fuit dives. IV. *bg.* A. p. 164.
Num aurifaber? VII. *cb.*
Falſo dictus Petrus. A. p. 163. *cx.*
Appellatus *Gutmannus.* VII. *ci.* A. p. 166.
Num *Polyandri* epitheton ipſi conveniat? VII. 10.
Cum Jo. Gensfleiſchio perperam confuſus. VII. 7. *ay.*
Filiam habuit unicam, nuptam Petro Schoeffero, quae Dina potius, quam Chriſtina Fuſt dicta fuiſſe videtur. VII. *dg.* A. p. 144. *cc.*
Fratrem habuit Jacobum, Conſulem Moguntinum, et aurifabrum. VII. *cb.* A. p. 94.
Quas aedes Moguntiae occupaverit? VII. *cm.* A. p. 104.
In obſidione ejus urbis a. 1462. non interiit, utpote quadriennio poſt adhuc ſuperſtes. A. p. 163. *cx.*

## §. V. JOANNES MEIDENBACH.

Adjutor Jo. Gutenbergii in urbe Moguntia ad exercitium artis impreſſoriae literis metallicis. VII. 11. *cn.* A. p. 185. 213.
Non fuit antea famulus in officina Laurentiana Harlemi. IV. 12.
Agnatus Jacobi Meidenbach, Moguntiae ſec. xv. exeunte typographi. A. p. 130. *bd.*

## §. VI. JOANNES GUTENBERGIUS.

Idem, qui Joannes Gensfleiſchius junior. VII. 8. 9.
Unde dictus *zum Jungen*? VII. *cm.* A. p. 121. 122. *aq.* 185.
Ejus origo. VII. 9. *bn.*
Nobilis genere, et hinc dictus eques. VII. 9. *bm.* A. p. 108. 137. *bp.* 149. 167. 178. 184.
Moguntiae natus. VII. 9. *bz.* A. p. 100. 182.
Urbi natali jam a. 1430. valedixit. VII. 7. *as.*
Argentorati per plures annos commoratus eſt, ibique jus civitatis acquiſivit; unde a pleriſque habitus Argentinenſis. VII. *bz.* A. p. 108. 117. 125. etc.
Promiſſio ipſi a. 1434. facta, per Secretarium Moguntiae, de ſolvendo urbis illius debito. VII. *as.* *bf.*
Nundinas Aquisgranenſes frequentare ſolebat ad commercium ſpeculorum. VIII. 8. A. p. 71. 83. 84.
Iter ejus probabile Harlemum a. 1435. ad arcana typographices diſcenda. VIII. 8.
Eam in rem allexit Jo. Gensfleiſchium ſeniorem, primi inventoris famulum. ibid. et A. p. 201.
Harlemi didicit quidem artem, ſed non exercuit. III. 5. VI. 4. *s.*
Famulus etiam nunquam fuit in officina Laurentiana, neque illius inſtrumenta furto abſtulit. IV. 12.
Lis ipſi ab Anna *zu der Iſerin Thüre* a. 1437. Argentinae mota. VII. *as.* 8. *bg.*
Artes ab eo tractatae Argentorati, lapides poliendi ac ſpecula conficiendi. Et ſocietas cum Jo. Riff, Andr. Drizehen,

zehen, ac Andr. Heilmann. VIII. 2. A. p. 64. 71. 81. 83.
Num aurifabrum aliquando egerit? VII. *cb.*
Habitabat eo tempore, ac poſtea, ad S. Arbogaſtum extra muros Argentinae. VIII. 2. A. p. 64. 70. 72.
Famulum tunc habuit Laurentium Beildeck. VIII. 3. A. p. 60. 61. 67. 76. 80.
Exercitium typographices ab eo ſolo tractatum Argentinae ab a. 1436. VIII. 6. 9. A. p. 77.
Unde inventor a quibusdam habitus Argentinae? VIII. 8. A. p. 139. 140. 169. 173. 174.
Nova ſocietas a. 1438. cum praedictis viris, in quinquennium contracta, cuius objectum inter alia fuit impreſſoriae artis exercitium. VIII. 2. 6. A. p. 64. 84.
Typi ab iis adhibiti illic mobiles, et quidem e ligno ſculpti. VIII. 4. 5. A. p. 52.
Prelo utebatur vinario, et loculato quidem. I. *ad.* VIII. *e.* A. p. 178.
Exercitium artis in aedibus Andr. Drizehenii tunc peractum. VIII. 3. A. p. 59. ſeq.
Fruſtranei tamen conatus ad exſequendam artem. VIII. 9. A. p. 76.
Lis ſuper hac ſocietate poſt mortem Drizehenii. VIII. 2. A. p. 58. ſeq.
Teſtes a Gutenbergio in lite producti. A. p. 71. ſeq. 79.
Sententia Senatus Argentinenſis 12. Dec. 1439. A. p. 81. ſeq.
Num continuata poſthac dicta ſocietas fuerit? VIII. 10.
An tranſlatum tunc prelum fuerit ad castrum Rauſchenburg? A. p. 156. *co.*
Bona divendidit Gutenbergius ac debita contraxit a. 1441. ſeq. ut videtur ad promovendum opus typographicum. VII. *as.* VIII. 10. A. p. 103. 128.
Irriti nihilominus omnes ipſius fuere conatus. ibid. et A. p. 140. 178. ſeq.
Argentinae manſit usque ad a. 1444. vel 1445. quando uxore illic relicta Moguntiam recta deſcendit. VII. *as. bl. ck.* VIII. 10. A. p. 139. 140.
Prima ejus ſocietas typographica Moguntiae cum Jo. Gensfleiſchio ſeniore, Fauſto, ac Meidenbachio. VII. *cn.* A. p. 103. 128. 140. 171. 185. 213.
Didicit illic artem characteris e metallo fabricandi ab eodem Gensfleiſchio, ipſoque duce perfecit. VII. 6. 7. 11. A. p. 139. 140.
Hinc inventio chalcographices a veteribus ei tributa. VII. 6. A. p. 45. 102. 108. 121. 125. 128. etc.
Metallicus hic character ſculptus, vel potius ſculpto-fuſus, fuit. I. 11. 14. VII. 5. ſeq. 14. junct. A. p. 45. 51. 52.
Num ſolus repertor illius artis recte dici poſſit, an vero una cum Gensfleiſchio ſeniore? VII. 11. A. p. 45. 100. 141. *bz.* 154.
Inventor tamen typographiae, ſenſu generali, dici non poteſt, quum in ea praecurſorem habuerit Laurentium, imo typorum mobilium uſum ab eo mutuaverit. VIII. 7. 8. A. p. 45.
Literis hiſce metallicis *Biblia Latina* cum ſociis excudit. VII. 2. *e. cn.* A. p. 51. 104.
Habitavit Moguntiae in aedibus, primo *zum Jungen*, indeque *Gutenberg.* VII. *cm.* A. p. 104. 128. 140. 154. *cl.* 213.
Juris ſtudio in domo Gutenberg non incubuit. A. p. 140. *by.*
Ejus ſeparatio cum ſociis a. 1450. VII. *e.* 11. *cn.*
Nova mox ſocietas menſe Aug. ejus anni

ni cum ſolo Jo. Fuſt inita; Gutenbergio operas, Fauſto ſumtus miniſtrante, in commune lucrum. VII. *e*. 11. A. p. 105. 181.

Fauſti tamen ſocius modo, non miniſter, fuit. A. p. 158. *cq*.

Famulum ipſe tunc habuit, Bertoldum de Hanau: ſed an etiam alterum, Henricum Keffer? I. 15. *dg*.

Novos per id tempus characteres metallicos ſculpſit, atramentum coloratum reperit, aliaque praeparavit ad editionem *Pſalterii*. VII. *i*. add. I. *ac*. A. p. 137. *bp*. 167.

Literas majores coloratas tribus tabulis ligneis ſucceſſive adhibitis in hoc libro impreſſit. A. p. 228.

Rupta hac ſocietate ob mutuas contentiones a. 1455. et laudo inter Fauſtum et Gutenbergium inito, officina typographica ad Fauſtum tranſiit, e cuius prelo *Pſalterium* illud proximo biennio prodiit. I. 6. VI. 4. VII. 2. *as*. A. p. 94.

Hucusque artem tam Argentorati quam Moguntiae ſollicite occultaverat, cuius vero arcanum rupta hac ſocietate dimanavit. I. 15. VII. *e**. VIII. 3. 4. A. p. 60. ſeq. 128. 229.

Inde novam denuo officinam erexit, ſed illud nec Harlemi, nec Argentorati, multoque minus Romae; aſt Moguntiae. VI. 4. *t*. add. VII. 9. VIII. 17. A. p. 117. 154. *cl*. 168. *de*.

Pecunia hunc in finem adjutus videtur a Conrado Humery, Syndico Moguntino. VI. 4.

Nunquam impreſſit *Dialogos* GREGORII M. Argentorati. A. p. 15.

Ei vero debetur impreſſio *Catholici*, a. 1460. Moguntiae absque nomine artificis editi; de cuius ſubſcriptione ex profeſſo agitur. A. p. 95. ſeq. in not.

Alii poſthac libri ab ipſo, itidem ſine nomine, Moguntiae editi. VI. 4. *y*.

Quot exempla eorum excuderit? A. p. 117.

Ad annum uſque 1462. aut ligneis tantum, aut ſculpto-fuſis, non autem mere fuſilibus, literis uſus eſt. A. p. 52.

Exercitium typographices ejus nobilitati haud derogavit. II. 5.

Imo poſthac a. 1465. ab Archiep. Moguntino inter huius aulicos, annuo cum ſtipendio, relatus eſt. VI. 4. VII. *as*.

Subtilis ingenio fuit. A. p. 48.

Homo glorioſus. VII. 2. A. p. 98. not.

Malae etiam fidei, ac contentioſus. VII. *cd*. VIII. 2. A. p. 64. 82.

Pauper, ideoque mechanicis artibus victum quaeſiverat. IV. *bg*. VII. 9. VIII. 8. A. p. 66.

Falſo a quibusdam *Jacobi*, ab aliis *Petri* praenomine citatus. A. p. 117. *af*. 136. *bp*. 167.

Frater probabiliter fuit Jo. Gensfleiſchii (ſenioris), cum quo a multis confunditur. VII. 7. 8. 9.

Avunculum habuit Jo. Rihter, dictum Leheymer, judicem Moguntiae. VII. *bn*.

Cognatus ipſi fuit Ortwinus Gelthus, nullus vero Artgeldius. VII. *bf*.

Uxorem habuit Annam, e gente, ut videtur, *zu der Iſerin Thüre*. VII. 8. *Nobilis haec gens Alſatica circa a.* 1418. *interiit, ut matricula Nobilium Alſatiae inferioris a.* 1653. *nos docet.* SCHÖPFLIN. Vindic. typ. *Cap. II.* §. 6. *in not.*

Num liberos reliquerit, incertum. VII. *bb*.

Gener certe ipſi non fuit Petrus Schoeffer, at Joanni Fuſt. A. p. 213. *eb*.

Mortuus videtur intra menſem Octob. 1467. et Febr. 1468. quoniam P. Schoefferus ad calcem *Clementinarum*, 8. Octob. 1467. editarum, de Gutenbergio ſiluit; in proximo au-

tem

tem libro, ſcil. *Inſtitutionibus* JUSTINIANI, vulgatis 24. Maji 1468. ſe ipſum prae Gutenbergio extulit. Mortuum vero jam menſe Februario 1468. fuiſſe Gutenbergium, literæ Conradi Humerii probant. add. VI. 4. A. p. 98. not.

Epitaphium ipſi, quanquam diu poſtea, erectum per Ivonem Witigiſin. A. p. 154. add. VII. 6.

Aliud epitaphium falſo ipſi tributum. A. p. 154. *cl.*

Defuncti apparatus typographicus ad laudatum Humery proprietatis iure pervenit. I. *ab.* VI. 4. VII. *as.* A. p. 97. not.

Characteres eius tunc non manſere Moguntiæ, aſt divenditi fuere Nicolao Bechtermuntze, impreſſori Altavillæ. A. p. 96. not. et ſeq.

Varia de eo documenta, tum edita, tum inedita. VII. *as. bb.*

## §. VII. ANDREAS DRIZEHEN.

E gente patricia Argentoratenſi oriundus fuit. A. p. 227.

Lapides poliendi artem a Gutenbergio Argentinæ didicit. VIII. 2. A. p. 83.

Mox in ſocietatem ab ipſo adſcitus ad alias artes, easque inter ſpeculorum fabricam. ibid. et A. p. 64. 69. 71. 83.

Ea ſocietate rupta adſcitus in novam, cuius obiectum cum maxime fuit typographiae exercitium. VIII. 2. 3. A. p. 65. 84.

Tentamina typographica Argentinae ab ipſo in propriis aedibus peracta. VIII. 3. A. p. 60. 61. 62. 67. 76.

Impenſae ab eo hanc in rem factae, et debita contracta. VIII. 2. 9. A. p. 59. ſeq.

Bona ipſius de ſucceſſu typographiae, modo conſummare opus liceret, opinio. A. p. 59. 68. 77.

Moribundus, vera de Gutenbergii rixis praedixit. A. p. 64.

Deceſſit ſub finem anni 1438. ante abſolutam artem. VIII. 9. *y.* A. p. 62. 68. 84.

Fratres habuit Georgium, Nicolaumque, Argentinae Senatores, qui Andreae mortuo ſurrogari in ſocietatem petierunt; quod a Gutenbergio recuſatum liti anſam dedit, ſucceſſu illis infelici. VIII. 2. A. p. 58. ſeq. ad 88. et 227.

Agnatus ipſi fuit Johannes Drizehen. A. p. 79.

Agnatam habuit Annam Drizehen, nuptam Joanni Schultheiſs, lignario, A. p. 59. 79. ſeq.

## §. VIII. ANDREAS HEILMANN.

Utraque eius ſocietas, prior ad varias artes, poſterior etiam ad typographiae exercitium, cum Jo. Gutenbergio Argentorati inita. VIII. 2. 10. A. p. 64. 83. ſeq.

Teſtis in lite Gutenbergii contra Georg. Drizehen. A. p. 79.

Juravit in illam. A. p. 88.

Non continuavit typographicum opus poſt diſceſſum Gutenbergii Argentorato. VIII. 11.

Fratrem habuit Antonium. A. p. 71. 83.

Alium quoque, vel certe agnatum, Nicolaum Heilmann. A. p. 79.

## §. IX. JOANNES RIFF.

Praefectus ſeu Schultetus fuit in Lichtenau, oppidulo Alſatiae. VIII. 2. A. p. 83.

Speculorum confectionem a Jo. Gutenbergio Argentorati didicit. ibid.

In ſocietatem mox ab ipſo adſcitus ad varias artes exercendas. VIII. 2. A. p. 64. 83.

Ea poſtmodum rupta, in alteram, cuius obiectum praecipue fuit typographiae exercitium, nec tamen ſine difficultate, coöptatus. VIII. 2. 10. A. p. 74. 84.

Teſtis in lite Gutenbergii contra Georg. Drizehen. A. p. 79.

In litem hanc iuravit. A. p. 88.

## §. X. CONRADUS HUMERY.

Nomen eius modo *Humery*, modo *Humbracht*, modo *Hawinbracht*, modo aliter ſcribitur. KÖHLER *Ehrenr. Guttenb. p.* 102.

Moguntiae primum Syndicus fuit, indeque Cancellarius civicus. GEORG. CHR. JOANNIS *Tom. II. Script. rer. Mogunt. p.* 156.

Adiutor fuiſſe videtur Gutenbergii Moguntiae poſt a. 1455. in arte impreſſoria. VI. 4.

Gutenbergii mortui apparatus typographicus ad eum devolutus: et promiſſio ab Humerio facta Archiep. Moguntino circa illius venditionem. I. *ab.* VI. 4. z. VII. *as.* A. p. 97. not.

## §. XI. PETRUS SCHOEFFER.

Latine dictus *Opilio.* A. p. 103. 128.

Natu Gernshemienſis. VII. *dm.* A. p. 94. 95. 101. 103. 128. etc.

Eius iter Pariſios, et *Logicalium* ARISTOTELIS illic transſcriptio. VII. 14. *dm.*

Officinae Moguntinenſi impreſſoriae mox ſeſe tradidit, ſculpendique artem didicit. ibid.

Civis Moguntinus. A. p. 104. 149.

Unde dictus clericus Moguntinae dioceſeos? VII. 14. *dn.*

Famulus Joannis Fuſt, cum quo artem ſecreto habuit. I. *q.* A. p. 104. 147. 181.

Cum eo *Pſalterium* a. 1457. vulgavit, repetitum a. 1459. I. 6. A. p. 51. 54.

Invenit deinde typos fuſiles, quales in uſu hodie. A. p. 104. 180.

Num tamen primus artem fuſoriam ad typos applicuerit?

Prima Auctoris opinio affirmativa. VII. 14. Altera, emendatam modo ab ipſo hanc artem, inventione tum melioris ſubſtantiae metallicae, tum preſertim archetyporum, queis ſignatae matrices produxerunt typos mere fuſiles. A. p. 46. 48. 50.

Illius inventionis epocha. VII. 14. *do.* A. p. 51.

Male ob hoc repertum ſtatuitur inventor typographiae. I. *6. as.* A. p. 187. *dq**.
Ob hoc artificium a Joanne Fuſt et operis coöptatus eſt ſocius, et filiam unicam in matrimonium accepit. VII. 14. A. p. 50. 147. 158.
Mox his typis primum cum ſocero uſus eſt ad *Rationale* DURANDI a. 1459. I. 15. A. p. 51. 98. not.
Alii deinde libri ab ipſis, ad a. 1466. usque, iunctim editi. I. *y*. A. p. 95.
Fuſilium typorum ab eo inventorum divulgatio a. 1462. I. *de*. VII. *dc*. A. p. 51. ſeq. 104. 128. 147. 169. 171. 213. 229.
Inventor forte eſt imprimendi aeneis tabulis. IX. 15. *dt.*
Scholae in hoc genere diſperſio. IX. 16.
Impreſſor non eſt *Catholici* anni 1460. A. p. 96. not.
Modeſtia eius circa Gutenbergium, illo vivo, at minor, eo defuncto. A. p. 98. not. 100.
Carmen in laudem Schoefferi, *Inſtitutionibus* JUSTINIANI a. 1468. ſubiectum. A. p. 100.
Socios a. 1471. habuit Conradum Henlif et affinem ſuum Joannem Fuſt, Jo. fil. I. *x*.
Primum a. 1476. in altera *Inſtitutionum* editione Moguntiae inventionem chalcographiae adſcripſit. A. p. 101. *l.*
Eius conventio a. 1477. cum affini ſuo Fauſto ſuper reſiduis *Decretalium* a. 1473. exemplis. I. *y*. VII. *dg*.
Narratio illius a. 1484. facta TRITHEMIO de invento chalcographiae. A. p. 101. ſeq.
*Pſalterii* tertiam editionem a. 1490. iisdem, queis duas priores, literis ſculpto-fuſis excudit. A. p. 52. *ag*.
Varii porro libri ab ipſo poſt ſoceri mortem editi. A. p. 97. not. 100. *b*. 101. *l*. 268. *in fin.*
Membranam primum, indeque chartam, ſubinde utramque ſimul, ad libros adhibuit. I. *y*. *z*.
Atramentum multum emendavit. I. *ac*.
Inſtitorem Pariſiis habuit Hermanum de Almania, vero nomine de Stattern. I. *x*. VII. *k*.
Male a cl. SCHWARZIO in duos diviſus, unum clericum dioceſeos Moguntinae, alterum puerum Fauſti. VII. *bk*.
Homo ingenioſus. VII. 14. A. p. 100. 104. 180.
Uxor eius, num *Catharina*, an vero *Dina* Fuſt appellata fuerit? VII. *dg*. A. p. 144. *cc*.
Gener nunquam fuit aut Jo. Mentelii aut Jo. Gutenbergii. IV. *bg*. A. p. 213. *eb*.
Quas aedes cum ſocero Fauſto et Gutenbergio Moguntiæ occupaverit? VII. *cm*. A. p. 104.

## §. XII. CONRADUS HENLIF.

Hoc nomine occurrit ut ſocius P. Schoefferi a. 1471. in Necrologio Abbatiae S. Victoris Pariſiis. I. *x*. add. DE LA CAILLE *Hiſt. de l'Imprim. Lib. I.*

Sub nomine *Conradi Hannequis* occurrit, itidem ut Schoefferi ſocius, a. 1475. in privilegio Ludovici XI. Galliae Regis, *Tom. II. Monum. typ.* WOLFII *p.* 389. *ſeq.*

*Quum cognomen hoc tam diverſimode ſcribatur, utrumque forſan a Gallis corruptum fuit. Quod ſi verum, quaeſtionis porro eſſet, an non idem forte hic homo cum Conrado Humerio, qui ut adiutor antea Gutenbergii, ita, ipſo mortuo, Schoefferi eſſe potuit?*

*Monitus ſit lector*, §. 2. *hujus Indicis, ubi acta heredum Laurentii recenſentur*, col. 2. *poſt* lin. 2. *inſeri debere*, DONATUM *ab iis impreſſum; cujus editionis noviſſime repertae ſpecimen exhibuimus* Tab. VI. * *Deinde obſervandum, famulos principum horum typographorum, etſi inter adiutores numerari poſſent, locum tamen inventuros in Indice proximo.*

# INDEX SECUNDUS,

*Exhibens alios quoſdam veteres typographos in opere obvios; eos ſcil. aut quorum nulla vel imperfecta ſaltem mentio occurrit in* Annalibus MICH. MAITTAIRE Tom. I. p. 245. ſeq. edit. ſec. *ac* Tom. V. Part. II. p. 357. ſeq. *aut de quibus ſingularia quædam a nobis traduntur.*

A.


ADELKIND (CORNELIUS) typographus Venetiis. A. p. 189.

Albanenſis impreſſor apud Anglos, num artem didicerit a Friderico Corſellis? VI. 6.

—— Varii libri ab ipſo editi. VI. *ab.*

—— Eius teſtimonium de inventione chalcographiae. A. p. 124.

ALDI Romani heredes Venetiis, uſi ad libros impreſſos quandoque charta coerulea lintei generis, quandoque bombycina alba. I. z.

ANDREAE (JOH.) Harlemi. A. p. 226.

ANSHELMUS (THOMAS) impreſſor primum Tubingae, inde Phorcae, ac tandem Haganoae. A. p. 141. 151. 156.

AUERBACH, (JOH. de) SAUBERTI fide a CAILLIO, CHEVILLERIO, et MAITTAIRIO inter impreſſores Reutlingae collocatus, expungendus ex hoc albo eſt; quum auctoris hoc nomen ſit, non typographi. vid. *Conſpectus Orig. noſtr. p.* 47. *not.*

AYALA (JOHANNES de) Toleti. A. p. 186.


B.


BALDINI (BACCIUS) impreſſor figurarum, Florentiae. IX. 17. *en.*

BAMLER (JOH.) typographiam didiciſſe videtur Moguntiae. I. 15.

—— impreſſor poſthac Auguſtae Vindelicorum. A. p. 168.

—— Libri varii ab ipſo editi, et quidem ſculpto, vel ſculpto-fuſo, charactere. I. 15. *di.*

BANDINELLI (BACCIUS) ſculptor, impreſſorque figurarum, Florentiae. IX. *en.*

BASILEA (FRIDER. de) Burgis. A. p. 128.

BAUR (GULIELMUS) ſculptor, et forte impreſſor figurarum, Argentinae. A. p. 228.

BECHTERMUNTZE (NICOLAUS) impreſſor Altavillae, uſus characteribus a Jo. Gutenbergio quondam adhibitis, et hisce ſculpto-fuſis. A. p. 52. *ab.* 96. ſeq. *not.*

—— Varii libri ab eo excuſi. ibid.

BEHEM (FRANCISCUS) Moguntiae. A. p. 176.

BEILDECK (LAURENTIUS) Jo. Gutenbergii, dum Argentinae eſſet, famulus, et ſpeciatim in re typographica. A. p. 60. 61. 67. 76.

—— Eius teſtimonia in cauſa Georg. Drizehen et Jo. Gutenbergii. A. p. 67. 79. 80.

—— Eius querimonia contra Georg. Drizehen. A. p. 78.

—— Ipſius uxor. A. p. 80.

—— num officinam poſthac typographicam alicubi erexerit, incertum.

BELLAERT (JAC.) Harlemi. VI. 8. A. p. 226.

BOCHOLT (FRANCISCUS a) inventor non eſt figurarum impreſſarum. IX. 3. add. A. p. 228.

BUCKINCK (ARNOLDUS) impreſſor librorum,

rum, et figurarum aenearum, Romae. IX. 17. A p. 256.
—— diverſus eſt ab Arn. Pannartz. IX. *ef*.

C.

CARPIUS (HUGO) num inventor ſit tribus tabulis ſucceſſive adhibitis figuras excudendi? A. p. 228,
CAXTON (GUIL.) natus in comitatu Kentiae apud Anglos. A. p. 35. *aq*.
—— magnam vitae partem in Belgio transegit mercaturae cauſa. VI. 5. A. p. 29. 33. 210.
—— addictus aliquamdiu aulae Margaretae, Burgundiae Ducis. A. p. 33.
—— Eius iter cum Rob. Turnouro in Belgium ad ſeducendum operarium officinae typographicae Harlemenſis. VI. 5. A. p. 210.
—— Coloniae poſthac didicit chalcographiam, et veroſimiliter exercuit. III. *k*. A. p. 33.
—— mox Londinum, ſeu potius Weſtmonaſterium, primus artem tranſtulit. A. p. 34. 37. *ax*.
—— num primus fuerit totius Angliae typographus?
Affirmat hoc Ducarellius. A. p. 3. ſeq.
Negat auctor. A. p. 33. ſeq.
—— Libri varii ab ipſo editi. III. *k*. A. p. 33. 123.
—— ſero uti ſignaturis coepit. A. p. 28. *u*.
—— agnatum habuit Richardum, mercatorem Londinenſem. A. p. 37. *au*.
—— Eius teſtimonium de inventione chalcographiae. A. p. 123.
CENNINI (BERNARDUS et DOMINICUS) primi Florentiæ impreſſores. IV. *bn*.
—— uſi primum ſculpto, ſeu potius ſculpto-fuſo charactere. I. *di*.
—— adhibuerunt deinde typos mere fuſiles. I. 12.
COLONIA (JOHANNES de) Venetiis, an primus ſignaturas invexerit? A. p. 28.
COORNHERTIUS (THEODORUS, Folcardi fil.) natus Amſtelodami a. 1522. deceſſit 1590. III. *ad*.
—— caelator Harlemi, ac notarius. III. 7.
—— typographiam una cum Joh. Zureno circa a. 1561. eadem in urbe erexit. VI. 8.
—— Eius teſtimonium de inventione typographiae. A. p. 193. ſeq.
CORNELIUS Harlemenſis, ſubminiſter Laurentii Jo. fil. prototypographi. A. p. 92.
—— bibliopegus poſthac Harlemi fuit. III. *a** A. p. 92. et Tab. VI.*
—— Ejus narratio de heri ſui inventionibus Nicolao Galio et Quirino Taleſio facta. III. 2. A. p. 90. ſeq.
CORSELLIS (FRIDERICUS) proprie *de Courcelles* dictus. A. p. 39. *ba*.
—— famulus fuit officinae Laurentianae Harlemi, et in Angliam deinde per Rob. Turnour et Guil. Caxton transvectus. VI. 5. A. p. 211.
—— typos Harlemenſes non ſurrepſit, neque Albanenſem ludimagiſtrum artem docuit. VI. 6.
—— primus impreſſor Oxonienſis. VI. 5. A. p. 27. 211.
—— num etiam primus totius Angliae typographus fuerit?
Negat Ducarellius. A. p. 3. 7. ſeq.
Affirmat et probat auctor. A. p. 19. ſeq.
—— Libri ab ipſo probabiliter editi. A. p. 26. 27. *n*.
—— uſus ad eos eſt ſculpto charactere. A. p. 33. 34.
—— ſignaturas in illis adhibuit. A. p. 27. ſeq.
—— cur iis nomen non addiderit? A. p. 27. *m**.
—— Libri falſo ipſi adſcripti. A. p. 16. ſeq.

—— Alii huius familiae vel nominis. A. p. 10. 11. 39. 229.

CRANTZ (MART.) Pariſiis ſignaturas iam a. 1470. adhibuit una cum Ulr. Gering et Mich. Friburger. IV. *l.* A. p. 112.

CROMBERGER (JACOBUS et JOANNES) Hiſpali. A. p. 163. *cx.*

—— Eorum relatio de inventione ac divulgatione typographiae. A. p. 163.

CYRUGIA (JOH.) Veronae. IX. 14.

D.

DAY (JOHANNES) Londini. A. p. 7.

DURERUS, ſenior, (ALBERTUS) natus a. 1427. in pago quodam Hungariae ſuperioris, dicto Eytas, Norimbergae deinde uxorem duxit, ſedemque, ut aurifaber, fixit. Hic autem, quod me *Cap. IX. Orig.* §. 16. fugerat, antiquiſſimis figurarum aenearum ſculptoribus, forte et impreſſoribus, accenſeri debet. Imo ſi recte ſeſe habent, quæ leguntur in annotationibus ad CAR. VAN MANDER *Leven der Schilders Tom. I. p. 55. edit. Amſtelod.* 1764. huiusmodi figurae ipſius, cum monogrammate literam Gothicam A et D. connexas habente, reperiuntur anni 1462. 1465. 1469. 1476. notis inſignitae.

—— iunior (ALBERTUS) praecedentis filius ſculptor etiam, ac forte impreſſor figurarum, Norimbergae. IX. 16.

—— praeceptore hic poſtremus uſus eſt Mich. Wolgemutho, non vero Mart. Schonio. IX. *dy.*

E.

ECKERT van Homberch (HENRICUS). Hic ſeſe quandoque ſcripſit Delphis typographum, ut et dixi V. 17. At ex ſubſcriptione *Vitae Jeſu Chriſti* Belgice ab eo excuſae a. 1503. in fol. patet, ipſum revera impreſſiſſe Antverpiae, aſt in aedibus Delphenſibus.

EGENOLPHUS (CHRISTIANUS) perperam habitus primus Francofurti ad Moenum typographus. vid. infr. art. PETERSHEIM.

EGGESTEIN (HENR.) memoratur Argentinae ab a. 1442. ad 1472. VIII. *bz.*

—— typographiam didiciſſe videtur Moguntiae. I. 15.

—— nunquam cooptatus fuit in ſocietatem typographicam a Gutenbergio Argentinae erectam. VIII. 11.

—— primo artem coniunctim cum Joh. Mentelio Argentinae exercuit, pacto de occultatione inito; mox ſeparatim. I. *q.* VIII. 17. A. p. 161.

—— Libri nonnulli ab eo editi ſculpto vel ſculpto-fuſo charactere. I. *di.* VII. *ad.* VIII. 17.

F.

FINIGUERRA (MASO) inventor non eſt figurarum impreſſarum. IX. 3. 15. *dq.*

FLACH (MART.) Argentinae typographus, uſus adhuc eſt typis ſculptis, vel potius ſculpto-fuſis. I. *di.*

FRIBURGER (MICH.) ſocius M. Crantz. vid. CRANTZ.

FROSCH (CHRISTOPH.) Tiguri. A. p. 187.

G.

GALLUS (LUPUS, et ULRICUS) vid. HAHN.

GERING (ULRICUS) ſocius M. Crantz. vid. CRANTZ.

GIOLITUS, (GABR.) Venetiis, uſus quandoque ad libros impreſſos charta caerulea, quandoque membrana. I. *z.* IX. *dk.*

GOES (MATTH. van der) primus, ut videtur, impreſſor Antverpiae. V. *e.*

utus

—— uſus iam eſt ſignaturis. A. p. 28. *t.*

GREIFFEN . . . . . (MICHAEL) Reutlingae. V. *t.*

GULDENSCHAFF (JOH.) Moguntinus, Coloniae. A. p. 97. not.

H.

HAHN, Latine *Gallus*, (ULRICUS) Ingolſtadienſis patria, civis Viennenſis. A. p. 249.

—— in urbem Romam typographiam intulit, utque videtur primus omnium. A. p. 249. ſeq.

—— primus etiam in Italia figuris ligneis impreſſit. IX. 14.

—— Ejus fautores. A. p. 253. ſeq.

—— Invidia eius cum Sweynheimio Pannartzioque. A. p. 254.

—— Societas primum, atque inde ſeparatio cum Simone de Luca. A. p. 256.

—— introduxiſſe cum ſocio videtur regiſtrum chartarum. IV. *l.*

—— Libri varii ab ipſo editi. VII. *ad.* IX. 14. A. p. 243. 254. 256.

—— (LUPUS) frater prioris, Romae itidem typographus. A. p. 256. *bs.*

HANAU (BERTOLFUS de) miniſter et famulus Jo. Gutenbergii Moguntiae. I. *dg.*

HARLEM (GERARDUS de) Florentiae. VI. 8.

HARLEM (HENRICUS de) Bononiae ac Senis. VI. 8.

HARLEM (NICOLAUS Petri de) Vicentiae. VI. 8.

HIBERNA ARCE (JOHANNES de) vid. WINTERBURGER.

HIRSCHVOGEL (AUGUSTINUS) ſculptor, et forte impreſſor figurarum, Norimbergae. IX. *dx.*

HOLTZEL de Traunſtein (HIERONYMUS) Norimbergae. V. *do.*
Memoratur hic ſub *Hier. Holcelii* nomine ad an. 1501. a MAITTAIRIO *Tom. II. Annal. Part.* I. *p.* 153. eumque ad a. 1523. uſque Norimbergae impreſſiſſe docet LESSER *Typogr. Jubil.* §. 118. & 120.

HONORATUS (SEBAST.) Lugduni, uſus quandoque ad libros impreſſos charta viridi. I. *z.*

HUERNEN (ARNOLDUS ther) Coloniæ Agrippinæ, uſus ſculpto charactere. I. *di.*

HUNTE (THOMAS) Oxoniae, elegantiſſimus et ingenioſiſſimus impreſſor. A. p. 34. 36. *at.*

HUSSNER (JEORIUS) Argentinæ, uſus typis ſculptis vel potius ſculpto-fuſis. I. *di.*

I.

JACOBSZOEN, ſeu Jacobi fil. (JACOBUS) Delphis Batavorum. Huius typorum ſpecimen. Tab. VIII.

JENSON (NICOL.) natione Gallicus, ac director monetæ Turonis, artem deinde impreſſoriam Moguntiae didicit. VI. *az.*

—— excudit poſthac Venetiis, charactere elegantiſſimo. I. *ak.* A. p. 35. *as.* 137. 150. 232.

—— non tamen primus illic typographus fuit. A. p. 35. *ar.* 108. 258.

—— quo ſenſu mirabilis artis inventor dictus ſit? I. *ak.* A. p. 103. 107. not. 125.

—— in Gallia nunquam impreſſit. A. p. 196. *dx.*

—— nonnunquam in membrana excudit. I. *y.*

—— Libri varii ab ipſo editi. I. *ak.* A. p. 35. *ar. as.*

K.

KEFFER (HENRICUS) qui male a MAITTAIRIO *Koler* vocatur, anne famulus Jo. Gutenbergii in urbe Moguntia? I. 15. *dg*.

—— Norimbergae poſthac officinam erexit, libroſque una cum Jo. Senſeſchmid vulgavit. ibid.

KEYSERE (ARENTIUS de) Gandavi, primus lineam obliquam, ut commatis indicium, adhibuit. IX. *dd*.

KOELHOF (JOHANNES) Coloniae Agrippinae impreſſor, ſerius tamen, quam ſtatuit MAITTAIRE. III. *k*.

KOLER (HENR.) typographus imaginarius. I. 15. *dg*.

L.

LAMPARTER (NICOL.) Baſileae. VII. *bf*.

LAUDENBACH (JOH. a) primus operarius Romae. A. p. 154. *cl*. 239. 257.

LEEU (GERARDUS) Goudae. V. *br*.

—— deceſſit Antverpiae, ubi ab a. 1486. impreſſit, anno 1493. uti patet ex ſubſcriptione *Chronici Angliae*, apud MAITTAIRE *Tom. I. Annal. p.* 562. *edit.* 2.

—— Specimen typorum eius. Tab. VIII.

LIGNAMINE, (JO. PHIL. de) eques Siculus, Romae. A. p. 230.

—— Ejus teſtimonium de impreſſionibus Gutenbergii, Fauſti, et Mentelii. A. p. 117. 230.

—— aliud de impreſſionibus Sweynhemii, Pannartzii, et Ulr. Galli. A. p. 237. ſeq.

LLOUFFEN (HELYAS de) in villa Beronenſi, uſus ſculptis literis. I. *di*.

—— jam a. 1470. ſignaturas adhibuit. A. p. 28. *s*.

LUCA (SIMON, Nicolai fil. de) Romae, primum cum Ulr. Gallo, deinde ſeparatim impreſſit. A. p. 256.

—— cum eo introduxiſſe videtur chartarum regiſtrum. IV. *l*.

—— Opera varia ab ipſo edita. IV. *l*. A. p. 231. 243. 256. *bs*.

M.

MANTEGNA (ANDR.) ſculptor et forte impreſſor figurarum, Romae. IX. 17. *ei*.

MANTHEN de Gherretzem (JOH.) ſocius Joh. de Colonia. vid. COLONIA.

MANUTIUS (ALDUS) vid. ALDI *Romani heredes*.

MARTENSZ, ſeu Martini filius (THEOD.) patria Aloſtanus. V. 1.

—— primus artem characterizandi, ſeu chalcographiam, in Belgium invexit. V. *e*. VI. 4.

—— excudit primum Aloſti una cum Joh. de Weſtphalia. ibid.

—— Eius mortis tempus atque epitaphium. ibid.

—— Inſignis differentia inter eius ſociorumve impreſſiones, et officinae Laurentianae. V. 10.

MECKENEM (ISRAEL a) ſculptor, et forte impreſſor figurarum, Buckholti. IX. 16. *dz*.

MENTELIUS (JOH.) origine plebeius. VIII. 16. *bg*.

—— civis Argentinus. VIII. *bi*. A. p. 161. ſeq.

—— ſcriba illic aurarius. VIII. *bq*.

—— nunquam coöptatus fuit in ſocietatem typographicam a Jo. Gutenbergio Argentinae erectam. VIII. 11.

—— Iter probabile eius Moguntiam ad typographiam addiſcendam. VIII. 17.

—— non didicit eam a Jo. Fauſto Argentorati. VIII. *br*.

—— primus Argentinae typographus. VIII. 17.

—— falſo habitus chalcographiae repertor, eiusque fabulae origo. VIII. 12. ſeq. A. p. 113. *u*.

—— Pactum illius de occultatione artis cum Henr. Eggeſtein, Argentinenſi etiam impreſſore. I. *q*. VIII. 13. 17. A. p. 161.
—— nunquam Jo. Gensfleiſchium officinae ſuae famulum habuit. IV. 13.
—— Illius officinae male applicitum fuit furtum, quod in Laurentiana Harlemi contigit. ibid. et VIII. 8. 14.
—— impreſſor *Catholici* JO. DE JANUA s. a et l. editi. A. p. 99. not.
—— Alia opera ab ipſo Argentinae excuſa. I. *di*. VIII. *bb*. 17.
—— quot librorum ſuorum exempla impreſſerit? A. p. 117.
—— ex impreſſione multorum voluminum factus eſt brevi dives. VIII. 17. A. p. 139. 169.
—— ſculptis primum vel ſculpto-fuſis indeque mere fuſilibus typis uſus eſt. I. *di*.
—— Num Ruſſchenburgi aliquando exercuerit chalcographiam ? A. p. 156. *co*.
—— homo glorioſus. VIII. 16.
—— ab Imp. Friderico III. ad nobilitatem provectus, non tamen, quaſi chalcographiam reperiſſet. VIII. 12.
—— Opusculum de arte impreſſoria ab eo conſcriptum. I. *ad*. A. p. 161.
—— Inſignia eius gentilitia. A. p. 159.
—— Monumentum erga parentes. VIII. 16.
—— Mortis tempus, et inſcriptio ipſi poſita. VIII. *bl*. A. p. 200.
—— filiam habuit Joannam, nuptam ſive Martino ſive Petro Schotto. VIII. *ao*. 16.
—— aliam, nuptam Adolpho Ruſchio. VIII. 16.
—— male ſocer appellatus eſt Petri Schoefferi, qui filiam duxerat Joannis Fuſt. IV. *bg*.
MEYDENBACH (JAC.) Moguntiae. A. p. 97.
—— filius vel agnatus Joannis Meydenbach, principum typographorum Moguntinenſium ſocii. A. p. 130. *bd*.
—— Eius teſtimonium de inventione chalcographiae. A. p. 130.
MORELLUS (GUIL.) Pariſiis, uſus quandoque ad libros impreſſos charta caerulea. I. *z*.
MULLER, vulgo *Regiomontanus*, (JOH.) celebris Mathematicus, inter principes typographos Norimbergenſes locum occupat, ut probat editio Poetae MANILII antiquiſſima, ſine anni indicio in 4. cum hac ſubſcriptione: *Ex officina Johannis de Regiomonte in Nuremberg*; et latius porro adſtruxit cl. SCHWARZIUS *Part. III. primar. docum. p.* 62. *ſeq*.
—— figuras quoque excudiſſe videtur. A. p. 228.
—— ad artis typographicae promotionem contuliſſe aliquid videtur emendatione preli. I. *ad*.
—— abſurde tamen vocatur typographiae inventor. I. *ak*.
—— Eius teſtimonium de inventione artis. A. p. 116.
MURANO (ANDR. de) num impreſſor figurarum ? IX. *do*.

## P.

PANNARTZ (ARNOLDUS) primus cum Conrado Sweynheim, forte tamen paulo poſt ipſum, typographiam ad Italos, et quidem ſtatim in Sublacenſe Monaſterium, tranſtulit. A. p. 244.
—— quos illic libros cum ſocio impreſſerit, et qua ratione? A. p. 245. ſeq.
—— mox cum ſocio Romam migravit, nec tamen primus illic libros impreſſiſſe videtur. A. p. 249. ſeq.
—— Cauſa migrationis. A. p. 252.
—— Novi illic apparatus typographici conſtructio. A. p. 253.
—— Eius fautores. ibid.

—— invidia cum Ulr. Gallo. A. p. 254.

—— mali ſucceſſus. A. p. 255.

—— ſaepe quidem eundem librum bis terve excudit, nunquam vero eidem editioni duplicem ſubſcriptionem addidit. A. p. 247. *ab.*

*Hoc autem latius deinde adſtruxit Rev.* MERCIER dans ſes Recherches bibliographiques ſur quelques editions des premiers imprimeurs de Rome, *inſertis Diario Trivultino* a. 1764.

—— nonnunquam ad libros membrana uſus eſt. I. *y.*

—— Celeritas eius in deſcribendis libris. A. p. 236. 249.

—— poſt ſocii Conradi abdicationem typographiam continuavit; novis tamen typis uſus. A. p. 255.

—— Varii libri ab eo Romae editi. IX. *eb.* A. p. 109. 230. 236. 247. 249. 254. 256.

PATAVINUS (CLEMENS) Venetiis, elegantiſſimus atque ingenioſiſſimus impreſſor. A. p. 36. *at.* 114.

PETERSHEIM (JOANNES a) famulus Jo. Fauſti ac P. Schoefferi. I. 15.

—— non fuit antea famulus Laurentii Jo. fil. Harlemi. IV. 12.

—— primus Francofurti ad Moenum officinam erexit. I. 15.

Joannes hic nomen *a Petersheim* vel potius *Pfedersheim* ſibi adſcivit a loco originis cognomine, qui uno circiter a Wormatio milliari diſtat. De eo in matricula urbis Francofurti ad a. 1459. legitur: *Hans von Pedersheim Brieffdrucker hat den Burgereyd getan, und mit den Rechenmeiſtern umb die X. ℔ IIII. ß überkommen. Act. Dnica p. Luciae anno LIX.* id eſt: *Johannes a Pedersheim, chartarum impreſſor, jusjurandum ut civis praeſtitit, et cum Magiſtris Rationum convenit de ſolutione vectigalis decem librarum & quatuor ſchillingorum. Actum Dominica poſt Luciae* (17. Decemb.) *anno* 1459. Id me docuit CHRISTIAN. MÜNDENS *hiſtoriſcher bericht von denen erſten erfindern der Buchdrucker-kunſt und von den erſten Franckfurter Buchdruckern*, pag. 173. quem Diſcurſum, editum poſt huius *Danckpredigk by dem dritten Jubel-feſt* Francof. 1741. in 8. et incognitum antea mihi, (utpote nec SCHOPFLINO nec aliis memoratum, a FOURNIERIO autem *Diſſ. II. p.* 91. pro mera compilatione ac rhapſodia habitum) caſu nactus ſum nuper, doleoque, non prius mihi viſum, quod curioſas aliquot obſervationes contineat ad primos typographos Moguntiae ſpectantes, reſervandas iam *Antiquitatibus* noſtris *illius urbis typographicis.* Huius igitur documenti, ut puto, fide FAUSTUS ASCHAFFEBURGIUS, quem *Cap. I.* §. 15. citavi, tradidit, Petershemium a. 1459. Francofurti fixiſſe ſedem, ibique officinam librorum impreſſoriam erexiſſe: ut ego quidem puto, recte. Prela ſiquidem ordinaria ita ſunt comparata, ut non chartae ſolum uni alterive ſed integris etiam libris imprimendis inſerviant, quam rem ea aetate quaeſtuoſiſſimam neglexiſſe Petershemium non eſt credendum; prelum vero manuale, cuius ope unusquisque privatim in aedibus ſuis literas imprimere poteſt, volumina integra haud poteſt, inventionis eſt recentiſſimae. Unde vix eſt, ut admittam Mündenii diſtinctionem, qui ſtatuit, Petershemium, quod facultates ipſi deeſſent officinam librorum impreſſoriam inſtruendi, literas ſolum chartasque excudiſſe. Nec ad rem facit, quod in Ordinatione Magiſtratus Francofurtani 10 Sept. 1628. *brieffmahler* et *buchdrucker* diſtinguantur, niſi ſimul probetur, eadem eſſe *brieffmahler* et *briefdrucker*, quod ego falſum puto.



Per

Per *briefmahler* in ea Ordinatione intelligendus videtur is, qui mappas geographicas aliasve chartas quascunque pingit, ſeu illuminat; quod proinde opificium a typographico ſeparari mirandum non eſt. Aſt τò *brieffdrucker* ideo forſan in urbis laudatae documento a. 1459. Petershemio tribuitur, quod chartas publicas et edicta Magiſtratus imprimeret: id vero aliorum librorum impreſſionem non excludebat. Quidquid eſt, Petershemii huius memoria ſeculo iam XVI. interciderat, ea ni fallor de cauſa, quod Laurentii Jo. fil. et aliorum quorundam exemplo omnes libros absque anni, loci, et nominis ſui indicio edidiſſet. Unde quum a. 1530. in ipſa hac urbe Francofurto ad Moenum (poſtquam diu illic prela ceſſaſſent) Chriſtianus Egenolphus officinam inſtruere coepiſſet, et per quinque deinde luſtra continuaſſet, factum eſt, ut in epitaphio ipſi a. 1555. poſito nuncupatus fuerit *primus in urbe chalcographus*, vid. *dict. lib.* Mündenii *p.* 182.

PETRI (DODO) impreſſor figurarum, Amſtelodami, IX. *do.*

POLLAIUOLO (ANT.) impreſſor figurarum, Florentiae. IX. 17. *em.*

R.

RATDOLT (ERH.) impreſſor primum Venetiis atque inde Auguſtæ Vindelicorum, atramento aureo quandoque in libris ſuis uſus eſt. I. *ac.*

——— figuras Mathematicas mobilibus ſignis excudit. IX. *a.*

——— inventor non eſt literarum florentium. IX. *ar.*

REGIOMONTANUS (JOH.) vid. MULLER.

REWICH (ERHARDUS) Moguntiae. V. *bk.* A. p. 97. not. *ubi male ſcripſi* Gerardus.

ROOD (THEODORICUS) Oxoniae cum ſocio Thoma Hunte. A. p. 27. 34. 36.

——— non fuit illuc transvectus una cum Corſellio per Caxtonum, ſed Colonia illuc miſſus. A. p. 25. *f.* 34.

RUMELIUS (HENRICUS) Norimbergae. I. *cf.*

RUSCHIUS (ADOLPH.) gener Joh. Mentelii, Argentinae. VIII. 16. A. p. 139. 169. 171. 196.

——— an nomen caſtro Ruſchenburg dederit? A. p. 156. *co.*

RUST (LUPRECHTUS) num impreſſor figurarum? IX. *dx.*

S.

SCHOEFFERUS (JOH.) Petri fil. civis et impreſſor Moguntinus. A. p. 144.

——— Libri varii ab ipſo editi. V. 16. *dn.* A. p. 144. ſeq.

——— Eius teſtimonia varia de invento chalcographiae. A. p. 144. ſeq.

——— primus Johannem Fuſt, avum ſuum maternum, *inventorem* chalcographiae ſenſu proprio appellavit. VII. 5.

——— qua calliditate eum in finem uſus fuerit? A. p. 144. not.

——— Controverſia eius hac de cauſa cum Joh. Schotto, Argentinenſi typographo. VIII. 12.

SCHOEFFERUS (IVO) Petri fil. Moguntiae. A. p. 196. *dx.*

SCHÖN (BARTHOL.) ſculptor, et forte impreſſor figurarum. IX. *dx. dy.*

——— (MARTINUS) ſculptor, forte etiam impreſſor figurarum, Colmariae. IX. 16. *dy.* A. p. 228.

SCHOTT (FRIDERICUS) ſculptor, et forte impreſſor figurarum, Argentinae. A. p. 228.

SCHOTTUS (JOH.) typographus Friburgi, Baſileae, tandemque Argentorati. VIII. 12. A. p. 160. 161. 175.

Illius

—— Illius pater. VIII. *ao.*
—— Eius mater filia fuit Joh. Mentelii, primi Argentinenſis typographi. ibid.
—— Huius fraudes ad aſſerendum Joh. Mentelio chalcographiae inventum, et controverſia hoc nomine cum Joh. Schoeffero. VIII. 12. 13. 14.
—— Eius inſignia gentilitia. A. p. 159.
SCHOTTUS (MART.) Argentinae, pater, ut videtur, prioris. VIII *ao.* 16.
SCOLAR (JOHANNES) Oxoniae. A. p. 25. *g.*
SEVEREN (JOANNES) Leidae. A. p. 155.
SPIRA (JOH. de) primus impreſſor Venetus. A. p. 35. *ar.* 189. *ds.* 232. 258.
—— mira celeritate in libris excudendis uſus eſt. I. *ag.*
—— reclamantes primus adhibuit. IV. *l**.
—— Opera varia ab ipſo edita. I. *ag.* IV. *l** A. p. 138. *bs.* 258.
SPIRA (VENDELINUS) frater prioris, impreſſor Venetus, uſus quandoque ad libros ſuos membrana eſt. I. *y.*
STATTREN (HERMANNUS de) natu Monaſterienſis, vulgo Hermanus de Almania, inſtitor officinae Fauſto-Schoefferianae Pariſiis. I. *x.* VII. *k.* et adde WOLFII *Monum. typogr. Tom. II. p.* 389. *ſeq.*
STAUDE (WENCESLAUS) num artem tabellis imprimendi Chinenſes docuerit? A. p. 227.
SWEYNHEIM (CONRADUS) ortu Moguntinus, artem impreſſoriam didiciſſe Moguntiae videtur. IX. 17. *ec.*
—— primus cum Arn. Pannartz artem ad Italos, et quidem ſtatim in Sublacenſe monaſterium, tranſtulit. A. p. 244.
—— primus etiam artem figuris aeneis excudendi in Italiam invexit. IX. 17. *ed. ee.*
—— quos illic libros cum ſocio impreſſerit, et qua ratione? A. p. 245. ſeq.
*Huc transfer porro omnia, quae ſcripſimus art.* PANNARTZ *a verbis* mox cum ſocio Romam migravit etc. *usque ad verba* Celeritas in deſcribendis libris. A. p. 236. 249.
—— abdicavit tandem typographiam et tabulas Geographicas ſculpſit. IX. 17. A. p. 255. ſeq.
—— deceſſit circa a 1476. ibid.
—— Varii libri ab ipſo Romae editi. IX. 17. *ef**. A. p. 109. 230. 236. 247. 249. 254.
SYLVIUS (GULIELMUS) Antverpiae. III. 8. A. p. 197.

V.

VELDENAER (JOHANNES) impreſſor primum Lovanii. V. 10. IX. *al.*
—— Ultrajecti deinde inter alia opera edidit *Faſciculum temporum*, Belgice a ſe verſum, variisque auctum Chronicis. II. *b.* III. 11. V. *br.* A. p. 111. *q.*
—— Specimen typi, quo liber hic impreſſus. Tab. VIII.
—— Culemburgi poſthac vulgavit *Speculum ſalutis* Belgice, cum ipſiſſimis tabulis, quibus uſi antea fuerant Laurentius Jo. fil. hujusque heredes. V. 2. ſeq. *ak.* VI. 8.
—— *Speculum* illud Latine nunquam excudit. V. *bt.*
VERARDUS (ANT.) Lutetiae, uſus primum duplici chartae genere ad idem opus, majori et minori. I. *z.*
ULMENSIS (LUDOV.) impreſſor figurarum. IX. 6.

W.

WALDARFER (CHRISTOPH.) Venetiis primum impreſſor, Mediolani deinde officinam erexit, primusque illic Gothicis typis uſus eſt. I. *di.* A. p. 113. *x.*

WESTPHALIA (JOH. de) Aloſti, ac dein Lovanii. V. *e. br.* VII. 3. *n.*

—— Specimen typorum eius. Tab. VIII.

WIENNER (JOH.) Auguſtae Vindelicorum, uſus charactere ſculpto, ſeu potius ſculpto-fuſo. I. *di.*

WINTERBURGER, Latine *de Hiberna arce* (JOHANNES) Vindobonae. A. p. 232. Primus hic in ea urbe impreſſor videtur, ubi libris excudendis inclaruit ab a. 1493. ad 1514. Id me docuit P. SIXTUS, Monachus Auguſtinianus, in *Commentatione de primis Vindobonae typographis*, edita Vindob. 1764. in 4.

WOLGEMUTH (MICH.) ſculptor et forte impreſſor figurarum, Norimbergae. IX. 16. *ea.*

—— forte inventor tabulas aeneas rodendi aqua forti. IX. 16.

WORDE (WINANDUS de) Londini, ſeu potius Weſtmonaſterii, non fuit antea operarius Harlemi. A. p. 24.

Y.

YEMANTSZOEN (MAURITIUS) Delphis Batavorum. V. *br.*

—— Specimen typorum ejus. Tab. VIII.

Z.

ZAINER (GUNTH.) Reutlingenſis, Auguſtae Vindelicorum. V. 9. A. p. 99. not.

—— primus in Germania Romanis typis uſus eſt, ac deceſſit a. 1475. vid. Index III. art. *Biblia Latina s. a. et l. num.* 9.

ZAINER (JOH.) Reutlingenſis, Ulmae, uſus ſculptis literis. I. *di.*

ZAROTUS (ANT.) Mediolani, num a. 1470. jam adhibuerit ſignaturas? A. p. 28. *s.*

ZELL (ULR.) Hanovienſis, clericus dioceſeos Moguntinenſis. III. 3. et Tab. IX.

—— artem typographicam didicit Moguntiae. III. 3.

—— primus poſthac Coloniae Agrippinae impreſſor. III. *i. k.* A. p. 105. not. 108.

—— Libri varii ad ipſo editi. III. 3. *i.* A. p. 105. ſeq. not.

—— uſus eſt typis ſculptis, vel ſculpto-fuſis. I. *di.*

—— Specimen characteris ab eo adhibiti. Tab. IX.

—— Ejus narratio de inventione artis, tum in Hollandia, tum Moguntiae. A. p. 105. ſeq.

ZENARUS (DAMIANUS) Venetiis. A. p. 202.

ZURENUS, ſeu *van* ZUYREN (JOHANNES) Jetus Harlemenſis, natus a. 1517. Magiſtratus in urbe patria, deceſſit 1591. III. 6. *aa.*

—— typographiam una cum Theod. Coornhertio circa a. 1561. Harlemi erexit. VI. 8.

—— Ejus reliquiae ex libro deperdito de inventione typographiae A. p. 190. ſeq.

INDEX

# INDEX TERTIUS,

*Exhibens varios libros ſec. XV. excuſos, inque opere noſtro memoratos; eos nempe, aut quorum nulla vel imperfecta ſaltem mentio facta eſt in* Tomo V. ſeu Indice Annalium MAITTAIRII, *aut de quibus ſingularia quaedam a nobis traduntur.*


A.

AEGIDIUS, ROMANUS, de peccato originali. *Oxon.* 1479. 8°. A. p. 26.

ALEXANDRI, GALLI, Doctrinale. *ſine anno et loco, verum Moguntiae typis Job. Gensfleiſch* 1442. IV. 14. A. p. 92.

—— *Alia editio, ſine a. et l.* 4°. *in Italia excuſa.* IV. *bn.*

—— *iterum alia s. a. et l. fol.* (*impreſſa Florentiae per Cenninos*) I. *di.* IV. *bn.*

Alexandri Magni hiſtoria de proeliis. *s. a. et l.* A. p. 27. *n.*

—— *Alia, ut videtur, editio s. a. et l. fol. at Harlemi, ut probabile eſt, per heredes Laurentii Jo. fil. excuſa.* VI. 7. A. p. 51.

—— *Huius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. VII.

Alphabetica tabula, *s. a. et l. at Moguntiae circa a.* 1445. VII. 1.

Anti-chriſto (de) Tractatus. *Excuſus in Germania s. a. et l.* IX. 12.

Apocalypſeos figurae. *vid.* Joannis Evangeliſtae hiſtoria.

APULEJI Epitome de Mundo. *Viennae J. de Hiberna arce* 1497. *fol.* A. p. 232.

ARISTOTELIS Ethica, interprete Leon. Aretino. *Oxon.* 1479. 8°. A. p. 26.

Ars memorandi notabilis. *vid.* Evangeliſtarum figurae.

ASTEXANI Summa de caſibus. *s. a. et l. verum Argentor. Jo. Mentelin* 1469. *fol.* I. *di.*

ATHANASII Opera, Latine. *Romae Ulr. Gallus* 1477. *fol.* A. p. 256. *bu.*

—— Lat. *ibid. Georg. Sachſel et Barth. Golſch* 1477. *fol. Editio incerta. ibid.*

AUERBACH (JOHANNIS de) Summa. *Aug. Vindel. Gunth. Zainer de Reutlingen* 1469. *fol.* vid. Conſpect. Orig. noſtr. p. 47. not.

AUGUSTINUS de civitate Dei, 1467. *ſine loco, at in monaſterio Sublacenſi. fol.* A. p. 235. 245. *ad.*

—— *Romae Sweynheim ac Pannartz* 1468. *fol.* A. p. 247.

—— *Romae per eosdem.* 1470. *fol.* ibid.

—— liber de vita Chriſtiana, et de ſingularitate Clericorum. *Colon. Ulr. Zel.* 1467. 8°. *maj.* I. *di.* III. 3. *i.* A. p. 28. *x.*

Hos duos Tractatus ſecum cohaerere, adeoque ſimul impreſſos monuit me vir praeclarus H. GOCKINGA, qui rariſſimi huius cimelii poſſeſſor liberaliter illud dono mihi nuperrime dedit.

—— *Illius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. IX.

De eo jung. quae diximus A. p. 220.

—— Sermo ſuper orationem Dominicam, et expoſitio ſuper Symbolum, et ſermo de ebrietate cavenda. *s. a. et l.* 8°. *maj. at iisdem Zellii typis.* III. *i.*

—— Homiliae VII. *quarum prima de eo, quod Pſalmiſta ait:* Quis eſt homo, qui vult vitam etc.? *poſtrema de eo, quod Apoſtolus ait:* Redimentes tempus, quum dies mali ſunt. *s. a. et l.* 8°. *maj.*

—— Tractatus de fuga mulierum, de continentia, de contemptu mundi, et


de

de communi vita Clericorum. *Inſerta eſt etiam* epiſtola HIERONYMI ad Paulinum. *s. a. et l.* 8°. *maj.*

—— Liber de agone Chriſtiano, & de ſermone Domini in monte habito. *s. a. et l.* 8°. *maj.*

Tria haec opuſcula, quorum character eſt ipſiſſimus, in exemplo eiusdem viri cl. adhaeſere antea memoratae editioni librorum *de vita Chriſtiana ac de ſingularitate Clericorum.* Unde colligere eſſet, illos per eundem forte Zellium excuſos. Literae tamen, etſi plurimum ſimilitudinis habeant cum Zellianis, minus iis videntur elegantes; certe eaedem dici non poſſunt, ut vel comparatio literae *b* in his Tractatibus cum praecedente anni 1467. evincit, utpote figurae plane diverſae. Num ergo ipſe Zellius characterem ſuum poſthac immutaverit, an vero alius hic adfuerit typographus, incertum.

—— Liber ad Petrum Diaconum de fide. *Ad calcem dicitur hic impreſſus Coloniae in vigilia ſancti Johannis Baptiſtae. Anno Domini M. CCCC. ſeptuageſimo tertio.* 8°. *maj.*

Hic quoque tractatus in memorato volumine adhaerebat praecedentibus, ſed charactere impreſſionis ab iis omnibus differt, atque nitore cedit.

B.

BALDI lectura ſuper Codicem, *Venet. Jo. de Colonia et Jo. Manthen de Gherretzem.* 1474. *fol.* A. p. 28. *u.*

BARTHOLOMEUS DE GLANVILLA, s. Anglicus, de proprietatibus rerum. *Colon. Agr. Jo. Koelhoff* 1470. *fol. Editio ſpuria.* III. *k.*

—— *Editio princeps, s. a. et l. fol.* (*Coloniae W. Caxton*) *ibid.*

—— *Belgice, Harlemi Jac. Bellaert* 1485. *fol.* III. *a** V. *bu. by.* VI. *g.* IX. *dd.*

BIBLIA LATINA. Editio princeps, *charactere miſſali Moguntiae a prima typographorum illic ſocietate impreſſa, et a.* 1450. *vulgata.* VII. 2. *e.* A. p. 45. 104. 107.

De ea vid. mox inter editiones ſine anno et loco Num. 2.

—— *altera Moguntina, per Fuſt et Schoeffer* 1462. *fol.* 2. *volum.* I. *s. x. y. ac.* VI. *as.* VII. *k.*

—— *tertia Moguntinenſis, per Schoeffer ſolum* 1472. *fol.* 2. *tom.* A. *p.* 101. *l.*

—— *Reutlingae per Joh. de Auerbach* 1469. *fol.* Editio ſpuria, JO. SAUBERTO, negligentiſſimo bibliographo, memorata, et confuſa cum *Summa* JO. *de* AUERBACH, ipſo hoc anno per Guntherum Zainer de Reutlingen excuſa. vid. *Conſpect. Orig. noſtr. p.* 47. *not.*

* * *

BIBLIORUM LATINORUM EDITIONES VARIAE IN FOLIO, ANNI, LOCI, ET TYPOGRAPHI NOTIS DESTITUTAE.

1. *Lineis* 36. *in quavis columna, tribus voluminibus, charactere maximo.* Exſtat in bibliotheca biblica ſereniſſimae Ducis Brunsvico-Luneburgicae, et penes cl. SCHELHORNIUM, qui eam ut principem editionem jactavit in *Diſſ. de antiquiſſ. Bibl. editione,* Ulmae 1760. moxque ſpecimen illius figuratum exhibuit in *Diatriba ante lib. ſing. Card.* QUIRINI *de primis edit. Rom. p.* 61. add. *Conſpectus noſter p.* 43.
2. *Lineis* 40. *in prioribus novem primi voluminis paginis, lineis* 41. *pag.* 10. *et lineis* 42. *per reliquas omnes utriusque voluminis paginas.* Exſtat Moguntiae in Coenobio Benedictinorum, Berolini in regia bibliotheca, ac Lutetiae in Collegio Mazarinico. Hanc edi-

editionem, quod character (ſi a magnitudine receſſeris) multum accedat ad literas *Pſalterii* a. 1457. imo magis quam praecedentis editionis Schelhornianae, (quanquam ille paulo grandior ſit) pro omnium principe Moguntinenſi a. 1450. habeo. vid. *Conſpect. noſter p.* 46. et *Orig. Cap. VII.* not. *e*. Atque ita poſt me etiam ſenſit clar. DE BURE *Bibliographie inſtructive*, *Vol. de Theologie*, *Num.* 25. Huic ſeſe mox oppoſuit FOURNIERIUS in Epiſtola Gallica ad cl. FRERON, inſerta Diario, quod inſcribitur *Année literaire* a. 1764. et alteri, *Journal des Scavans*, ex edit. Amſtelod. a. 1764. *Num.* 5. *p.* 264. *ſeq.* At eius ratiocinia duplici potiſſimum argumento enervare licet; primum, quod manifeſta utatur principii petitione, dum aliam editionem in eodem Collegio Mazarinico reperiundam ut principem nobis obtrudit, quae revera eſt Argentoratenſis anni 1468; deinde, quod ignoraverit, typos Moguntiae poſt plurium annorum exercitium inventos fuiſſe ſculpto-fuſos, et hosce elegantes, qualibus et memoratum *Pſalterium* a. 1457. prodiit. Sed de his alibi, Deo volente, plura.

3. *Lineis* 41. *duobus voluminibus*, rudi charactere et ſic ſatis grandi quidem, aſt minore, quam in editionibus praecedentibus. Exemplum habuit cl. SCHWARZIUS, et aliud ex bibliotheca Comitis Oxonienſis in meam tranſiit. *Conſp. noſter p.* 44. Videtur autem perantiqua eſſe editio, et forte a Jo. Petershemio Francofurti, alione principe quodam in Germania impreſſore, poſt Fuſtii, et Gutenbergii ſeparationem, excuſa.

4. *Lineis* 42. *duobus voluminibus*, ipſiſſimis Zellii, primi Coloniae impreſſoris, typis, quos *Tab.* IX. exhibui. add. *Orig.* III. *i*.

5. *Lineis* 45. *duobus voluminibus*. Exſtat in bibliotheca regia Lutetiae. Eam editionem Auguſtae Vindelicorum a. 1466. typis Jo. Bamler prodiiſſe inde conſtat, quod aliud eiusdem editionis exemplar, antea Comitis Oxonienſis, exſtet in bibliotheca memoratae Ducis Brunsvico-Luneburgenſis, cui ad calcem primi voluminis a calligrapho, qui literas capitales rubricasque libri ſcripſit, poſt verba *Explicit Pſalterium* atramento rubro exarata, adiectum fuit coeruleo colore: BAMLER 1866. Et hanc editionem iam duobus abhinc ſeculis memoravit ACH. PIRM. GASSARI. vid. A. p. 168. et add. *Conſpect. noſter p.* 41.

6. *Alia lineis* 45 *duobus quoque voluminibus*. Secundum duntaxat in Collegio Mazarinico Lutetiae reperitur. Utrumque in bibliotheca Commendae S. Johannis Hieroſol. Argentorati, e quo exemplo evidens eſt, prodiiſſe hanc editionem Argentorati typis Eggeſteinii a. 1468. quandoquidem a miniculatore, qui rubricas appoſuit, ad calcem primi voluminis adſcriptum legitur: *Explicit Pſalterium &c. per Magiſtrum Henricum Eggeſtein, anno LXVIII.* cuius ſubſcriptionis integritatem vindicavi in *Conſpectu p.* 42. Ut vero haec editio diſtingui a priore poſſit, notandum eſt, in prima ſtatim linea ſecundi voluminis hic legi: *ungat epiſtola quos iungit ſacerdotiū: im*= quae in praecedente Bamleriana eodem plane modo expreſſa ſunt, ſi exceperis, quartam vocem abbreviate illic legi *iūgit*. Alias differentiae notas collegit FOURNIERIUS *Diſſ. II. p.* 208. *ſeq.* qui ambas has editiones primis impreſſionibus Moguntinis iniuria accenſuit. add. *Conſpect. noſter p.* 42. 45. et *Orig.* I. *di.* VIII. 17.

7. *Lineis* 49. *duobus tomis, qui tamen uno volumine compacti erant, et cum* *lite-*

*lteris initialibus manu appoſitis.* Exemplum tale, quod ex muſeo Comitis de HOYM Lutetiae provenerat, deſcriptum videre eſt in *Bibliotheca univerſali vetere et nova*, collecta a Petro Goſſe, bibliopola Hagae Com. 1742. *pag.* ** *ſeq.* qui, ut merces ſuas carius venderet, hanc editionem, ut principem, emtoribus obtruſit; ſtultos tamen huiusmodi non invenit. *Conſp. p.* 43. 45.

8. *Alia lineis* 49. *duobus etiam tomis, verum literis impreſſis capitalibus, quas florentes vocant.* Exemplum eius editionis ex bibliotheca cl. GROS DE BOZE nactus eſt jamque Lutetiae adſervat ill. Praeſes de CÔTE. vid. FOURNIER *Diſſ. II. p.* 243. et *Conſp. noſtr. p.* 45.

9. *Lineis* 56. *duobus voluminibus, et charactere quidem Romano impreſſa,* quum ad praecedentes editiones omnes Gothicus adhibitus fuerit. Hanc ipſe adſervo, ſuſpicorque, eam prodiiſſe Auguſtae Vindelicorum typis Guntheri Zainer, utpote qui primus in Germania Romanas literas adhibuit, indice SCHELHORNIO *dict. Diatr. p.* 30. Hoc ſi verum, prodiit illa certiſſime ante a. 1475. quo obiit Zainerus d. 14. Aprilis, (vid. MAITTAIRE *Tom. I. Annal. p.* 299. *in not. edit.* 2.) imo probabiliter ante a. 1472. quando libris ſuis Romano charactere excuſis apponere nomen coepit. add. *Conſp. p.* 45.

10. *Cum Gloſſis* NICOLAI DE LYRA, *quatuor voluminibus, charactere Gothico.* Haec in pluribus bibliothecis adſervatur. *Conſp. p.* 45.

* * *

BIBLIA GERMANICA. *s. a. et l. fol.* Exemplo, quod Stutgardiae in bibliotheca Conſiſtorii Wirtenbergici adſervatur, manu addita ad calcem ſubſcriptio eſt rubro colore, quae teſtatur, hanc editionem prodiiſſe Moguntiae typis Fauſti ac Schoefferi 1462. eamque proximo folio alia excipit, id confirmans. Vid. WIDEKIND *Verzeichnis von raren büchern Tom. III. p.* 443. *ſeq.* Verum utriusque ectypus accurate delineatus et ab ill. SCHOPFLINO mihi miſſus, docuit me, hanc non ipſius eſſe miniculatoris manum, at recentiorem, auctore ſine dubio falſario, qui veterem ſcripturam imitari ſtuduit, aſt non potuit. add. SCHÖPFLINI *Vindic. Cap. III.* §. 7.

—— *alia editio s. a. et l. verum Argentinae typis Jo. Mentelii* 1466. *fol.* I. *di.* VIII. 17. et add. WIDEKIND *dict. Tom. III. p.* 449. *ſeq.*

—— *alia, ſed inferioris Saxoniae dialecto, impreſſa Coloniae s. a. et l. cum fig. fol.* V. 9.

BIBLIA BELGICA. *Delphis Jacob Jacobszoen en Maurits Yemantszoen* 1477. *fol.* 2. *vol.* V. 10. *br. bs.*

—— *illius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. VIII.

Biblicae, ſeu utriusque Teſtamenti, figurae. *Editio s. a. et l. typis Laurentii Harlemenſis.* IX. 4. 11.

—— *ſimilis, typis heredum Laurentii,* ibid.

—— *aliae editiones in Germania excuſae, tum Latino, tum Germanico ſermone.* ibid.

*Boeksken, inhoudende drie capittelen, roerende of ſlutende op III. dachvaerden.* Haerlem by Jan Andriesſoen 1486. 4°. A. p. 226.

BOETHIUS *van de vertrooſtinge der Philoſophie.* Gandavi Arent de Keyſere 1485. fol. V. *bu.*

BRANT (SEBAST.) carmina. *Baſil. Jo. Bergman de Olpe* 1498. 4°. A. p. 135.

BREYDENBACH (BERN. *de*) *heylige bevaerden*

*vaerden tot dat heylige graft in Jeruſalem.* Mogunt. Erh. Rewich 1488. fol. V. *bk.*

C.

Cantici Canticorum figurae, ſeu hiſtoria et providentia virginis Mariae. *Editio s. a. et l. ex officina Laurentiana Harlemenſi.* IX. 5. 11.

—— *illius editionis ſpecimen.* Tab. IX.

—— *ſimilis in Germania excuſa.* IX. 5.

Catholicon, ſeu breve Vocabularium, tabulis ligneis inciſum, *s. a. et l. at Moguntiae circa a.* 1445. VII. 1. *c.* A. p. 103.

*Chirurgus (von dem)* 1397. pro 1497. fol. I. *ai.*

Chriſti paſſionis figura. *Forte excuſa in officina Laurentiana.* IX. 8.

*Chronica van der hilliger Stat van Coellen.* Colon. Joh. Koelhoff 1499. fol. III. 3. A. p. 105.

—— *Editiones antiquiores huius libri ſpuriae.* A. p. 105. *n.*

CICERO de Officiis. Ejusdem Paradoxa. *Mogunt. Fuſt et Schoeffer* 1465. *recuſa per eosdem* 1466. *fol. min. ſeu* 4°. I. *y. ac.* VI. *as.* VII. *k.* A. p. 248. *al.*

—— Paradoxa, de amicitia, etc. *s. a. et l.* 8°. (*Colon. Ulr. Zell.*) III. *i.*

—— de Oratore. *s. a. et l. ſed in monaſterio Sublacenſi fol.* A. p. 235. 246.

—— *Romae Sweynheim et Pannartz* 1469. *fol.* A. p. 247.

—— *Romae ibid.* 1471. *Editio ſpuria.* ibid. *ak.*

COLUMNA (GUIDONIS de) hiſtoria deſtructionis Troiae. *s. a. et l.* A. p. 27. *n.*

Confeſſionalia, tabulis ligneis inciſa, *s. a. et l. at Moguntiae circa a.* 1445. VII. 1. A. p. 215.

Creationis hiſtoria, Germanice. *Ligno inciſa.* 4°. IX. 13.

D.

Decor puellarum, Italice. *Venet. Nicol. Jenſon* 1461. *lege:* 1471. 8°. A. p. 35. *ar.* 258. not.

Decretales GREGORII IX. *Mogunt. Petr. Schoeffer* 1473. *fol.* I. *y. ac.* A. p. 100. *b.*

Decretalium BONIFACII VIII. liber ſextus. *Mogunt. Fuſt et Schoeffer* 1465. *fol.* A. p. 95.

Decretum GRATIANI. *Mogunt. P. Schoeffer* 1472. *fol.* A. p. 101. *t.*

Decretorum auctoritates. *Colon. Petr. de Olpe* 1470. *vel* 1471. *fol.* A. p. 105. *o.*

DIACONUS (PAUL.) de geſtis Romanorum. *Mediol. Lavagnia* 1475. *fol.* A. p. 243. *s.*

Dialogus Creaturarum. *Goudae Ger. Leeu* 1480. *fol.* V. 10. *br. bs.* IX. *al.*

—— *Illius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. VIII.

DIETERICI ISENBURGICI, Archiep. Moguntini, apologia. *fol. s. a. et l. at Moguntiae per Joh. Gutenberg* 1462. VI. 4. *y.*

DONATUS, ſeu Grammatica brevis in uſum ſcholarum conſcripta. *Illius deſcriptio generalis.* V. 16. A. p. 215.

—— Editio charactere majori in 4°. *s. a. et l. verum Harlemi typis Laurentii Jo. fil.* V. 17. add. I. *y. ac.* III. 4. IV. 9. 14. A. p. 107.

—— *Illius editionis fragmenta aeri inciſa.* Tab. II.

—— Altera editio, charactere minori in 4°. *s. a. et l. verum ex officina memorati artificis.* V. 18. add. I. *y. ac.* III. 4. IV. 9. 14. A. p. 107.

—— *Hujus editionis ſpecimen figuratum.* Tab. IV.

—— Tertia editio, (*noviſſime detecta*) charactere inter utramque editionem praecedentem medio, in 4°. *s. a. et l. verum Harlemi typis heredum Laurentii Jo. fil.* A. p. 218. ſeq.

—— *Huius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. VI. *.

—— Impreſſa tabulis ligneis Moguntiae, ſub initium epochae, 4°. *s. a. et l.* V. 16. VII. 1. *c.* A. p. 215. *Scripſeram* VII. c. *illius editionis ſupereſſe etiamnum tabulam ligneam in bibliotheca Huberiana Baſileae. Et certe tabulâ haec ad me proprietatis nunc jure pervenit. At charactere illius penitius examinato, dubito vehementer, an ad tantam aſſurgere antiquitatem poſſit, ut pro Moguntinenſi hac editione haberi debeat.*

—— Pariter charactere ligneo fixo, *per Sweynheim et Pannartz excuſa in monaſterio Sublacenſi.* V. 16. A. p. 235. 245.

—— Alia etiam tabulae inciſa in Belgio, *s. a. et l. at circa an.* 1500. 4°. I. *y.* V. 16. X. 13.

—— *Sine anno, at circa a.* 1500. *Norimbergae per Hier. Holtzel de Traunſtein.* 4°. V. *do.* add. Index praecedens art. HOLTZEL.

—— *Alia ſine anno, circa vel paulo poſt a.* 1500. *Moguntiae per Jo. Schoeffer.* 4°. V. 16.

DURANDI (GUIL.) Rationale divinorum officiorum, *Mogunt. Fuſt et Schoeffer* 1459. *fol. Primus liber typis mere fuſilibus excuſus.* I. *y.* 15. IX. *ar.*

—— Speculum judiciale. *Argentor. Jeor. Husſner* 1472. *fol.* I. *di.*

E.

England *(Chronicles of) with the frute of times.* St. Albans 1483. fol. A. p. 124. *at.*

—— *Londini Wink. de Worde* 1497. *fol.* ibid.

*Epiſtelen (die) ende Evangelien.* Leidae 1483. 4°. *vid. infra art.* SYLVIUS.

—— Harlemi 1486. 4. VI. *ba.*

Evangeliſtarum figurae, ſeu ars memorandi notabilis. *s. a. et l. ſed in Germania excuſa.* IX. 12.

EUCLIDIS Elementa, Latine. *Venet. Erh. Ratdolt* 1482. *fol.* I. *ac.* IX. *a.*

—— *Vicent. Leon. de Baſilea et Guil. de Papia.* 1491. *fol.* IX. *a.*

EUSEBII Chronicon, Latine. *Mediol. Phil. Lavagnia ſine anno, at circa a.* 1475. *fol.* III. 4.

EUTROPIUS. *ibid. per eundem* 1475. *fol.* A. p. 243. *s.*

F.

Fabulae et ſimilitudines variae, rythmo Germanico. *Editio s. a. et l.* IX. *cx.*

FESTUS POMPEJUS de Verborum ſignificatione. *Romae Joh. Reynhard de Enyngen* 1475. *fol.* A. p. 28. *u.*

FEVRE (RAOUL *le*) *Recuyel of the hiſtoryes of Troy, tranſlated by Caxton.* s. a. et l. fol. A. p. 32. *af.* 33.

Figurae variae e ligno, *initio typographiae in Belgio, ac deinde apud Germanos Italosque editae.* IX. 4. ſeq.

—— e metallo, *ab a.* 1462. *in Germania, ac poſtmodum in Italia editae.* IX. 15. ſeq. A. p. 275. col. 1.

G.

GAGUINI (ROB.) Epiſtolae et Orationes. *Pariſ. Durand. Gerlerius* 1498. 4°. A. p. 134.

GASPARINI PERGAMENSIS Epiſtolae. *Pariſ. Mich. Friburger, Mart. Crantz, et Ulr. Gering, ſine anno, at circa* 1470. A. p. 28. *r.* 112.

GERARDI HARDERVICENSIS Commentarius in Logicam Ariſtotelis. *Colon. Ulr. Zell* 1494. *fol.* A. p. 105. *o.*

GERSON (JOH.) Tractatus de paſſionibus animae, et de modo vivendi omnium fidelium. *s. a. et l. at Coloniae Ulr. Zell.* 8°. *maj.* III. 1.


GERSON.

—— Opera. *Argentor. Mart. Flaccus* 1494. *ſeq.* 4. *voll. fol.* I. *di.*
GILLES (NICOL.) *Annales de France.* Paris 1492. A. p. 134. *bk.*
GLANVILLA. vid. BARTHOLOMEUS.
GRAPALDUS (FRANC. MAR.) de partibus aedium. 1494. A. p. 133. *bi.*
GRATIANI Decretum. *vid.* Decretum.
GREGORII MAGNI, Papae, Dialogi. *Argentor. Jo. Gutenberg* 1458. *fol. Editio ſpuria.* VIII. *bo.* A. p. 14. ſeq.
—— *Editio s. a. et l. fol.* ibid.
—— Moralia. *Romae apud S. Marcum* 1475. *fol.* I. *ag.* A. p. 119.

## H.

HARTLIEBII (JO.) libellus Chiromanticus. *Editio s. a. et l. in Germania vulgata.* IX. *cx.*
*Haukyng and huntyng (The booke of)* St. Albans 1486. *fol. min.* VI. *ab.*
HELWICI liber de exemplis et ſimilitudinibus rerum. *In monaſterio Sublacenſi* 1464. *fol. Editio ſpuria.* A. p. 17.
HIERONYMI Expoſitio in Symbolum Apoſtolorum. *Oxon.* 1468. 8°. *maj.* VI. 6. A. p. 4. *e.* 26. ſeq.
—— Liber de viris illuſtribus. *s. a. et l. fol. ſed ut videtur Harlemi, typis heredum Laurentii.* VI. 7. A. p. 51.
—— *Eius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. VII.
—— Epiſtolae. *Mogunt. P. Schoeffer.* 1470. *fol.* I. *x.*
HIGDEN (RANULPHI) Poly-chronicon, Anglice. *Lond. W. Caxton* 1482. *fol. recuſum ibid. per Win. de Worde* 1495. *fol.* A. p. 123. *as.*
HISPANI (PETRI) Tractatus Logici. *s. a. et l. verum Moguntiae typis Job. Gensfleiſch* 1442. IV. 14. A. p. 91.
*Hollant, van Zeelant, ende Vrieslant, ende van den Sticht van Utrecht (Die Cronike, of die Hiſtorie van)* Ter Goude by Gheraert Leeu 1478. 4°. III. 11.
Recuſus fuit hic liber Leidae a. 1483. in 4°. absque typographi indicio. Imo vidi et tertiam Sec. XV. editionem absque anni, loci, et impreſſoris indicio in 4°. excuſam, charactere ad Leeuwianum ſatis accedente, quanquam paulo nitidiore. Eam circa vel paulo poſt a. 1490. vulgatam probabile eſt.
Horarium Laurentii prototypographi. *s. a. et l.* 12°. *at circa a.* 1430. *adeoque primus omnium ex impreſſis libris.* IV. 4. 5.
—— *Huius libelli ſpecimen figuratum.* Tab. I.
Horae B. Mariae Virginis ligno inciſae. *Editio s. a. et l.* IX. 13.
Horae, in uſum Auguſtenſis Eccleſiae. *Aug. Vindel. Jo. Bamler* 1479. *fol.* I. *di.*
HUGONIS Soliloquium. *s. a. et l. fol.* (*Argentor. Jo. Mentelin.*) VIII. *ak.*

## I.

JANUENSIS (JACOBI) Legenda Sanctorum, ſeu Hiſtoria Lombardica. *s. a. et l. fol.* I. *x.*
JANUA (JOH. de) Catholicon, tabulis ligneis inciſum Moguntiae. *Editio ſpuria.* VII. 1. *c.*
—— *Moguntiae (per Jo. Gutenberg)* 1460. *fol.* I. *y.* 12. VII. 2. A. p. 52. *Imprimis vero* A. p. 95. ſeq. *ubi de hac editione ex profeſſo agitur.*
—— *Auguſtae Vindelicorum Gunth. Zainer* 1469. *fol.* A. p. 99. not.
—— *s. a. et l. fol.* (*Argentorati Jo. Mentel.*) A. p. 99. in not.
—— anni 1470. *Editio ſpuria.* A. p. 97. in not.
—— Epitome. *Vid.* Vocabularius ex quo.

INGHEN (MARSIL. ab) memoria. *Heidelb.* 1499. A. p. 138. *bs.*
Johannis Evangeliſtae hiſtoria, eiusque viſiones Apocalypticae. *Editio s. a. et l. at ex officina Laurentiana Harlemenſi.* IX. 7.
—— *aliae editiones in Germania excuſae.* ibid.
JUSTINIANI Imp. Inſtitutiones. *Mogunt. P. Schoeffer* 1468. *fol.* I. *x.* VII. *bz.* 10. VIII. *bk.* A. p. 100.
—— *ibid. per eundem* 1476. *fol.* VIII. *bk.* A. p. 101.

K.

KEMPIS (THOMAE a) Opera. *s. a. et l. fol. ſed ut videtur Harlemi typis heredum Laurentii.* VI. 7. A. p. 51.
—— *Eius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. VII.
KOELNER, de Vanckel, (JOH.) Summaria ſexti Decretalium. *Col. Agr.* 1465. (pro 1485.) III. *i.*

L.

LACTANTIUS. *In monaſterio Sublacenſi* 1465. *fol.* I. *z. ac.* VI. *as.* A. p. 235. 242. *r.* 248.
—— *Romae Sweynheim ac Pannartz* 1468. *fol.* A. p. 246. ſeq. 253. *bc.*
—— *Romae per eosdem* 1470. *fol.* ibid.
LICIO (ROB. de) Sermones, ſeu Opus quadrageſimale de poenitentia. *Col. Agr. Ulr. Zel* 1473. *fol.* III. *i.* A. p. 106. not.
LIGNAMINE (JO. PHIL. de) Chronica ſummorum Pontificum Imperatorumque. *Romae eiusdem typis* 1474. 4°. *recuſa ibidem per Joh. Schurener de Bopardia* 1476. 4°. A. p. 117. junct. p. 230.
*London's Cuſtoms and Arnolds Chronicle.* S. Albans 1490. Editio ſpuria. VI. 6.
LOTHARII liber de miſeria humanae conditionis. *s. a. et l.* (*non vero impreſſa* 1448.) 4°. VIII. 11.
LUDOLFI, Carthuſiani, Vita Chriſti. *Colon.* 1474. *fol.* IX. *dx.*
LYSTERII (GERARDI) Carmen. *Oxon. Frid. Corſellis.* 1470. *Editio ſpuria.* A. p. 17.

M.

Mamotrectus. *In villa Beronenſi* 1470. *fol.* I. *di.* A. p. 28. *s.*
MANILIUS, *Norimbergae typis Joh. Regiomontani, ſine temporis nota, at intra annos* 1471. *et* 1473. *in* 4. Vid. Index II. v. MULLER. *Atque haec ſine dubio princeps huius auctoris editio eſt.*
—— *Mediol. Ant. Zarotus* 1489. *fol.* I. *cx.*
Mariae Virginis hiſtoria ſeu providentia. *vid.* Cantici Canticorum figurae.
MILIS (JOH.) Reportorium Juris Canonici. *Lovan. Jo. de Weſtphalia* 1475. *fol.* V. *br. bs**.
—— *Illius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. VIII.
Miſſale Herbipolenſe. 1481. *fol.* I. *x.* IX. *dx.*
Moguntina ſtatuta Provincialia antiqua et nova. *s. a. et l.* (*Moguntiae*) VI. *y.*
MONTE (PETRI de) Repertorium. *Romae Sim. de Luca* 1476. 2 *vol. fol.* A. p. 231.
Moriendi ars, iconice exhibita. *Editio s. a. et l. ex officina Laurentiana Harlemenſi.* IX. 6. 10. 11.
—— *Illius editionis ſpecimen.* Tab. IX.
—— *Aliae editiones vetuſtae, tam Latinae quam Germanicae.* IX. 6.

N.

NACH (JOANNIS) Summa, Germanice. *Aug. Vindel. Jo. Bamler* 1478. *fol.* I. *di.*

NAUCLERI

NAUCLERI (JOH.) Chronographia. *Tubing. Thom. Anshelmus* 1500. *fol.* A. p. 141.

NIDER (JOH.) Praeceptorium divinae legis. *Argentor. Jo. Husner* 1476. *fol. recuſum Aug. Vindel. per Joh. Wienner* 1479. *fol.* I. *di.*

O.

OVIDII Metamorphoſis. *Bononiae Balth. Azzoguidi.* 1471. *fol.* VIII. *x.*

—— *Mediol. Phil. Lavagnia* 1475. *fol.* A. p. 118.

P.

PASSAU (OTH. *van*) *boeck des gulden throons of der XXIV. ouden.* Harlemi 1484. fol. VI. *ba.*

*Pelgrim (Het boek van den)* Harlemi 1486. 4°. VI. *ba.*

PEROTTI (NIC.) Rudimenta Grammatices. *Romae Sweynheim et Pannartz* 1473. *fol.* A. p. 255. *bn.*

—— *Romae Pannartz* 1474. A. p. 252. *az.* 256. *bp.*

PHALARIDIS Epiſtolae, tranſlatae per Franc. Arctinum. *Oxon. Theodor. Rood et Thom. Hunte, circa a.* 1485. 8°. A. p. 35. ſeq.

PISIS (RAYN. de) Summa. *Norimb. Henr. Keffer et Jo. Senſeſchmid* 1473. *fol.* I. *dg.*

PLINII Hiſtoria naturalis. *Venet. Joh. Spira* 1469. *fol.* I. *ag.*

PLINII ſecundi Epiſtolarum liber primus. *Oxon. Frid. Corſellis* 1469. 4°. *Editio ſpuria.* A. p. 17.

Pſalterium, Latine. *Moguntiae Fuſt et Schoeffer* 1457. *fol. Primus liber, qui cum anni nota exiit.* I. *y. ac.* VII. 1. *i. k.* A. p. 45. 94.

—— *ibid. ap. eosdem* 1459. *fol.* I. *y.* IX. *ar.* A. p. 45.

—— *ibid. per Schoeffer ſolum.* 1490. *fol.* I. 15. A. p. 52. *ag.*

—— Belgice, *Delphis (vel potius Antverpiae) Henr. Eckert van Homberch* 1498. 8°. V. 17. junct. A. p. 275. col. 1. in fin.

PTOLOMAEI Coſmographia, Latine. *Romae Arn. Buckinck* 1478. *fol.* IX. 17. *ef.*

—— *Bononiae Domin. de Lapis* 1462. (*forte* 1482.) *fol.* IX. *dn.* A. p. 241. *q.*

Q.

QUINTILIANI Inſt. Oratoriae. *Romae* 1468. *Editio ſpuria.* A. p. 254. *bb.*

—— *ibid.* (*Ulr. Gallus*) 1470. *fol. Editio princeps.* ibid.

—— *ibid. Sweynheim et Pannartz* 1470. *fol.* ibid.

—— *Venet. Jenſon* 1471. *fol.* I. *ak.*

R.

REGIOMONTANI (JOH.) Dialogus contra Gerardi Cremonenſis Theoricas Planetarum. *Norimb. circa a.* 1474. *fol.* A. p. 116.

—— Kalendarium, Germanice. *s. a. et l. ligno inciſum.* IX. 13.

Regum trium Colonienſium hiſtoria. *Colon. Joh. Guldenſchaff* 1477. A. p. 97. not.

RETZA (FRANC. de) Comeſtorium vitiorum. *Norimb. Henr. Rumelius* 1470. *fol.* 1. *cf.*

*Reynaert die Vos.* (*Die Hyſtorie van*) In fine legitur: *Gheprent ter Goude in Hollant by mi Gheraert Leeu den ſeventienden dach in Auguſto. Int jaer* M. CCCC. *en* LXXIX.

Liceat editionem hanc Goudanam, cuius nuper evaſi poſſeſſor, heic loci memorare,

memorare, quod perrara ſit. Cuncti enim hucusque bibliographi, et ipſe etiam JO. CHRISTOPH. GOTTSCHEDIUS in Praefat. hujus operis Germanice vulgati *Lipſ.* 1752. *fol* primam illius editionem ſtatuerunt eſſe a. 1498. quum tamen haec novendecim annis praeceſſerit. Neque vel ſic tamen aſſentiri viro cl. poſſum, qui ipſum opuſculum Germanico Belgicove primum ſermone confectum fuiſſe credidit. Omnes quippe libros ea aetate noſtris in oris editos (ſolum ſi Hollandiae Chronicon excepero) meras eſſe verſiones deprehendi operum ſermone Latino aliove exotico conſcriptorum, ſive illa jam edita eſſent typis, ſive manu exarata. Quumque in hoc libro frequens occurrat Flandriae mentio, vix dubito, quin verſio ſit libri a LANGLETO in Romanenſium bibliotheca *Tom. II. p.* 233. memorati: *Le nouveau Regnard, par Jacquemart Gelée, de Lille en Flandre*, cuius epocha iam ad a. 1290. adſcendit; tametſi non conſtat, textum Gallicum ante hanc verſionem Belgicam typis vidiſſe lucem. Quidquid eſt, liber hic in noſtra Leeuwii editione ſermone proſaico exhibetur, et capitibus modo 43. conſtat, quae in verſione rythmo Teutonico, per HENRICUM DE ALCKMAER facta, quoque comparent, illic vero ob varia additamenta ad 75. usque excrevere.

KOLEVINK (WERN.) Faſciculus temporum. *Coloniae Arn. ter Huernen* 1474. *fol.* VII. 13. A. p. 111.

—— *Lovanii Jo. Veldenaer* 1476. *fol.* V. 10. IX. *al.*

—— auctus per Henric. Wirczburg de Vach. *s. a. et l.* 1481. *fol.* VII. 13. A. p. 122. *ar.*

—— Belgice, auctus per Jo. Veldenaer. *Utr.* 1480. *fol.* V. *br. bu.* A. p. 111. *q.*

—— *Hujus editionis ſpecimen figuratum.* Tab. VIII.

Romanae hiſtoriae ſcriptores. 3. tom. *Mediol.* 1465. *fol. Editio ſpuria.* A. p. 242. *s.*

—— *Mediol. Phil. Lavagnia* 1475. *fol. ibid.*

Roſarium Juris Canonici. *Romae Sim. de Luca* 1477. *fol.* A. p. 231.

S.

SENECA de quatuor virtutibus. *Moguntiae J. Fuſt* 1463. 4°. *Editio ſpuria, ſimili ratione atque artificio conficta, quam Tractatus, de queis locutus ſum* A. p. 17.

SERVII Comm. in Virgilium. *Florentiae Bern. et Domin. Cennini* 1472. *fol.* I. 12. IV. *bn.*

*Sielen (der) troeſt.* Herlem 1484. 4°. A. p. 226.

Speculum humanae Salvationis. *Illius deſcriptio generalis.* V. 2. ſeq. ad 10. A. p. 225.

—— Editio prima Belgica, *fol. ſine anno et loco; verum Harlemi typis Laurentii Jo. fil.* V. 11. 15. A. p. 91.

—— *Illius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. II.

—— Altera Belgica, *fol. s. a. et l. verum Harlemi literis heredum Laurentii.* V. 12. 15. VI. 3.

—— *Huius editionis ſpecimina figurata.* Tab. VI.

—— Tertia Belgica. *Culenburgi Jo. Veldenaer* 1483. 4°. V. 2. 5. *ak.* 9. 10. *by.*

—— Prior editio Latina, typo partim mobili, partim fixo; *fol. s. a. et l. verum Harlemi characteribus heredum Laurentii.* V. 13. 15. VI. 2.

—— *Eius editionis ſpecimina figurata.* Tab. V.

—— Altera Latina, charactere duntaxat

taxat mobili, *fol. s. a. et l. aſt Harlemi iisdem typis.* V. 14. 15. VI. 3.
——— *Huius ſpecimen figuratum.* Tab. VI.
——— Latino-Germanica, *s. a. et l.* V. *r.*
——— mere Germanica, ſine anno. *Reutlingae Mich. Greiffen* .... V. *t.*
*Spieghel onſer behoudenis.* vid. Speculum humanae Salvationis.
SUETONIUS: *Romae (Ulr. Gallus)* 1470. *fol. Editio princeps.* A. p. 254. *bi.*
——— *ibid. Sweynheim et Pannartz* 1470. *fol.* ibid.
——— *Mediol. Phil. Lavagnia* 1475. fol. A. p. 243. *s.*
*Summe le Roy, of des Conincs Summe.* Harlemi 1484. 4°. VI. *ba.*
SYLVII (AENEAE) Opuſculum de duobus amantibus Eurialo et Lucretia. 4°. In fine legitur: *Explicit opuſculum Æneae Silvii de duobus amantibus. In civitate Leydenſi anno Domini milleſimo CCCC. quadrageſimo tertio. LEIEN.* Manifeſtum eſt, poſtrema in curioſa hac impreſſione, quam nuper nactus ſum, verba reſpicere haud poſſe tempus locumve abſoluti ab ipſo ſcriptore opuſculi, utpote quod ipſa haec editio teſtatur finitum *Viennae* 5. *Non. Jul. M. CCCC. quadrageſimo quarto.* Quum ergo tempus impreſſionis hic indicetur, error reſidet manifeſtiſſimus, illis addendus, de queis locutus ſum I. *ai.* Verum autem inde eruere annum difficile dixeris, unde nec extricare ſeſe hic potuit Anonymus in *Tranſact. Philoſoph. N.* 286. et *Tom. II. Monum.* WOLFII *p.* 991. Mihi plusquam veroſimile videtur, latere hic annum 1483. quo Leidae itidem absque nomine typographi prodiere *die Epiſtelen en die Evangelien* in 4°, itemque *die Chronike ofte die Hiſtorie van Hollant* 4°, neque enim ullum novi opus in urbe mea natali ante hoc tempus excuſum. Cauſam erroris inde derivo, quod impreſſor Latine reddere ad literam voluerit vocem Gallicam *quatrevingtieme*, adeoque contracte ſcripſerit *quadrageſimo*, pro *quadravigeſimo*; niſi malis, tempus abſoluti a Sylvio opuſculi erroneae repetitioni vocis *quadrageſimo* dediſſe anſam.

## T.

TACITI Opera. *Venet. Jo. de Spira ſine anno, at circa a.* 1468. IV. *l*.*
Tentationes Daemonis. folio plano. *s. a. et l. ex officina Laurentiana Harlemenſi.* IX. 8.
TERENTIUS. 1469. *fol. Editio ſpuria.* A. p. 243. *s.*
——— *s. a. et l. fol.* ibid.
——— *Mediol. Ant. Zarotus* 1470. *fol.* A. p. 28. *s.*
Teſtamenti veteris et novi figurae. *vid.* Biblicae.
THERAMO (JAC. de) *der Sondaren troeſt.* Harlemi 1484. 4°. VI. *ba.*
*Tondalus viſioen.* Antverpiae Matth. van der Goes. 1472. 4°. V. *e.* A. p. 28. *t.*
TORRE (ALPH. de la) *viſion delectabile. s. a.* et *l. fol.* A. p. 163. *cx.*
——— Toloſae 1489. *fol.* ibid.
TURRECREMATA (JOH. de) Meditationes. Romae Ulr. Hahn 1467. fol. IX. 14. A. p. 236. 249. *an.*
Huius editionis verbo meminit unus PEREGR. ANT. ORLANDI *Orig. et progr. della ſtampa, pag.* 225. inter libros cum figuris ligneis editos; aſt quod mirandum, inter editiones Ulr. Galli *p.* 72. et in indice librorum ſec. XV. *p.* 421. eam praeteriit; unde factum, ut ea latuerit MAITTAIRIUM, caeterosque poſthac omnes.

—— 1472. *ſine loco aut typographi indicio. fol.* VIII. 11. IX. *dg.*

—— *Romae idem Ulr. Hahn* 1473. *fol.* IX. *dg.* A. p. 250. *aq.*

Huius editionis exemplar, ad cuius transmiſſionem cl. MAJOREM, Canonicum Mechlinienſem, literis perhumaniter, aſt fruſtra, compellaveram, in aedibus tandem eius hoc anno 1764. quum ab Aquis Granenſibus et Spadanis altera vice redux per Brabantiam iter facerem, contemplari licuit. Liber eſt parvae admodum molis, folio minori, charactere Gothico impreſſus, et figuris repletus, quae, ſi bene recordor, triginta circiter numero ſunt. Illae tantum abeſt, ut elegantes ſint, quod cl. MAJOR ſcripſerat, ut e contrario rudiores vix viderim: ſolos quippe imaginum ductus externos ſiſtunt, male delineatos ſculptosque. Si ergo cum iisdem, ut credere par eſt, iconibus exiit princeps Galli editio a. 1467. corrigenda erunt, quae deceptus ab hoc Canonico ſcripſi A. *p.* 252. 255. Neque enim nunc arbitror, anni integri vel ſesquiennii ſpatio ad eius execútionem indiguiſſe typographum; utique tamen menſium aliquot ob figurarum ſculpturam: et vel ſic verum manebit, quod *p.* 250. *ſeq.* conieceram, eum ante Sweynheimii Pannartziique adventum in urbem Romam illic officinam inſtruxiſſe typographicam.

## V.

VALERA (DIEGO de.) *Chronica de Eſpaña abreviada.* Burgis Frider. de Baſilea 1487. *fol.* A. p. 128.

VALLAE (LAUR.) Elegantiae linguae Latinae. *Senis* 1487. A p. 206. *ee.*

VALTURII (ROB.) opus de re militari. *Veronae Joh. Cyrugia* 1472. *fol.* IX. 14.

VEGETII (qui illic dictus VEDATUS) RENATI epitome de re militari. *s. a. et l. fol. ſed, ut videtur, Harlemi typis heredum Laurentii.* VI. 7. A. p. 51.

—— *Eius editionis ſpecimen figuratum.* Tab. VII.

VELDENAER (JO.) *Chronyck.* Vid. ROLEVINCK.

VINCENTII, BELLOVACENSIS, Speculum morale. *s. a. et l.* (*Argentor. typis Joh. Mentelin*) *fol.* VIII. *bb.*

—— *Editio altera, eiusdem typis* 1476. *fol.* ibid.

—— Speculum naturale, doctrinale, et hiſtoriale, *ab eodem excuſum, pluribus volum. in fol.* ibid.

VIRGILIUS. *Venet. Barth. Cremonenſis.* 1472. *fol.* A. p. 115.

—— *Romae Udalr. Gallus, et Sim. de Luca* 1473. *fol.* IV. *l.* A. p. 251. *ax.*

—— cum Servii commentariis. *Florentiae Cennini* 1472. *fol.* IV. *bn.*

Vocabularium Latino-Teutonicum, dictum *ex quo. Altavillae Nicol. Bechtermuntze* 1469. 4°. VII. *ad.* A. p. 52. *ab.* 96. 97. in not.

—— *ibid. ap. eundem* 1477. A. p. 97. in not.

—— *Altavillae* 1472. ibid.

Neſcio tamen, an hoc poſtremum opus idem ſit cum praecedentibus?

Vocabulorum gemmula. *Daventr. Jac. de Breda* 1493. 4°. IX. 13.

UTINO (LEON. de) Sermones. *Paris. Mart. Crantz, Udalr. Gering, et Mich. Friburger.* 1477. *fol.* IV. *l.*

## W.

WIRT (WIGANDI) Dialogus contra Weſalianicam perfidiam. *Oppenh. ſine anno* 4°. A. p. 207.

—— Dialogus adverſus Trithemium de conceptione Mariae virginis. *ibid.* 1494. 4°. A. p. 207. *ef.*

INDEX

# INDEX QUARTUS,

*Eos exhibens, quorum teſtimonia probationis cauſa adferuntur.*


A.

ABUSAID (ABDALHA) IX. 2.
ACCURSIUS (BONUS) A. p. 118.
—— (MARIANGELUS) III. 4. A. p. 214.
AEMILIANUS (QUINTIUS) A. p. 124.
Albanenſis impreſſor. A. p. 124.
ALDRYDGE (ROBERTUS) A. p. 176.
ALTHAMERUS (ANDREAS) A. p. 165.
ANDREAS ALERIENSIS (JOH.) A. p. 109. 230. 236.
Anonymi varii. VI. y. IX. *dn. ee.* A. p. 34. 115. 119. 124. 131. 155. 163. 200. 208. 213. 214. 239.
APIANUS (PETRUS) A. p. 162.
Argentoratenſis Chronographus. A. p. 200.
ASCENSIUS (JODOCUS BADIUS) Vid. BADIUS.
ATKYNS (RICH.) III. 5. A. p. 208. et adde, quae de eo traduntur in epiſtola Ducarelliana, ac reſponſo auctoris.
AVENTINUS (JOANNES) A. p. 158.

B.

BADIUS (JODOCUS) A. p. 135.
BAGFORDUS (JOANNES) A. p. 9. 22. ſeq.
BARLANDUS (HADRIANUS) A. p. 166.
BEBELIUS (HENRICUS) A. p. 151.
BEILDECK (LAUR.) VIII. 3. A. p. 67. 78. ſeq.
BERGELLANUS (JOH. ARN.) A. p. 176. ſeq.
BERGOMENSIS (JAC. PHIL.) A. p. 125.
BEROALDUS, ſenior (PHILIPPUS) A. p. 136. 139. *bu.* 173.
BERTOLDUS, Archiep. Moguntinus. A. p. 126.
BIBLIANDER (THEODORUS) A. p. 187.
BONONIUS (HIERONYMUS) A. p. 120.
BOSSIUS (DONATUS) A. p. 131.
BOURGCHIER (THOMAS) A. p. 6. ſeq. 31.
BRANT (SEBASTIANUS) A. p. 135.
Brederodiae gentis Chronica. II. 2. *n. q.*

C.

CALCAGNINUS (COELIUS) A. p. 215.
CALDERINUS (DOMIT.) IX. *ed. eb.* A. p. 238.
CAMPANUS (JOH. ANT.) A. p. 158. 237.
CARBACHIUS (NICOLAUS) A. p. 148.
CARBO (LUDOVICUS) A. p. 113.
CARIO (JOANNES) A. p. 166.
CAXTON (GUIL.) A. p. 36. ſeq. 123.
CELTES (CONRADUS) A. p. 143.
Chartae veteres. Cap. II. per tot. VI. 4. VII. *as. bd.* A. p. 26. 224.
—— una earum emendata. VII. *bf.*
COCCIUS (MARC. ANT.) A. p. 149. 231. ſeq. 238.
Colonienſis Chronographus. III. 3. A. p. 105.
COMES (NATALIS) A. p. 202.
COORNHERTIUS (THEOD.) III. 7. A. p. 193.
CORNELIUS, bibliopegus. III. 2. A. p. 92.
CROMBERGER (JACOBUS) A. p. 163.
CYPRIANUS. A. p. 152.

D.

DOMINICIS (DOMINICUS de) A. p. 119.
DRIZEHEN (ANNA) uxor Johannis Schultheiſs. A. p. 59. 79. 80.
—— (GEORGII) teſtes in lite producti contra Jo. Gutenberg. A. p. 58. ſeq. 79.
—— Hujus accuſatio per Jo. Gutenberg. A. p. 71. ſeq. 79.
—— Ejusdem accuſatio per Laur. Beildeck. A. p. 78.


 Sen-

—— Sententia Senatus Argentinenſis in hac cauſa. A. p. 81. ſeq.
DUNNE (JOH.) VIII. 6. A. p. 77. 79. 80.

E.

ECKHART (PETR.) A. p. 66. 79.
EHENHEIMENSIS (REIMB.) A. p. 68. 80.
ERASMUS (DESIDERIUS) A. p. 157.
EYSENHARD (MICHAEL) A. p. 155.

F.

FABER (FELIX) A. p. 129.
FABIAN (ROBERTUS) A. p. 150.
FAUST AB ASCHAFFENBURG (J. F.) A. p. 216.
FELICIANUS (FELIX) IX. *ei.*
FERNUS (MICHAEL) A. p. 238.
FICHETUS (GUILLERMUS) A. p. 112.
FICINUS (MARSILIUS) A. p. 131.
FRANCKEN VON WORD (SEBAST.) A. p. 172. ſeq.
FULGOSUS (BAPTISTA) A. p. 132.
FUST (JOANNES) A. p. 94.

G.

GAGUINUS (ROBERTUS) A. p. 134.
GALLIUS (NICOLAUS) III. 2. *e.* A. p. 92.
GASSARI (ACHIL. PIRM.) A. p. 168.
GEBWILERUS (HIER.) A. p. 161. ſeq.
GELTHUS (ADAM) A. p. 205.
GILLES (NICOLAUS) A. p. 134.
GRAPALDUS (FRANC. MAR.) A. p. 133.
GUICCIARDINUS (LUDOV.) III. 8. A. p. 197.
GUNTHERUS (PETRUS) A. p. 207.
GUPALATINUS (NIC.) A. p. 36. 114.
GUTENBERGIUS (JOANNES) A. p. 95.

H.

HACCOHEN (JOSEPH) A. p. 189.
HEDIO (CASPAR) A. p. 169. ſeq.
HEILMANN (ANT.) VIII. 3. 9. A. p. 71. ſeq. 76. 79.
HIBERNA ARCE (JOH. de) vid. WINTERBURGER.
Hollandiae Chronographus. A. p. 155.
HUTTENUS (ULRICUS) A. p. 148.

I.

INSULANUS (GULIELMUS) A. p. 187.
IRENICUS (FRANCISCUS) A. p. 156.

L.

LAETUS (POMPONIUS) A. p. 152.
Lambethani ms. auctor. III. 5. A. p. 208. et adde, quae de eo traduntur in epiſtola Ducarelliana, ac reſponſo auctoris.
LANGIUS (PAULUS) A. p. 167.
LELANDUS (JOANNES) A. p. 33. ſeq.
LIGNAMINE (JOH. PHIL. de) A. p. 117. 237.
LUCA (SIMON de) A. p. 231.

M.

MAFFEUS (RAPH.) A. p. 153. 238.
MAJUS (JUNIANUS) A. p. 118.
MASSAEUS (CHRISTIANUS) A. p. 175.
MAXIMILIANUS, Caeſar. A. p. 147.
MEXIA (PETRUS) A. p. 182.
MEYDENBACH (JACOBUS) A. p. 130.
Moguntinenſis Hiſtoriographus. A. p. 213.
—— alius. VI. 4.
MONTANUS (PETRUS) A. p. 151.
MULLER (JOH.) I. *ad.* A. p. 116.
MUNSTERUS (SEBAST.) A. p. 183. ſeq.
MUTIUS (HULDR. HUGW.) A. p. 172.

N.

NAUCLERUS (JOANNES) A. p. 141.
NEUNJOR S. NIGER (JOH.) A. p. 69. 80.
Norimbergenſis Chronographus. A. p. 214.

O.

O.

OMNIBONUS LEONICENUS I. *ak*. A. p. 107. 125.
OSORIUS (HIERONYMUS) A. p. 186.

P.

PALMERIUS, Piſanus (MATTH.) A. p. 121.
PANNARTZ (ARNOLDUS) A. p. 237.
PANTALEON (HENRICUS) A. p. 196.
PARKER (MATTH.) A. p. 7. ſeq. 37.
PEROTTUS (NICOLAUS) A. p. 116.
PEUTINGERUS (CONRADUS) A. p. 152.
PHILELPHUS (FRANCISCUS) A. p. 111.
POUPARTIUS (CAROLUS) IX. *p*
PRYNNE (GUL.) A. p. 12. ſeq. 38.

R.

REGIOMONTANUS (JOH.) vid. MULLER.
REYGERSBERGEN (JOH. a) in *Chronico Zelandiae*, vernacule edito Antverpiae 1551. ſcripſit: *In 't jaer* 1452. *heeft Johannes Fauſtius aldereerſt de konſte van boecken te prenten ghevonden te Ments in Hoochduytslandt.* i. e. *Anno* 1452. *Joh. Fauſtus primum artem libros excudendi invenit Moguntiae Germanorum.* Mala igitur fide recentior editor Mediob. 1634. hunc locum interpolavit, imo ad a. 1428. alium de inventione Laurentii Jo. fil. inſeruit, ut placeret Harlemenſibus, quorum ſane cauſa falſis teſtimoniis non eget. Vid. BOXHORN *Chronyk van Zeelandt Tom. II. p.* 217.
ROCHA (ANGELUS) III. 4. A. p. 214.
ROLEVINCK DE LAER (WERN.) A. p. 111.

S.

SABELLICUS (MARC. ANT.) vid. COCCIUS.
SAPIDUS (JOHANNES) A. p. 175.
SASPACH (CONR.) VIII. 3. A. p. 62. 79. 80.
SCHALLUS (JOANNES) A. p. 121.
SCHEDEL (HARTMANNUS) A. p. 131.
SCHEURLUS (CHRISTOPHORUS) A. p. 153.
SCHMALRIEM (WERNERUS) A. p. 63. 79. 80.
SCHOEFFERUS (JOANNES) A. p. 144. ſeq.
—— (PETRUS) A. p. 94. 100. ſeq.
SCHORUS (HENRICUS) A. p. 203.
SCHOTTUS (JOANNES) A. p. 159.
SCHULTHEIS (JOH.) VIII. 3. A. p. 61. ſeq. 79.
—— eius uxor, ANNA DRIZEHEN. A. p. 59. 79. 80.
SECKINGEN (FRIDELINUS de) A. p. 70. 79.
SIDENNEGER (JOH.) A. p. 60. ſeq. 79.
SPECKLINUS (DANIEL) A. p. 199.
SPIEGELIUS (HENR.) A. p. 225. 233. ſeq.
—— (JACOBUS) A. p. 160.
STEINBACH (THOMAS) A. p. 66. 80.
STOCKER (MYDEHART) A. p. 63. ſeq. 77. 79.
Subſcriptiones veterum librorum. Paſſim.
SWEYNHEYM (CONRADUS) A. p. 237.
SYLVIUS (AENEAS) IX. *do*.

T.

TABERNENSIS (BARBARA) A. p. 58. ſeq. 80.
TALESIUS (QUIRINUS) III. 2. *f*. A. *p*. 93.
TRITHEMIUS (JOANNES) A. p. 101. 126. ſeq.
—— contra impugnatores vindicatus A. p. 102. ſeq. not.
—— Illius locus emendatus. A. p. 47.
TWYNUS (BRIANUS) A. p. 25. *g*.

V.

VALERA (DIDACUS) A. p. 128.
VALLA (LAURENTIUS) A. p. 206.
VELDENARIUS (JOANNES) A. p. 111. *q*.
VENEGAS DE BUSTO (ALEXIUS) A. p. 186.
VERGILIUS (POLYD.) A. p. 136. 239.
VERONENSIS (GASPAR) A. p. 236.
VOLATERRANUS (RAPH.) vid. MAFFEUS.

W.

WALCHIUS (JOANNES) A. p. 203.
WIMPHELINGIUS (JAC.) A. p. 138. ſeq. 239.
WINDSBERG (ERHARDUS) A. p. 113.
WINTERBURGER (JOANNES) A. p. 232.
WIRCZBURG DE VACH (HENR.) A. p. 122.
WITTIGISIS (IVO) A. p. 154.

Z.

ZELL (ULRICUS) III. 3. A. p. 105.
ZUYREN (JOH. van) ſeu ZURENUS. III. 6. A. p. 190. ſeq.

# INDEX QUINTUS,

*Continens ceteras res memorabiles.*

A.


Abbreviaturae. *vid.* Compendia.
Aedes plerumque nobilibus familiis nomen dederunt. II. *ſ.*
Aedituus. *vid.* Cuſtos.
Aenei typi, ſive fixi, ſive verſatiles. *vid.* Tabellaris impreſſio, *itemque* Typi.
AGESILAI Regis factum adumbratio artis impreſſoriae. I. *b.* A. p. 197.
Altenburgenſis monaſterii praepoſiti varii. A. p. 95. ſeq. not.
Angliae Rex HENRICUS VI. liberalitate ſua typographiam in regnum invexit, et quo modo, ac tempore? VI. 5. A. p. 32. 209. ſeq.
—— EDUARDUS IV. quo anno regnare coeperit? VI. 5. *aa**.
Anni indicium ad calcem veterum editionum nonnunquam tempus exarati codicis deſignat. VIII. 11.
—— nonnunquam in iis erroneum. I. *ai.* A. p. 35. *ar.* 241. *q.*
Annuli contemplatio num primam ideam typographiae dederit? VIII. *u.* A. p. 178.
Antverpiae a. 1472. coepta impreſſio. V. *e.* A. p. 28. *t.*
Aqua forti tabulas aeneas rodendi ars cui debeatur? IX. 16.
Aquisgranenſes nundinae ſpeculorum. A. p. 71.
Archetyporum inventio P. Schoeffero debetur in urbe Moguntia. I. 12. A. p. 49.
—— laus. A. p. 115.
Argentoratum. Tentamina illic facta impreſſionis literis ligneis per Jo. Gutenberg et ſocios ab a. 1436. VIII. 2. ſeq.
—— illorum originem debet Harlemo. VIII. 7. 8.
—— Impreſſio typis metallicis illic a. 1458. coepta per Jo. Mentelium. VIII. 17. ſeq.
—— Epocha haec num Colonienſi ſit vetuſtior? A. p. 106. not.
—— horum typorum originem debet Moguntiae, non contra. VII. 13. VIII. 11. 17.
—— ab omni ergo typorum inventione excludenda eſt. I. 7. VIII. 7. 12. ſeq.
—— Furtum illic typorum non contigit, at Harlemi. IV. 13.
Argilla ad typos conficiendos adhibita. I. *ca.*
Artgeldiorum familia ſpuria. VII. *bf.*
Atramenti ſolidioris compoſitio originem dedit impreſſioni librorum tum mobilibus ſignis tum tabellis. I. *ac.* IX. 3.
—— illius emendatio. ibid.
—— aqua diluti adhibitio per prototypographum Laurentium ejusque heredes ad libros tabellis impreſſos. V. 5. IX. 4. 9. 10.


B.


BALDINI (BACCIUS) aurifex Florentiae. IX. 17. *en.*
BANDINELLI (BACCIUS) pictor ſculptorque Florentiae. IX. 17. *en.*
Baſileae falſo tributa inventio typographiae. I. *ak.*
BAUR (GULIELMUS) ſculptor Argentorati. A. p. 228.
Belgicae typographiae epocha duplex; altera Laurentianae ſcholae, altera Martinianae. V. 1. 11. VI. 1.


Prioris

—— Prioris epochae editionum raritas. V. *bu.*
—— linguae diverſitas ab inferiori Saxonica, ejusque ortographia varia. V. 9. 10.
Bibliopegorum imprimendi ratio. I. 2.
BIELING (HERMANNUS) Dux Saxoniae. II. *l.*
Bombardarum inventum Germanis debetur. A. p. 142. 151. 160. 170. ſeq.
Bombycino impreſſio. I. *aa.*
Bononiae non a. 1462. ſed aliquot annis poſtea coepta impreſſio. A. p. 241.
BOURCHERII (THOMAE) Archiep. Cantuarienſis ſtudium ad introducendam apud Anglos typographiam. VI. 5. A. p. 209. ſeq.
Brederodiorum gens, e Comitibus Hollandiae deſcendens, originem dedit van der Duniis, adeoque et Laurentio prototypographo. II. 1. ſeq.
—— illius ſcutum. II. *b.*
BREITKOPFII, Lipſienſis typographi, inventum Muſicas notas verſatilibus ſignis imprimendi. A. p. 227.
*Brieffdrucker* et *Brieffmahler*, quid ſignificent? A. p. 279. col. 2.

C.

Calceorum Polonicorum in Gallia uſus. IX. *n.*
Capitales literae. *vid.* Characteres.
CARPIUS (HUGO) impreſſor figurarum *en clair-obſcur*, non tamen eius methodi inventor. A. p. 228.
*Caſſiterographiae* appellatio. I. *ct.*
Cathainorum imprimendi ratio. IX. 2. *g.*
*Chalcographiae* appellatio. I. 14. A. p. 115. *ab.* 177.
Characteres, ſeu literae, *Gothici* generis, initio artis typographicae conſtanter adhibiti. A. p. 28. *x.* et Tab. I. ad 10.
—— *Semi-Gothici* in monaſterio Sublacenſi uſurpati. A. p. 248.
—— *Romani* ab Italicis poſtea impreſſoribus invecti. A. p. 28. *x.* 253.
—— poſtremi hi in Germania primum a Gunthero Zainer adhibiti. A. p. 286.
—— combinati. *vid.* Typi.
—— *capitales* impreſſi antiquiſſimae originis. IX. *ar.*
—— e charta exſecti. I. *b.*
*Characterizandi ars* quid ſignificet? V. *e.* VII. 2. 3.
Charta varii generis et coloris a typographis olim adhibita. I. *z.*
—— illarum ſigna nullius uſus ad veterum editionum impreſſores inveſtigandos. V. *ab.* IX. *ac*. br.*
—— illius exſectio literas repraeſentans. I. *b.*
Chartulae luſoriae. Num ab his coeperit impreſſio tabellaris? IX. 3. *p.*
—— Earum antiquitas. IX. *n.*
Cifrae *vid.* Numeri.
*Clair- obſcur.* Figuras hac ratione imprimendi repertum Germaniae debetur. A. p. 228.
—— inventum illud per Jackſon, Anglum, porro promotum. ibid.
*Clerici* appellatio. III. 3. *m.*
Cognomen ſaepe mutuatum fuit ab aedibus, maxime in familiis nobilibus. II. *s.*
—— ſaepe tamen in Belgio familiis olim non additum. II. 1. *c. d.*
Coloniae Agrippinae quando nata typographia? III. *i.* A. p. 106. not. 108.
Colores libris figuratis appoſiti. IX. 9. 14.
—— literarum capitalium. VI. *as.*
Combinatio literarum. *vid.* Typi.
Commatis ſignum linea obliqua quando uſitatum? IX. *dd.*
Compendia literarum in veteribus impreſſionibus. V. 7. 12. *ci. ck.* 14. *cx.* 19. A. p. 219. et Tab. I. ſeq.

Cor-

Correctio librorum impreſſorum magno olim pretio conſtitit. I. *x*.
CORSELLIAE gentis genealogia. A. p. 10. 11. 39. 229.
Cortex faginus. Num ex eo primi typi fuerint ſculpti? IV. 3. *i*.
COSTERORUM gens. Ex ea male origo Laurentii Joh. fil. repetita. II. 6.
Coſter. *vid.* Cuſtos.
COTENEUVII inventum machinae, *polygraphi* dictae. A. p. 223.
*Curiae Romanae* ſignificatio varia. A. p. 251. *at*.
CUSA (NICOLAI de) Cardinalis votum de tranſlatione typographiae in Italiam. A. p. 110. 236.
Cuſtodis munus olim honorificum. II. 6. 8. *ao*. A. p. 90.
Cuſtodes librorum quando introducti? IV. *l**.

D.

Decollatio cum velo ad oculos claudendos. IX. *bi*.
Delphis a. 1477. coepta impreſſio. A. p. 219.
DEUTECOM (LUCAS a) num inventor tabulas aeneas aqua forte rodendi? IX. 16.
Diſtinctionis ſigna a veteribus libris plerumque abſunt. IV. 4. V. 7. 10. *bs*. 19. VI. 7.
*Documenti* ſignificatio. A. p. 5.
DRIZEHENIA gens, Argentinae olim patricia. A. p. 227.
DURERI, (ALB.) pater et filius, ſculptores figurarum Norimbergae. IX. 16. A. p. 275. col. 1.
DUYN (*van der*) gens ex Brederodiis minus legitime orta, quae nomen a domo cognomine accepit. II. 2. *n*. *q*. *s*. A. p. 224.
DUYNEN (*van*) alia et nobilis etiam apud Batavos familia. II. *q*.
DUYN (JO. *van*) Toparcha in Beaubgneux, huiusque maiores. ibid.

E.

Encauſtum. I. 2. A. p. 223.
*Excuſoria ars*, id eſt impreſſoria. A. p. 139.
EYCK (HUB. et JOH. *van*) inventores picturae ope olei. I. *ac*.

F.

Figurarum impreſſio *ex ligno* IX. 3. ſeq.
—— quare olim pallido atramento fieret? V. 5. 10.
—— num prelo fieret aliave machina? V. 6.
—— Eas olim pingendi ratio. IX. 9.
—— impreſſio *ex aere* aliove metallo. IX. 15. ſeq.
—— haec preli volubilis ope facta. I. *ad*. IX. *ef*.
—— quaenam ex utraque praeſtet, ex ligno vel e metallo? IX. 17. *eo*.
—— *en clair obſcur*. A. p. 228.
FINIGUERRA (MASO) ſculptor figurarum in laminis argenteis, non impreſſor. IX. 15. *do*. *dp*. *dq*.
Florentes literae, ſeu capitales. *vid*. Characteres.
Florentiae. Qualis liber illic primum excuſus? IV. *bn*.
*Formae* appellatio varia. I. *ab*. A. p. 47.
Francofurti ad Moenum a. 1459. coepta impreſſio? A. p. 279.
*Fratres duo*, in urbe Moguntia chalcographiae inventores, qui fuerint? VII. 9.
Fratres ejusdem praenominis ſaepe olim obvii, addita ſenioris ac junioris diſtinctione. VII. 9. *bo*. *br*.
Friſiae Comites. *vid.* Hollandia.

Fundendi typos ars, quid deſideret? A. p. 44. ſeq.
—— cui debeatur? *vid.* Typi metallici.
Funiculo olim juncti typi. I. 10. 11. A. p. 45. *k.*
Furtum officinae Laurentianae per famulum e Germania illatum, eiusque circumſtantiae, tempus, auctor, et ſequelae. IV. 8. ſeq. add. A. p. 91. 191. 193. 198. 231. 233.
—— cur non cedat dedecori Germaniae? VII. 15.
—— Argentorato male applicitum fuit. IV. 13.
—— nullum memoratae officinae factum eſt per Frid. Corſellis. VI. 6.
FUST (JACOBUS) Conſul Moguntinus et aurifaber, frater Joannis. VII. *cb.*

G.

Galliae Regis CAROLI V. prohibitio ludorum. IX. *n.*
—— calcei mucronati. ibid.
—— —— CAROLI VI. ludus chartulis. IX. *p.*
Gandavenſis Comitatus a primis Hollandiae Comitibus iunctim poſſeſſus. II. *l.*
GELTHUS (ORTWINUS) cognatus Gensfleiſchiorum. VII. *bf.*
—— (ADAM) Gensfleiſchio ſeniori epitaphium poſuit. VII. 6. A. p. 205.
GENSFLEISCHIAE familiae origo, nobilitas, et varia propago. VII. *bn.*
Geographicae figurae quando et a quo primum metallicis tabulis impreſſae? IX. 15.
Germaniae Imperator CAROLUS MAGNUS num leges aliaque ligno inſculpi atque ita imprimi iuſſerit? A. p. 227.
—— FRIDERICUS III. typographis ac typothetis privilegia varia largitus eſt. II. 5. *ab.*
—— idem Jo. Mentelium, Argentinenſem impreſſorem, nobilitate donavit, non tamen quaſi typographiam inveniſſet. VIII. 12. A. p. 159.
Germani in fabrica metalli excellunt. A. p. 129. 142. 160. 170. ſeq.
—— inventores bombardarum. A. p. 142. 151. 160. 170. ſeq.
—— inventores typographiae in genere dici poſſunt, quatenus Germania inferior includitur, imo Hollandia feudum eo tempore Imperii erat. VII. 1.
—— veri inventores artis typorum fuſoriae, atque ita typographiae elegantioris. VII. 1. ſeq. add. A. p. 41. ſeq.
—— forte inventores imprimendi aeneis tabulis. IX. 15.
Glutinis uſus ad figuras, ab una parte chartae impreſſas, connectendas. V. 4. IX. 9. A. p. 91.
Goudae a. 1477. coepta impreſſio. A. p. 219.
GRINGONNEUR (JACOBUS) pictor Lutetiae ſub CAROLO VI. Rege. IX. *p.*
GUTENBERGIA gens, huiusque cum GENSFLEISCHIA cognatio. VII. *bn.*
GUTENBERG, aedes Moguntiae, ubi chalcographia conſummata. VII. *cm.* A. p. 140. 154. *cl.*

H.

HAEMSTEDIORUM inſignia. II. 3.
Harlemum. Tumultus illic civici ſec. XIV. et XV. II. 4. 8. 10.
—— Obſidio a. 1572. ſeq. et incendium 1576. IV. 9.
—— typographiae inventrix. III. per tot. *vid. Index I.* §. 1.
—— Cur de illo invento Chronographi noſtri ſiluerint? III. 11.
—— genitrix typographiae Argentinenſis literis ligneis. VIII. 8.
—— genitrix typographiae Moguntinae per furtum officinae primigeniae illatum. IV. 14.

—— Conciliatio illius cum Moguntia duplicis inventi ratione. VII. 15.
—— genitrix typographiae Oxonienſis. VI. 5. A. p. 19. ſeq. 208. ſeq.
—— Typographiae in ea urbe fata. VI. 8.
—— Quinam libri vetuſti in Curia illic adſerventur? V. *by. dq.*
*Heir loome* quid in legibus Anglicis ſignificet? A. p. 5. *e**.
HERMIAE (CAECILII) nomen in vetuſta tabella aenea. IX. *l.*
HIRSCHVOGEL (AUGUSTINUS) ſculptor Norimbergae. IX. *dx.*
Hollandia feudum olim Imperii Romano Germanici. *vid. ſupr.* Germani.
—— Primorum illic Comitum origo. II. *l.*
—— Tumultus in ea inteſtini ſec. XIV. et XV. II. 4. 8. 10.
—— Illi vindicata typographiae inventio. *vid.* Harlemum.

I.

JACKSONI nova methodus imprimendi *en clair-obſcur.* A. p. 228.
JANUS primus monetarum ſignator. A. p. 152.
Japonenſium imprimendi ratio. IX. 2.
Icones. *vid.* Figurae.
Ignis Germanis favet atque obedit. A. p. 173.
Illuminatio librorum. *vid.* Colores.
*Imminutus* pro *non minutus.* III. *q.*
Impreſſoria ars derivata ex ſcriptoria. I. 1. ſeq.
—— Illius ſignificatio generaliſſima pro ſcriptura compoſita. I. 2.
—— Huius artis diviſio in manualem et prelarem. I. 2.
—— *manualis*, qua bibliopegi utuntur, illiusque ad interiorem librorum ornatum olim applicatio. ibid.
—— qualiter apud Scythas haud abſimili ratione fieret? I. *k.*
—— *prelaris*, apud Batavos ſeculo XV. inventa ad multiplicationem codicum, et qua ratione? I. 3.
—— Latinius hoc ſenſu *excuſoria* dicitur. A. p. 139.
—— Qualem haecce apparatum deſideret? I. 4. *ae.*
—— Illius applicatio ad pergamenum, chartam, aliamve materiam. I. *y. z. aa.*
—— Eiusdem occultatio primis temporibus. I. 3. *q.* V. 1. VII. *e**. A. p. 196.
—— divulgatio poſthac atque diſperſio. I. 3. *u.*
—— Falſo illius ius Regalibus accenſetur. A. p. 13. 39.
—— Eiusdem diviſio in *verſatilem* et *tabellarem*, et quae utraque ſpecies habeat communia? I. 4.
—— Huius vocis ſignificatio ordinaria pro impreſſione verſatili ſeu typographia. I. *i.*
*De hac vid. porro ſub voce* Typographia. *Et de tabellari impreſſione vid. ſub voce* Tabellaris.
—— Significatio ſpecialiſſima pro impreſſione charactere metallico, et hoc ſenſu reperta Moguntiae. I. 14. III. 11. VII. 3. ſeq.
Impreſſi libri quidam multis abhinc ſeculis ratione ſingulari. I. 2.
—— ſeculo XV., initio typographiae, ad codicum manuſcriptorum normam. I. *r.* 15. IV. 8. V. 1. A. p. 52.
—— cum errore in anni editionis nota. I. *ai.* IX. 11. A. p. 35. *ar.* 241. *q.*
—— cum anni nota frauduloſe addita vel corrupta. III. *k.* A. p. 15. ſeq. 243. not.
—— Quando primum iis *titulus* in fronte adjectus fuerit? IV. *l.*
—— Quando *regiſtrum chartarum*, vel *numeri paginarum*? ibid.
—— Quando *cuſtodes* ſive *reclamantes* primum iis additi? IV. *l**.

—— Quando *ſignaturae?* IX. 4. ſeq. A. p. 27. ſeq.
—— Quando in iis primum *commatis* ſignum linea obliqua additum fuerit? IX. *dd.*
—— lineas olim inflexas curvasque habuerunt. IV. 4. V. 7. 10. 19. VIII. 11. et Tab. I. ſeq.
—— raro diſtinctionis ſigna. IV. 4. V. 7. 10. *bs.* 19. VI. 7.
—— ſaepe literas combinatas. I. 10. V. 10. *dy.* A. p. 219. et Tab. I. ſeq.
—— ſaepe etiam compendia literarum. IV. *k**. V. 7. 12. *ci. ck.* 14. *cx.* 17. A. p. 219. et Tab. I. ſeq.
—— capitales literas ſaepe habuerunt illuminatas. VI. *as.*
—— paucis olim prodiere exemplis. I. *x.*
—— magno tunc divenditi pretio. I. *s. x.* 15. A. p. 99. not.
—— in pergameno, charta, aliave materie. vid. *Impreſſoria ars.*
—— ex genere mixto, verſatili et tabellari ſimul, exemplum ſingulare. V. 13. VI. 2.
—— ex genere tabellari tantum, ab una parte olim impreſſi, et interdum conglutinati. V. 4. IX. 9. A. p. 91. *vid. porro* Tabellaris impreſſio.
Inſignia gentilitia. Variae de illis obſervationes. II. 1. *b.* 3. *x.*
Inſtrumenta impreſſoria. I. *ae.*
*Inventio* artis typographicae ei debetur, qui primus libros imprimere potuit charactere mobili. I. 4. 14.
—— fingi vix poteſt a duabus perſonis ſimul ſolius ingenii ductu facta. VIII. 8.
—— in urbe aliqua improprie tributa primo illic impreſſori. *ibid.*
*Johannis* praenomen primis typographis familiare. IV. *at.*
*Johannes* duo *protocaragmatici*, qui fuerint Moguntiae? VII. 10. 11.
*Joch*, id eſt, *etiam.* VIII. *ab.*
*Iſeren thüre*, nobilis gens Alſatiae, e qua uxor Jo. Gutenbergii fuit. A. p. 268.
Italiae non debetur inventio typographiae. A. p. 101. 103. not. 107. not. 125. 232.
—— Quando haec regio primum typographiam receperit? A. p. 240. ſeq.
JUNGEN (*zum*) aedes Moguntiae, in queis chalcographia reperta. VII. *cm.* A. p. 104. 128. 140. *by**. 213.
JUSTINI I. Imp. ſcribendi ratio. I. *b.*

## L.

LADEN (*zur*) linea gentis Gensfleiſchiae. VII. *bn.*
Lambellum in inſignibus gentilitiis a ſtirpe per juniorem filium deſcendente uſurpatum. II. 1. *b.*
LAMPARTEN (*zum*) aedes Oppenheimii, a Longobardis ſic nuncupatae. VII. *bf.*
LANA (J. B. de) nova conſtructio preli. I. *ad.*
LANDECK (RUDIGERUS a) cognatus Jo. Gensfleiſchii ſenioris. IV. 14. VII. *bd. bn.*
LANGERACKIORUM ſcutum. II. 1.
*Latinum Alphabetum* ad oppoſitionem *Germanici* a TRITHEMIO uſurpatum. A. p. 103. not.
LEHEYMER, ſive RIHTER (JOH.) avunculus Jo. Gutenbergii. VII. *bn.*
Leidae a. 1483. coepta impreſſio. A. p. 293.
Libri impreſſi. *vid.* Impreſſi libri, *et* Impreſſoria ars.
—— manuſcripti. *vid.* Scripti libri.
Lignum ad typos tam fixos quam verſatiles olim adhibitum. *vid.* Tabellaris impreſſio, *itemque* Typi.
Lineae in veteribus libris ſaepe inaequales. *vid.* Impreſſi libri.
—— transverſae adjectio inſignibus genti-

gentilitiis nothi eſt indicium. II. 1. 3. *x*.
Lingua Belgica. *vid.* Belgica.
Lino impreſſio. I. *aa*.
Literae. *vid.* Characteres.
Londini, vel potius Weſtmonaſterii, a. 1474. coepta impreſſio. A. p. 26. 32.
——— Eius urbis incendium a. 1666. A. p. 31.
Lugdunum Batavorum. *vid.* Leida.
LUNEN (HENR. et JOH. *van*) aeditui; ille Harlemi, hic Roterodami. II. 6. *ag*.

M.

Magiſtratus civici olim ex opificibus et minoris ordinis mercatoribus electi. II. 8.
MANTEGNA (ANDREAS) pictor, ſculptorque. IX. 17. *ei*.
Manuſcripta. *vid.* Scripti libri.
Mathematicas figuras imprimendi ratio. IX. *a*.
*Matrices*, ſeu moduli, a Jo. Gensfleiſchio ſeniore et Jo. Gutenbergio Moguntiae inventae. I. 12. A. p. 44. ſeq.
MAZZUOLUS (FRANCISCUS) num inventor tabulas aeneas rodendi aqua forti? IX. 16.
MECKENEM (ISRAËL a) ſculptor Bucholti Weſtphalorum. IX. 16. *dz*.
Mediolanum non primum recepit artem in Italia. A. p. 242. *s*.
——— Typographorum in ea urbe artis occultatio. I. *q*.
MEERMAN (GERARDUS) huius libri auctor. Eius urbs natalis Leida. IX. *ei*.
——— Illius maiores varii, et cognatio cum Warmontiis. II. *k*.
——— Eius tritavus GERARDUS Franciſci fil. MEERMAN, Senator, Conſul, et Praetor Delphis Batavorum. (ortus gente illic patricia, quae a ſec. XIV. clara *de Vlieger* tunc nuncupata fuit, at initio ſec. XVI. cognomen hoc cum Meermanniano commutavit) VII. *br*.
Melantheres. *Vid.* Pilae tinctoriae.
Membranae impreſſio bibliopegorum. I. *n*.
——— typographorum. I. *y*. V. *d*. *o*.
Metalli tractatio Germanis familiaris. IX. 15. A. p. 129. 142. 170. ſeq.
——— applicatio ad typos ab illis facta ope fuſoriae artis. A. p. 44. ſeq.
——— fuſio haec quali mixtura fieret? I. 12. A. p. 44. ſeq. 168.
*Vid. porro* Typi.
——— applicatio ad impreſſionem tabellarem. *vid.* Tabellaris impreſſio.
Mobiles typi. *vid.* Typi.
Moguntia. Eius etymologia. A. p. 130. 143.
——— Obſidio a. 1462. A. p. 163. *cx*.
——— typographiae initia Harlemo debet, idque furti ope. IV. 13. ſeq. A. p. 92. 107. 190. ſeq. 193. ſeq. 198. 202. 215. 233.
——— minime illa debet Argentinae. VII. 13.
——— Epocha illic coepta 1441. ipſa autem impreſſio a. 1442. idque ligneis *Donati* typis. IV. 14. VII. 12.
——— Impreſſio deinde facta a. 1450. ſculptis ſeu ſculpto-fuſis literis, quae hac in urbe inventae. VII. 2. 12.
——— hoc ſenſu, non autem generaliore, artis impreſſoriae inventionem ſibi adſcripſit. I. 14. VII. 4.
——— Conciliatio eius cum Harlemo duplicis inventi ratione. VII. 15.
——— Impreſſio deinde facta a. 1459. typis mere fuſilibus, qui illic pariter reperti. A. p. 51.
*Vid. porro Index I.* § 3. 4. 6. 11.
——— Duplex illic intra annos 1441. et 1455. ſibi ſucceſſit ſocietas typographica. VII. *e*. *cn*.
——— Duplex poſt a. 1455. ibi exſtitit typographia, una Fauſti et Schoefferi,

ri, altera Gutenbergii. VI. 4. VII. 2. A. p. 96. not.
—— Aliae illic officinae ſub exitum ſec. xv. A. p. 97. not.
—— Duplex ex ea urbe typographiae diſperſio, typis ſculpto-fuſis a. 1455. mere fuſilibus a. 1462. VII. 13. A. p. 52. 229.
Monetae a quo primum ſignatae? A. p. 152.
—— Earum formae num originem dederint impreſſioni tabellari? IX. 3.
Muſicas notas imprimendi ratio. IX. *a*. A. p. 227.

N.

NEUPERGIUS Comes, num *polygraphi* inventor? A. p. 223.
NIGER (BECHTOLDUS) inventor bombardarum. A. p. 171.
Nomen. *vid.* Cognomen.
Nothi qua ratione nomen ſcripſerint? II. *g*.
—— quomodo inſignia geſſerint? II. I. 3.
—— ex Comitibus Hollandiae orti, quo loco habiti? II. 2.
Numeri (ſeu cifrae) quando primum paginis additi? IV. *l*.
Nummi. *vid.* Monetae.

O.

Oenophora in aedibus Laurentianis ex typis metallicis confecta. IV. 7. A. p. 51. *ac*. 91.
Olei applicatio ad pigmentum ac atramentum. I. *ac*.
*Opificum* et *Operariorum* in materia typographices diverſa ſignificatio. A. p. 257. *bx*.
Oſtrogothorum Regis, THEODORICI, ſcribendi ratio. I. *b*.
Oxonia quomodo et quando typographiam receperit? VI. 5. A. p. 25. ſeq. 208. ſeq.

P.

Paginarum *cuſtodes* ſeu *reclamantes*, *numeri*, *regiſtrum*, ac *ſignaturae* quando introducta fuerint? *Quaere ſub ſingulis his vocibus.*
PASTIS (MATTHEUS de) ſculptor Veronae. IX. 14.
Perforatio typorum. *vid.* Typi.
Pergamenum. *vid.* Membrana.
Pigmenti cum oleo mixtio. I. *ac*.
Pilarum tinctoriarum uſus. ibid.
Plumbum num unquam inſervierit ad typos ſculpendos? I. *br*. VIII. 5.
POLLAIUOLO (ANTONIUS) pictor, ſculptorque. IX. 17. *em*.
*Polyander* quid ſignificet? VII. 10. *ci*.
*Polygraphi*, machinae, inventio. A. p. 223.
*Poulaines*, ſive calcei Polonici. IX. *n*.
Preli typographici prima conſtructio ac progreſſus. I. *ad*. A. p. 178. 199. *dz*.
—— Illud, quo uſus eſt Jo. Gutenbergius, loculis inſtructum fuit. VIII. *e*.

Q.

Quadrata in locum literarum coecarum ſubintrarunt. V. 8. 10. 11. VI. 7.

R.

Rauſchenburgi inventa non eſt typographia. A. p. 156. *co*.
Reclamantes. *vid.* Cuſtodes.
Regalibus male accenſita a quibusdam eſt librorum impreſſio. A. p. 13. 39.
Regiſtrum chartarum quando primum libris appoſitum? IV. *l*.
Reiteratio impreſſionis. V. 4.
RIHTER. *vid.* LEHEYMER.
Romae appellatio nonnunquam tam lata, ut etiam eius iurisdictionem complectatur. A. p. 233. 243. 251.

—— Quando et per quem illic incoeperit typographia? A. p. 248. ſeq.
Romano - Germanicus Imperator. *vid.* Germania.
Ruſſenburg. *vid.* Rauſchenburg.
RUST (LUPRECHTUS) ſculptor. IX. *dx.*
*Ruwen*, id eſt defectu laborare. VIII. *ab.*

S.

Saeculi ad typos occultandos olim adhibiti. VII. *e**. A. p. 196.
SAINTRE (JO. de) munera. IX. *n.*
SATURNUS qua ratione literas impreſſerit? IX. *k.* A. p. 152.
Saxoniae Dux HERMANNUS BIELING. Eius cognatio cum primo Hollandiae Comite. II. *l.*
SCHAGENIORUM inſignia. II. 3.
SCHÖN (MARTINUS) ſculptor Colmariae, huiusque fratres. IX. 16. *dy.* A. p. 228.
SCHOTT (FRIDERICUS) ſculptor Argentinae. A. p. 228.
Scripturae ſpecies variae, et cum typographia nexus. I. 1. ſeq. A. p. 223.
Scripti libri quam caro olim divenditi? I. *s.* A. p. 109. 118.
—— aliqui in membrana et charta ſimul. I. *y.*
—— Eos omni ex parte imitati ſunt principes typographi ad arcanum impreſſionis celandum. I. *r.* IV. 8. V. 5. 9.
Sculptura, pridem uſitata, originem non dedit impreſſioni tabellari. IX. 3.
Sculpti typi tam fixi quam mobiles, et utrique vel ex ligno vel metallo. *vid.* Typi *et* Tabellaris impreſſio.
Scytharum imprimendi ratio. I. *k.*
Selgenloh. *vid.* Sorgenloh.
Sericeo impreſſio. I. *aa.*
Sigilla Romanorum num originem dederint impreſſioni tabellari? IX. 3.
Signaturarum antiquitas. IX. 4. ſeq. A. p. 27. ſeq.
Sinenſium characterum immenſus numerus. IX. *f.*
—— imprimendi ratio tabellis. IX. 2. *e.*
—— Male haec confunditur cum impreſſione verſatili. IX. *d. b.* A. p. 186. *dp**.
—— Num eam Wenceſlao Staude debeant? A. p. 227.
SORGENLOA familia linea eſt Gensfleiſchiae. VII. *bn.*
SOUTELANDIORUM ſcutum. II. 1.
Spatia. *vid.* Quadrata.
*Stampare* Italico ſermone non fundere aſt imprimere ſignificat. III. 8. *ai.*
Stannei typi. *vid.* typi.
STAUDE (WENCESLAUS) *vid. Index II.* hac voce.
Sublacenſis impreſſio quando coepta et quae opera produxerit? A. p. 242. ſeq.
Subſcriptionum quarundam error, vel falſitas. *vid.* Impreſſi libri.
Syllabae in medio ſeparatio. IV. *m.* V. 7. 10.

T.

Tabellaris impreſſio. Quaenam cum vera typographia communia habeat, etſi caeteroquin ipſa inferior ſit? I. 4.
—— Eius applicatio ad chartam, membranam, aliamve materiem. I. *y. z. aa.*
—— Illius prima origo ab Aſiaticis repetita. IX. 2. add. V. 4. A. p. 186. *dp**.
—— num Romanis iam olim cognita fuerit? IX. *l.*
—— num CAROLO MAGNO Imperatori? A. p. 227. ſeq.
—— Uſus illius in Europa proprie ad icones et figuras adhibitus. IX. 1.
—— Eius origo atque inventio in Europa *ligneis tabulis* debetur Laurentio Jo. fil. Harlemenſi. IX. 3.
—— quali genere atramenti ab eo fieret? I. *aa.* V. 5. IX. 4. 9.

num

—— num illic verae typographiae praeluxerit? I. *ag.* IV. *b.* IX. 10. A. p. 234.
—— Varia opera hac ratione Harlemi vulgata. IX. 4. ſeq.
—— Eorum ſpecimina. Tab. IX.
—— Ab una parte illa olim impreſſa, atque interdum conglutinata, nonnunquam cum figuris coloratis. IX. 9.
—— a Batavis ad Moguntinos primum tranſiit. IX. 12.
—— extenſa deinde eſt ad libros absque figuris. VII. 1. *c.* IX. 13.
—— in Italia iam a. 1467. recepta fuit. IX. 14.
—— *e metallo.* Inventum novum ratione ſculpturae atque impreſſionis. IX. 15.
—— haec non in Italia aſt Germania inventa eſt, forte a Petro Schoeffero. ibid.
—— in uſu fuit frequente quoad figuras apud Germanos inde ab a. 1465. et forte iam 1462. IX. 16. *dx.* A. p. 275. col. 1.
—— ad Italos transvecta eſt ab Arnoldo Pannartz, qui varios deinde ſucceſſores habuit. IX. 17. *ed. ee.*
—— qua ratione illic fieret? IX. *ef.*
—— num praeferenda ſit, quoad figuras, impreſſioni ligneis tabulis? IX. 17. *eo.*
—— adaptata etiam quandoque fuit ad librorum impreſſionem. IX. 17.
*Tabula* pro corpore typi adhibita. III. 4.
Tabulas rodendi ars. *vid.* Aqua fortis.
—— ſculpendi ars. *vid.* Sculptura.
TEYLINGIORUM ſcutum. II. 1.
Tigillum in ſcutis gentilitiis. *vid.* Lambellum.
Tituli quando primum libris praefixi? IV. *l.*
Torcularis appellatio. I. *ad.*
*Toreumata*, id eſt matrices. A. p. 49. 180.
Transſylvanorum imprimendi ratio. I. *k.*
TRECIUS (PETRUS) corrector olim librorum. A. p. 150.
TURNOUR (ROBERTI) iter in Belgium ad corrumpendum officinae typographicae Harlemenſis famulum. VI. 5. A. p. 210. ſeq.
Typi, id eſt ſigna impreſſioni librorum deſtinata. I. 14.
—— Hi in genere conſiderati dividi poſſunt in fixos et mobiles. I. 4.
—— *fixi*, id eſt tabellis inſculpti, praeſtantia longe inferiores mobilibus. ibid. et IX. 1. ſeq. A. p. 180. 188. 233.
—— *mobiles* ſeu *verſatiles* ob inſignem, quem praebent, uſum verum conſtituunt typographiae criterion. I. 4. 14.
—— hi inventi ſunt Harlemi a Laurentio Jo. fil. non autem Moguntiae vel Argentorati. III. 2. IV. 3. ſeq. VII. 4. VIII. 7.
—— Horum claſſis prima, typi ſcil. *lignei* a Laurentio primum adhibiti, eorumque defectus. I. 10. A. p. 42. 43. 233.
—— Ligneorum typorum ſpecimina antiqua. Tab. I. ad VII. incl.
—— ſpecimen novum. I. *bn.*
—— hi ad praeludia artis accenſiti olim fuere. I. 14. III. 11. A. p. 45.
—— adhibiti poſtea fuere Moguntiae, Argentorati, itemque a Laurentii heredibus, et forte alibi. I. *bq.* 15. VIII. 5. A. p. 51. ſeq. 168. 188. 200.
—— male hi a quibusdam Moguntiae, ab aliis Argentinae vindicati fuere. VII. 4. VIII. 8.
—— Claſſis ſecunda, *ſculpti e metallo*, qui Moguntiae a Jo. Gensfleiſchio ſeniore inventi, a Jo. Gutenbergio perfecti. VII. 4. 5. ſeq. 12. *cm.* A. p. 44. ſeq.
—— Quales hi typi metallici fuerint? Prima auctoris opinio, fuiſſe illos ſculptos tantum, quorum proinde ſpecimen adfertur. I. 11. *br. co.* VII. 1. ſeq. Altera opinio, fuiſſe illos fuſos ex matri-

matricibus, ſed quibus deinde ipſae literae ſeu characteres inſculpebantur. A. p. 42. ſeq. 98. not.
—— Hi typi metallici, ſecreto primum habiti, poſt ann. 1455. divulgati ſunt. A. p. 52.
—— Horum praeſtantia quidem reſpectu ligneorum, ſed tamen reſidui defectus. A. p. 44. 45. *k.* 52. *ai.*
—— quamdiu duraverint, et quare etiam poſt fuſilium divulgationem adhibiti fuerint? I. 15. A. p. 52.
—— Claſſis tertia, *mere fuſiles*, quales in uſu adhuc hodie, inventi Moguntiae a Petr. Schoeffero. I. 12. VII. 14. *do.* A. p. 46. 48.
—— Eorum inſignis praeſtantia. A. p. 46. 50. 100.
—— Hi male a quibusdam Harlemo tributi ſunt. I. 8. 13. III. 8.
—— olim ſecreto habiti, imo in ſacculis clauſis a typothetis allati. VII. *e**. A. p. 196.
—— poſt. ann. 1462. divulgati. A. p. 52. 98. not.
—— Claſſis nova, ſed nondum uſu recepta, ſcil. *ex argilla.* I. *ca.*
Typi *antiqui* ac *recentes*, quid ſignificent? I. *di.*
—— combinati. I. 10. V. 7. 10. *dy.* A. p. 200.
—— inaequales in libris vetuſtis ſculpturae eorum indicium praebent. I. 15. *dl.* A. p. 52. *ah. ai.*
—— perforati. I. 10. 11. A. p. 188. 200. 215. 233.
—— iam olim per plurimos annos iisdem libris inſervierunt. A. p. 26.
—— Eorum diviſio varia ratione naturae. A. p. 50. ſeq. 188.
—— Alia diviſio ratione figurae, quam in charta exprimunt. vid. *Characteres.*
Typographia ex arte ſcriptoria derivata. I. 1. ſeq.
—— Quando hoc vocabulum uſu receptum ſit? I. 14. *cx.*
—— dicta quoque *ars impreſſoria.* I. *i.* 4.
—— vocata *ars excuſoria.* A. p. 139.
—— dicta quondam ſimpliciter *opus librorum.* VII. *g**.
—— Eius natura in mobilitate typorum conſiſtit. I. 4. 14.
—— Illius utilitas ob velocitatem et multiplicationem codicum. I. 4. A. p. 109. *ac paſſim deinceps.*
—— Praeſtantia hac in parte prae impreſſione tabellari. I. 4. A. p. 233.
—— Eius exactitudo in codicibus poſt ſublatos ex una forma errores. A. p. 111. 116. ſeq.
—— Eius abuſus. A. p. 116. 126. 149.
—— ſeculo xv. nata. I. 5. *ai.*
—— Variae de illius inventione controverſiae. I. 5. ſeq.
—— fingi non poteſt a duobus ſimul ſolius ingenii ductu reperta. VIII. 8.
—— Harlemo veram originem debet. III. per tot.
—— a Laurentio Jo. fil. in hac urbe reperta eſt, circa a. 1428. IV. per tot.
—— charactere ligneo illic exercita fuit. IV. 3. ſeq. A. p. 42.
—— a prima inventione per reiterationem facta eſt. V. 4.
—— metallico charactere Germaniae et ſpeciatim Moguntiae debetur. VII. 1. ſeq.
—— ſola artis nomine decorata fuit ſec. xv. et anteriora inventa relata ad artis praeludia. I. 14.
—— dicta *artificioſa adinventio imprimendi ac caracterizandi.* V. *e.* VII. 2. 3.
—— ſpecies haec a. 1442. reperta eſt a Jo. Gensfleiſchio ſeniore, perfecta a Jo. Gutenbergio. VII. 9. 10. 11. 12. 13. A. p. 45.
—— ſenſu ſtrictiſſimo, ſed valde improprio, adhibita pro impreſſione typis mere fuſilibus. I. *as.* A. p. 187.
—— Hac ſignificatione reperta a Petr. Schoeffero eſt Moguntiae circa a. 1458. VII. 14. A. p. 46. ſeq.

Typographia non inventa fuit Argentorati. VIII. per tot.
——- nec Rauſchenburgi. A. p. 156. *co.*
——- neque Baſileae. I. *ak.*
——- neque etiam Venetiis, alibive in Italia. A. p. 101. 108. 125. 232.
Typographiae applicatio membranae, chartae, aliive materiae. I. *y. z. aa.*
——- occultatio olim. I. 3. *q.* V. 1. VII. *e**. VIII. 3.
——- divulgatio poſthac atque diſperſio. I. 3. *de.* VII. 13. A. p. 145. not. 163. *cx.*
——- Quo tempore illa in variis urbibus coeperit? I. *u. vid. ſub nomine cujusque urbis.*
——- honos ſec. xv. II. 5. A. p. 197.
——- ius falſo Regalibus accenſitum. A. p. 13. 39.
Typographi. Scutum his ab Imp. Friderico III. conceſſum. II. 5. *ab.*
Typographi primi fraudulenter ſeſe geſſerunt in impreſſione ac venditione librorum. I. 3. IV. 8. V. 1.
——- varii data opera libris ſuis falſas ſubſcriptiones temporis ratione appoſuerunt, et quare? A. p. 241. *q.*
——- varii eorum *Joannis* nomine inſigniti. IV. 12. *at.*
Typothetae. Scutum ipſis ab Imp. Friderico III. conceſſum. II. 5. *ab.*

V.

Vaſa ſignata apud Romanos. IX. 3. *l.*
Viticana typographia quando incoeperit? A. p. 251. *at.*
Venetiae non primum recepere in Italia typographiam. A. p. 258. not.
——- Coepta illic impreſſio non a. 1428. nec etiam 1461. per Nic. Jenſonem; ſed 1468. per Joh. de Spira. A. p. 35. *ar.* 108. 189. *ds.* 232. *bb**. 258. not.
VERDUNII Comites apud Lotharingos. II. *q.*
Verſatiles typi. *vid.* Typi.
Vienna. Tom. I. p. 252. in not. lin. 10. *lege illic*: Foro Julii.
——- Auſtria, ſeu Vindobona. Illic a. 1493. coepta impreſſio. A. p. 282. col. 1.
Virgula. *vid.* Comma.
VLIEGERORUM gens apud Delphenſes olim clara. Ex ea auctor recta linea deſcendit. *vid.* MEERMAN.
ULPHILAE Evangelia Gothica olim impreſſa ſingulari ratione. I. 2.

W.

WARMONTIORUM ſcutum. II. 1.
——- cognatio cum Meermannis. II. *k.*
WEIGELII (ERH.) nova preli conſtructio. I. *ad.*
Weſtmonaſterii a. 1474. coepta typographia. A. p. 26. 32.
WOLGEMUTH (MICHAEL) ſculptor Norimbergae. *vid. Index II.*

Z.

*Zerlegen* in typographiae arte quid ſignificet? VIII. *e.*

Pag. 287. col. 2. lin. 8. *lege*: Decretalium Liber ſextus, auctore BONIFACIO VIII.
Pag. 290. col. 2. lin. 5. *lege*: LYSTRII.
Pag. 292. col. 1. lin. 35. *adde*: Belgicum huius libri textum ſtatim in Anglicanum tranſtulit et a. 1481. Weſtmonaſterii edidit Guil. Caxtonus. vid. AMES *typ. antiq. p.* 21. *ſeq.*
Ibid. lin. 42. pro *s. a. et l.* lege: *ſine loco.*

CORO-

F I N I S.

# C O R O N I S

## *De Laurentio Joh. fil. ut aedituo, Cornelio bibliopego, et Donato membranaceo bibliothecae Alcmarienſis.*

Toto opere noſtro iam deſcripto typis, v. ampl. JO. FRID. PARVÉ, Senator Scabinus Aedilisque Harlemi, a cuius benigna manu folium tertii Harlemenſis *Donati* acceperam, ſignificavit mihi, evolviſſe ſeſe mea gratia omnes vetuſtos templi S. Bavonis libros rationum, nonnullaque illic inveniſſe ad Laurentium Jo. fil. et eius quondam miniſtrum, bibliopegum Cornelium, ſpectantia, quae perquam humaniter mihi transmiſſa invidere lectori nefas eſſet.

I. Laurentii ergo Jo. fil. laudata Eccleſiae archiva plus ſimplici vice meminerunt, eumque certam ſubinde vini quantitatem ab Aedilibus petiiſſe teſtantur. Confirmare illud videtur, quod de munere aeditui per Laurentium poſſeſſo JUNIUS ſcripſerat, utpote ad quod iam olim pertinuit vini in uſum Eccleſiae arceſſitio. Audi verba inſtructionis aeditui Ultraiectenſis d. 3. Septemb. 1410. *Tom. IV. Cod. diplom.* FR. A MIERIS. *p.* 150. *Item die onder-Coſter zel den dagelyxſchen arbeit doen, alze die kerck t'ontſluten etc. wyn te halen.* Diſtinctio autem Ultraiecti obſervata inter officium cuſtodis tum primi tum ſecundi ordinis ſi Harlemi quoque, ut credi par eſt, locum habuerit, Laurentium aedituum ad inferiorem claſſem reiicere neceſſum erit. Sed ecce excerpta ex Eccleſiae Harlemenſis tabulariis integra.

In Regiſtro a. 1423. ſub rubr. *Item van ſangers wijn* legimus: *Item Lourijs Janſz. xxviij. tunen.*

In alio a. 1426. ſub rubr. *Wtgheven van wijn van al 't jaer* inſeritur: *Item Lourens Janſz. xlv. pinten* (van) I. *oude tuijn, en xiij. pinten* (van) I. *cromſtert.*

In eodem ſub tit. *Item van Paeſchwijn* occurrit: *Item Lourens Janſz. liiij. ſtop, v. groot* (de) *ſtoop.*

In regiſtro a. 1432. ſub tit. *Item van wijn die gehaelt is van heijligen cruijsdag tot Sinte Geerden dagh, als men den excijns verhuyrt.* legere eſt: *Lourens Janſſoen ghehaelt xlj.* (en een) *half pint.*

Tandem in regiſtro a. 1433. ſcriptum eſt: *Louwerijs Janſz. xviij. pint.*

Notandum illic, utrumque vocabulum *oude tuijn* et *cromſtert* diverſum exprimere, aſt exiguum, monetae genus, quo unaquaeque pinta vini pro huius meliori deteriorive conditione vendebatur. Prioris nummi valorem nec ſcio, nec operoſe inquirere lubet; *cromſtaert* vero, ut ex alio Eccleſiae regiſtro patet, quartae decimae floreni parti adaequabatur; quinque autem groſſi (*vyf groot*), queis tunc conſtabat vini ſtoupus, hodie octavam floreni noſtratis partem conficiunt.

II. Quod ad bibliopegum Cornelium attinet, obſervatu non inutile erit, libros templi cathedralis Harlemi primitus compactos fuiſſe per fratres tertiae regulae S. Franciſci, qui coenobium S. Antonii in ea urbe occupabant, ut patet ex regiſtris a. 1423. 1426. 1440. 1453. Hos vero iam a. 1470. ex hoc monaſterio migraſſe, aliisque religioſis feciſſe locum nos docet cl. VAN HEUSSEN *Hiſt. Epiſcopat. Belgii Tom. II.* ſub Epiſc. Harl. *p.* 38. In ligandis tamen voluminibus Eccleſiae priſtinis monachis non ſucceſſerunt novi, aſt Cornelius, qui vero num diu iam antea bibliopegum egerit, an autem poſt mortem Laurentii huius heredibus ut miniſter in typo-

grapheio usque ad huius deſtructionem adhaeſerit, incertum. De ſolutione igitur Cornelio ut bibliopego facta ſermo eſt in regiſtris a. 1474. 1485. bis, 1487. 1496. 1503. 1507. 1508. 1510. ter, 1512. ac poſtremo a. 1515. bis. Ab anno autem 1516. ligare libros eccleſiae Giſebertum quendam coepiſſe inſequentia teſtantur regiſtra. Ex his inferre licet, Cornelium noſtrum, qui in officina Laurentiana tempore furti commiſſi a. 1440. ut famulus verſabatur, deceſſiſſe a. 1515. vel ſaltem initio ſequentis, quando alius ipſi ut bibliopegus Eccleſiae ſucceſſit. Quod ſi a. 1440. decem duodecimve annos ei tribuas, (notum quippe, in typographiis ſemper puerum quendam, quem *ſubminiſtri* vocabulo deſignaſſe Junius videtur, famulorum augere numerum) natales ipſius incident in annum 1430. vel 1428, atque ita 86. vel 88. annos attigiſſe Cornelium conſequens erit. Perquam ſane fuiſſe ſenem ipſe teſtis eſt Junius, qui octogenario non minorem ſcripſit, quo tempore omnes furti circumſtantias Nic. Galio narraverat. Ex praedictis vero corriges, quae his deſtitutus ſubſidiis de Cornelii aetate *Cap. III. Orig.* not. *d.* conieceram.

III. His addere tandem liceat, v. cl. ADRIANUM KLUYT, Rectorem Scholarum Alcmariae, detexiſſe nuper folium membranaceum *Donati* ab utraque parte excuſi charactere Gothico mobili, mihique antea incogniti, quod ligaturae voluminis ſecundi *Operum* CYRILLI ALEXANDRINI Latine ex edit. Colon. 1546. fol. in bibliotheca publica Alcmarienſi adhaeret. Eam editionem Harlemi impreſſam oriebatur viro cl. ſtatim ſuſpicio. At quum transmiſſus mihi liber eſſet, ex literis capitalibus impreſſis earumque ductu patuit, illam in Germania vulgatam nec admodum vetuſtam eſſe: forſitan ipſa Norimbergenſis Holcelii editio eſt, de qua dixi *Cap. V.* not. *do.* Monendum hoc fuit, ne folium illud alios in errorem porro induceret.

---

ORIGINES TYPOGRAPHICAS, QUAS VIR NOBILIS GERARDUS MEERMAN ANNO MDCCLX. VERGENTE INCHOAVIT, ET INTRA SESQUIENNIUM FINIVIT, VARIIS AUTEM OBSERVATIONIBUS ATQUE INDICIBUS POSTHAC AUXIT, EGO JACOBUS A KARNEBEEK, CIVIS ET CHALCOGRAPHUS HAGA-COMITANUS IBIDEMQUE ECCLESIAE BELGICAE REFORMATAE DIACONUS, TYPIS IN URBE HARLEMO, ARTIS INVENTRICE, FORMATIS DESCRIPSI, OMNI ADHIBITA CURA ATQUE INDUSTRIA. COEPTA VERO TOTIUS OPERIS IMPRESSIO MENSE AUGUSTO MDCCLXII. ABSOLUTA MENSE APRILI MDCCLXV.

DEO GRATIAS.

SPECIAL 07-E
79/E